TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0603**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

P. Fistulario

Memorie ed Estratti

603

1.
N° I.
603

Fistularii Pauli
De Historicis mediae et infimae aetatis Scriptoribus. ex Bibliotheca Fabricii
autogr.

Tom. I. Excerpta incipiunt pag. 1. desinunt pag. 18.

Tom. II. Excerpta incipiunt pag. 18. t.° desinunt pag. 27.

Tom. III. Excerpta incipiunt pag. 27. desinunt pag. 39. t.°

Tom. IV. Excerpta incipiunt pag. 39. t.° desinunt pag. 53.

Tom. V. Excerpta incipiunt pag. 53. desinunt pag. 68.

Tom. VI. Excerpta incipiunt pag. 68. desinunt pag. 86. t.°

Bibliothecę Latinę Alberti Fabricij
Medię et Infimę Ætatis, cum Supplemento
Christiani Schoettgenij, et Correctionibus
atque Additamentis Io: Dominici Mansi
Cl. Reg. Congr. Matris Dei Lucensi, edit. Patav. 1754. typis Seminarij
Excerpta quędam Historica.

Tom. I. pag. 1. Lib. I.

Abbo Abbas Floriacensis, cui Historiam Francorum Aimoinus dedicavit, qui et Vitam ejus scripsit, interfectus fuit a Wasconibus die. 13. Novembris anno. 1004. Extat ejus Epitome de Vitis Romanorum Pontificum. XCI. a Petro usque ad Gregorium. II. ex Anastasio Bibliothecario excerpta, atque edita cum Liutprando a Ioanne Busęo Moguntię. 1602. 4.

pag. 2.

Abbo, Cernuus sive humilis, patria Neustrius, Monachus Parisiensis S. Germani de Pratis, Ordinis Benedictini, clarus circa annum. 892. et cum Floriacensi Abbate male confusus a quibusdam, scripsit Carmine, Obsidionem Parisiorum a Normannis Danisque anno. 886. 887. factam Libris. II. cui ipse interfuit. Prodijt inter Petri Pithoei. XII. Scriptores Francorum.

pag. 4.

Benedictus Accoltus Aretinus diem obijt Florentię anno. 1466. ętatis. 51. Extant ejus Libri. IV. De bello contra Barbaros gesto pro Palestina recuperanda, novissime recusi ex recensione Henrici Hofsnideri, Groningę. 1731. 8.

pag. 5.

Acutheus De Gestis Spalatinorum, sive Spalatensium in Dalmatia usque ad AC 1452. quo tempore auctor vixit. Prodijt in Ioannis Lucij Dalmatę Opere de Regno Dalmatię et Croatię. Amstel. 1666. fol.

pag. 7.

Adamus Bremensis, sive qui ex Misnia, ut videtur Meibomio Tom. III. Scriptorum Germanię pag. 137. cum Adelberto Bremam venit, atque inde ab anno. 1067. Canonicus Bremensis renunciatus, post defunctum anno. 1072. eundem Adelbertum Archiepiscopum Hamburgensem, successori ejus Liemaro dedicavit Historiam Ecclesiasticam Libris. IV. digestam, de Religionis Christianę propagatę Gestis a Caroli Magni temporibus, sive ab anno. 755. usque ad annum. 1076. subiuncto Appendicis loco Libro de situ Danię, et reliquarum trans Daniam regionum natura. Parachronismis

scatere hunc Adamum notavit Lambecius Tom.
II. Rerum Hamburgensium pag. 577. seq. 345.
502. &c. Prodijt primum Hafniæ. 1579. 4.
curante Andrea Severino Velleo, absque tamen
Libro de situ Daniæ; deinde cum eodem
Libro, Lugd. Batav. 1605. 4. curante
Erpoldo Lindenbrogio, atque inter Scriptores
Septentrionales ejusdem Erpoldi; Francof. 1609.
atque iterum. 1630. fol. Postea separatim
Helmstadij. 1670. 4. curante Joachimo Ioanne Ma=
dero; quam editionem tamquam meliorem re=
quatus Fabritius noster recudi curavit. Hamb.
1706. fol. inter Scriptores Septentrionales dicti Erpoldi, atque æstimari solet Saec. 14.
Helmoldus, Albertus Stadensis, et alij iu=
niores libenter auctoritate Adami utuntur, Al=
bertus præcipue Krantzius eum secutus est in sua
Metropoli: et Lambecius, ubi Adamus desijt,
ibidem et ipse præclaris Libris suis de Rebus
Hamburgensibus voluit finem imponere, cum
non viderit, quem, deficiente Adamo, tam bonum
ducem ad telam pertexendam sibi posset proponere.

pag. 9.

Adamus de Domersham scripsit Historiam
de Rebus Ecclesiæ Glastoniensibus ab anno. 1126.
ad annum. 1290. Prodijt Oxoniæ. 1726. 8. cu=
rante Thoma Hearne, e Theatro Scheldoniano

pag. 10.

Adamus Merimuth, sive Myrimuth, aut
Murimuthensis, scripsit Chronicon, sive Histo=
riam sui temporis, seu Tomos duos Annalium
Rerum Anglicanarum ab anno. 1302. ad. 1336.
continuatum deinde ab alio auctore ad annum. 1380.
Prodijt Oxonij e Theatro Scheldoniano. 1722. 8. curante Ant.° Hallio

pag. 13.

Alemarus, seu Adhemarus, vel Autmarus Mona=
chus Benedictinus Caroli Magni ætate, quem Adelmum.
et Adelinum alij vocant, a Petro Pithoeo et Mar=
quardo Frehero creditur scripsisse Annales Carolinos
ab anno. 741. ad. 829. qui alias dicuntur etiam
Annales Laureshamenses. Prodiere Annales isti
cum Eginhardo de Vita Caroli M. Coloniæ. 1521. 4.
deinde Francofurti. 1594. 8. in Scriptoribus coætaneis
Petri Pithoei, postea a Frehero Tom. II. Script. de
Rebus Francicis; demum ab Andrea du-Chesne Tom.
II. Script. Historiæ Francorum editi sunt. Horum
auctorem Eginhardum ipsum du-Chesnius credidit
eumque sequutus Lambecius; sed cum in nonnullis
ab Eginhardo in Vita Caroli M. Annales isti dissen=
tiant, et ad annum. 817. Eginhardi ipsius meminerint, sui
temporis prudentissimi virorum, aliter sentiunt viri docti.

Alemarus Engolismensis Monachus in S. Eparchi Cœnobio, ex nobili familia Chabannensi, auctor Chronici Aquitani, a principio Monarchiæ Francorum, ad annum quo scripsit. 1029. Cujus præcipuam partem ab anno. 829. ad. 1029. dedit Labbeus Tom. II. Biblioth. novæ MSS. De cæteris vide Vossium Lib. III. de Histor. Lat. pag. 773.

pag. 15.

Almontensis Monasterii in Stiria Codex Diplomaticus vulgatus est a Bernardo Pez Tom. III. Thesauri Anecdotorum Parte. III pag. 659. 807. Diplomata CLVIII.

Ado Viennensis, in Gallia Episcopus ab anno. 859. ad. 874. 16. Decembris. scripsit Chronicon de sex mundi ætatibus usque ad annum. 880. Igitur quæ leguntur ab anno 874. ad. 880. ab alia manu addita fuisse oportet. Prodiit cum Gregorio Turonensi Parisiis. 1512. 1522. 1567. Basileæ. 1568. et in Bibliotheca Patrum.

pag. 25.

Ælfredus, Alphredus, Alvredus Beverlacensis, sive ex Beverley non longe ab Eboraco, Sacerdos et Thesaurarius, scripsit Historiam, sive Annales de gestis Britanniæ ab adventu Bruti usque ad annum. 1129. Libris. IX. Prodiere Oxoniæ. 1716. 8. curante Thoma Hearne.

pag. 26.

Q. Æmilianus Cimber, Comes Palatinus, cujus Encomiastica quinque ad Fridericum Imperatorem et Maximilianum. I. Tom. II. Scriptorum Germanicorum Freheri pag. 419. Primum incipit: Asteriles carmen tenui prolusimus orsu.

Paulus Æmilius Veronensis, Canonicus Ecclesiæ Parisiensis, qui anno. 1529. diem obiit, auctor Nobilis Historiæ de rebus gestis Francorum usque ad annum. 1488. Libris X. quam deinde alii continuarunt.

pag. 27.

Æneas Sylvius, ab anno. 1450. Episcopus Senensis, mox Cardinalis, inde inter Pontifices Romanos clarus sub Pii. II. nomine ab anno. 1458. 19. Augusti ad. 1464. 14. Augusti, quo diem obiit supremum. Prodiere ejus Opera Basileæ. 1571. fol. et Helmstadii 1699. 1700. 4. duob. Vol. nempe Historia Bohemica, In Antonium Panormitam de dictis et factis Alphonsi Sapientis, De Statu Europæ sub Friderico. III. usque ad annum. 1458. quod Opusculum in Basil. Edit. desideratur, et Epitome Decadum Blondi. Demum ejusdem Sylvii Historia Gothorum in temporibus Justiniani desinens edita est a Io: Carolo Neweno Francof. 1730. 4.

pag. 130

Agnellus, qui et Andreas, Abbas S. Mariæ ad Blachernas et S. Bartholomæi Ravennæ, circa annum 842. Scripsit Librum Pontificalem, sive Vitas Episcoporum Ravennatium, a S. Apollinari usque ad Petronacium, et qui ei circa annum 836 successit Georgium.

Prodiit primum typis Mutinæ 1708. 4. curante Benedicto Bacchino, ex Codice Bibliothecæ Estensi: deinde Mediolani 1723. fol. Tom. II. Scriptorum Rer. Italic. Muratorii.

pag. 131.

Agobardus Episcopus Lugdunensis ab anno 816 ad 840, quo vita functus est. Hujus Opera prodiere Parisiis 1605. 8. deinde meliori editione, curante Steph. Baluzio 1666. 8. Postrema extat in Goldasti Monarchia Imperii statim in limine, recusa etiam apud Freherum, et Andream Du-Chesne, Agobardi Epistola de Monarchia Imperii Francici, et divisione regnorum Italiæ, Galliæ, Germaniæ inter Ludovici Pii Liberos.

pag. 133.

Aimericus de Peiraco, Abbas Moissiacensis, scripsit de gestis Caroli Magni ad Ioannem Ducem Bituricensem, quo usus est Cangius ex Codice Regio Parisiensi. 1744.

Aimoinus, sive Haimo, patria Petricorius Aquitanus, a Librariis modo in Aumonium, modo in Aimonium, Amonium, et Annonium transformatus, Monachus Cœnobii Floriacensis iam inde ab anno 970. sive S. Benedicti de Fleury ad Ligerim, anno 1003. Vitam et Miracula Abbatis sui Abbonis a Wasconibus interfecti anno superiori, conscripsit. Cui dicaverat Libros IV. Historiæ Francorum. Historiam hanc ad Pipini Regis inaugurationem sive ad annum 752. deducere Aimoinus instituerat; sed substitit in fundatione Monasterii Floriacensis circa annum 650. vel 660. Cætera igitur a Libri IV. Capite XLII. in quo Du-Chesnii Editio desinit, et Liber V. usque ad annum 1165. addita sunt a Monacho quodam S. Germani Parisiensis, aliisque.

Edidit primus omnium Badius Parisiis 1514. fol. sub Annonii nomine: deinde Aimoino restituta ibidem 1567. 8. a Io: Nicotio apud Andream Wechelum. Recusa ibid. 1603. fol. et Lugd. 1605. 8. in Bibl. Floriacensi. in Freheri Script. Francicis Hannov. 1613. fol. Denique in Tom. III. Andreæ Du-Chesne Parisiis 1641. fol.

pag. 114.

Aithonus, Dominus Curychi, Armenius, alijs
Aythonus, Haithonus, Aytonus. Anno. 1305.
Librum notissimum, nec indignum lectu Historiæ
Orientalis atque de Tartaris, Gallice Pictavij
dictavit Nicolao Falconi Pictaviensi, qui ex Gallico
Latine transtulit anno. 1307. Monachus Præ=
monstratensis fuit Aithonus, Librumque hunc
dictavit jussu Clementis. V. Pontificis

Prodijt primum Haganoæ. 1529. 4. curante
Menardo Moltheso; tum Basileæ. 1532. 1555. fol
inter Scriptores Novi Orbis. deinde emendatior a
Reinero Reineccio Helmstad. 1585. 4. una cum
Paulo Veneto, tum Berolini. 1671. 4. cum Paulo
Veneto et alijs, juxta edit. Basil. rejectis ad calcem
Reineccij Emendationibus.

pag. 119.

Albericus, Monachus Monasterij Trium Fontium,
Ordinis Cisterciensis, in Diœcesi Catalaunensi, clarus
circa annum. 1241. in quo desinit ejus Chronicon
ab Orbe Condito incipiens, editumque ab illustri
Leibnitio Tom. II. accessionum Historicarum, Lipsiæ.
1698. 4. in hoc Chronico citantur Sigebertus et
Anselmus Gemblacenses, Hugo de S. Victore, Turpinus,
Otto Frisingensis, Guido de Bajochis, Helinandus,
Guilelmus Malmesburiensis, Luitbrandus et
Baldricus. Vide Murat. Tom. V. Scriptorum
Italiæ, pag. 177. Labbeus in Catalogo MSS.
pag. 17. monet, hoc Alberici Chronicon per
quam utile esse digerendis Nobilium Galliæ
ac Germaniæ Familiarum Genealogicis Tabulis

Albertinus Mussatus, sive Muxatus,
Simlero Mixtatus, Patavinus, Exercitum duxit
in Bello Patavino adversus Canem Scaligerum Ve=
ronensem, anno. 1318. Historicus et Poeta insignis,
lauro etiam Apollineo decoratus, quem digno
elogio mactat Vossius Lib. III. de Historicis Lat.
obijt exul anno. 1329. Extat ejus Historia
Augusta de gestis Henrici. VII. Imperat. Libris. XVI.
et De Gestis Italicorum post Henrici. VII. mortem
ab anno. 1313. ad. 1329. Libris. XII. necnon
Ludovicus Bavarus ad filium. Tum Tragœdiæ
duæ de Tyrannide Ecerini, sive Acciolini de Romano,
funestoque ejus exitu anno. 1259. et Achilleis,
aliaque Poemata, Epistolæ nimirum, Elegiæ, Soliloquia,
Eclogæ, Cento Ovidianus ad filium. Prodiere Venetijs
1636. fol. Recusa Lugd. Bat. 1722. fol. Tom. VI. Parte II. Thesauri
Italiæ. Demum Mediolani. 1727. fol. Tom. X. Ital. Scriptorum
Muratorij, exceptis tamen Achilleide, cæterisque Poematibus ab Historia alienioribus,

~~pag. 24.~~

~~Aithonus, Dominus Curchi, Armeniae, aliis Aythonus, Haithonus, Aytonus. Anno 1305. Librum notissimum, nec indignum lectu Historiae Orientalis atque ll Tartarici, Gallice Pictavii dictavit Nicolao Falconi Pictaviensi, qui ... Gallico Latine~~

pag. 40.

Albertus, sive Albericus, Aquensis Ecclesiae in Gallia Custos, ex fide eorum, qui praesentes interfuere, scripsit Historiam accuratam Hierosolymitanae expeditionis, sive De passagio Godofridi de Bulione et aliorum Principum, usque ad annum secundum Balduini II. sive ab anno 1095. ad 1121. Libri XII. Prodiere sub titulo: Chronici Hierosolymitani de Bello Sacro, ine nomine auctoris, Helmstadii 1584. 4. Deinde auctori suo restituti; in Iacobi Bongarsii Gestis Dei per Francos, Tom. I. pag. 184. usque 381. Hanoviae 1611. fol.

Albertus Argentinensis, Presbyter, scripsit Chronicon ab anno 1270. ad 1378. sive ab Rudolpho I. Habsburgico ad excessum Caroli IV. Imperat. Prodiit Basil. cum Ottone Frisingensi ad annum tantum 1349. anno 1569. fol. melius deinde integriusque usque ad annum 1378. Tom. II. Urstisii pag. 74. Francofurti 1585. 1670. fol. cujus etiam videtur Liber de rebus gestis Bertholdi e Comitibus e Buchek, Episcopi Argentinensis, usque ad annum 1353. apud eundem Urstisium Tom. II. pag. 97.

Albertus a Bonstetten, Teutonicus Augustinianus, cujus, ni fallimur, Historia utriusque Pannoniae, sive Austriae et Styriae ad Caesarem Maximilianum I. memoratur Philippo Elsio in encomiastico Augustiniano pag. 22. Haec est Historia Austriaca anno 1491. composita et MStae in Bibliotheca Caesarea Viennensi. Vide Lambecium Tom. II. pag. 4.

pag. 41.

Albertus Crantzius, Magister Theologiae, Juris Canonici Doctor, Decanus et Syndicus Hamburgensis, doctrina, probitate, et meritis inclitus, obiit 7. Dec. 1517. Scriptorum ejus Historicorum posthumorum melior Editio est Wecheliana Francof. 1575. fol. in qua continentur Wandaliae Libri XIV. Saxoniae Libri XIII. Regnorum Aquilonarium Historia Daniae Libri VIII. cum novi initio. Sveciae Libri V. cum incrementis. Norwegiae Libri VI. Metropolis, sive Historia Ecclesiastica Saxon. a 780. ad 1504. Libri XII.

Albertus Crummedychius auctor Chronici Lubecensis. Prodiit Tom. II. Rer. Germ. Meibomii pag. 396.

pag. 43. ac etiam. 40

Anonymi narratio Historica De rebus gestis Alberti Ducis Brunsvicensis, et Episcopi Halberstadiensis. XIX. circa annum. 1349. Tom. II. Meibomij. pag. 379.

pag. 47.

Albertus Metensis, Monachus S. Symphoriani Ordinis S. Benedicti, circa annum. 1030. scripsit Historiam sui temporis ad Episcopum suum. Hoc Opusculum idem esse creditur ac Alberti, sive Alperti, ut habet titulus, De diversitate temporum ab Ottonis. III. obitu Anno. 1002. ad annum. 1018. ad Burchardum Episcopum Wormatiensem, quod extat in Jo: Georgij Eccardi Corpore Historico Medij Ævi pag. 91. usque. 132.

pag. 49.

Albertus Stadensis, Abbas Monasterij B. Mariæ in suburbio Stadensi, patria Germanus potius quam Hetruscus, cui Monasterio præfuit ab anno. 1232. ad. 1240. ex quo, non ferens Fratres religionis observantiam in postremis habentes, ad Franciscanos Stadenses accessit, illisque adscriptus vitam produxit ad annum 1260. et fortasse longius. Extat ejus Chronicon ab Orbe condito ad annum Christi. 1256. Prodijt primum Helmstadij. 1587. 4. curante Reinero Reineccio, recusum Vittebergæ. 1608. 4. atque inter Scriptores de rebus Friderici. III. Argentorati. 1685. fol. Ex Helmstadiensi Codice Andreas Hojerus vulgavit Continuationem Annalium Alberti Stadensis ab anno. 1264. ad. 1324. Ut Albertus hic strenue usus est superioribus Scriptoribus, Orosio, Miscella, Eginhardo, Adamo Bremensi, Helmoldo, Conrado Urspergensi, Arnoldo Lubecensi, Hermanno Contracto, &c. ita Alberto hoc Albertus alter Krantzius in sua Metropoli.

pag. 51

Flaccus Albinus, sive notiori nomine Alcuinus Anglus, Bedæ et Egberti discipulus, ex Diacono Eboracensi, et Cœnobij Cantuariensis Abbate, vocatus anno. 790. in Galliam, Consiliarius Caroli M. fuit, Scholæque Palatinæ Præfectus, præclarissime de litteris promeritus, plurium peritus linguarum, Theologus, Philosophus, Poëta, postremos tres vel quatuor annos peregit Turonis, Abbas S. Martini, ubi diem obijt anno. 804. 14. Cal. Junij. Eius Opera iunctim edidit Andreas du-Chesne, Parij. 1617. fol.

pag. 56.

Alemannicarum Rerum Scriptores, e = dente Melchiore Goldasto, Francofurti. 1606. 1661. et premissa Goldasti Vita. 1730. fol. unico Volum. licet in tres Tomos diviso, in quibus continentur:

Tom. I.

Epidamni Cœnobitæ Annales ab anno. 708 ad. 1050. cum Additione Anonymi ad annum. 1180.

Ratperti Turegiensis, EKKehardi junioris, BurKhardi Monachi, et Conradi Fabariensis presbyteri Historia et casus Monasterij S. Galli. Eiusdem Cunradi Catalogus Abbatum S. Galli. Circa annum. 1442. scripsit Conradus, incipiens ab Othmaro, qui B. Gallo successit anno. 614. usque ad Egloffum, qui obijt anno. 1442.

Anonymi de Officialibus Dominis Principis S. Galli.

Bertholdi Monachi annotatio de Abbatibus S. Galli, ab anno. 1199. ad. 1292.

Ioachimi Vadiani Chronologia Abbatum Monasterij S. Galli.

N. de Tiufburg Ephemerides Monasterij S. Galli.

Ioannis Georgij Tibiani Panegyricon de laudibus Acronij Lacus.

Goldasti Glossæ et Notæ in præcedentes Scriptores, pag. 102. seqq.

Walafridi Strabi Augiensis de Vita S. Galli Libri. II.

Eiusdem de Vita S. Othmari Abbatis Libri. II.

Isonis Magistri de miraculis S. Othmari Libri. II. obijt Iso, anno. 871. prid. Id. Maij

S. Theodori Eremitæ Campidonensis de Vita S. Magni, Libri. II.

Ermenrici Elewangensis supplementum.

S. Findani Confessoris Historia sive Vita.

Hepidanni junioris de Vita S. Wiboradæ Virginis, Libri. II.

EKKehardi Minimi Decani de Vita B. NotKeri Balbuli Liber.

S. Fridolini Confessoris Historia sive Vita.

Goldasti Notæ. pag. 248. seqq.

Tom. II.

Lex Alamannorum temporibus Lotharij Regis.

Chartarum Instrumentorumque Centuria.

Ioachimi Vadiani Epistola de obscuris verborum significationibus.

Ruodperti Magistri Epistolæ breves. IX.

Vedi il giudizio che da il Muratori sopra Goldasto, Friero e du-Cange Dissert. IV. Tom. I. pag. 27.
Di Goldasto vidi ancora Dissert. XI. pag. 112

Rabani Mauri Abbatis Fuldensis Libelli. II. a Walafrido Strabo ejus discipulo collecti, quorum priore, pag. 64. Glossæ Latino-Barbaricæ de partibus humani corporis, mensibus et ventis, posteriore, pag. 66. de inventione Linguarum ab Hebræa usque ad Theotiscam, et Notæ antiquæ continentur.

Keronis Monachi S. Galli interpretatio verborum Alamannicorum, pag. 69. 92.

Anonymi Catalogus Nominum propriorum apud Alamannos.

Remedij Curiensis Episcopi Canones Alamannici ex Pontificijs Epistolis excerpti iussu Caroli Magni.

Notingi Constantiensis Episcopi Canones, qui ab anno. 919. ad 934. Episcopatum tenuit.

Anonymi Symbolum Apostolicum, pag. 174

Litania, Confessio, Beichte, pag. 175.

Dies Anniversarij Alamannicæ Ecclesiæ.

Anonymi Benedictiones, Fraternitates, pag. 152. seqq.

Goldasti Catalogus Scriptorum, qui in his duobus Tomis desiderantur, et eorundem temporum Historiam illustrant.

Genealogia Kyburgensium Comitum in Alamannia.

Tom. III.

Ioachimi Vadiani Cos. Sanctgallensis Farrago Antiquitatum Alamannicarum, scilicet de Collegijs et Monasterijs Germaniæ veteribus, ut in Regno Francorum et insecutorum Principum aliquot Sæculis habuerunt, Libri. II.

Bartholomæi Schobingeri Juris Consulti Additiones ad Vadiani Farraginem, pag. 85.

Ioannis Comandri Epistolæ. III. ad Vadianum de Antiquitatibus Curiæ in Rhætia prima, pag. 114.

Ioachimi Vadiani Liber de Christianismi Ætatibus Aurea, Argentea, Liber imperfectus, pag. 117.

Eiusdem Epistola de Conjugio Servorum apud Alamannos, ad Ioannem Zwickium Constantiensem pag. 139.

Leonis Iudæ Epistolæ. II. De Divortio: an uxor a scelerosa Marito separari, et alium ducere possit, pag. 153.

Ioannis Kesleri Alloquium Bibliothecæ Sangallensis ad Ioachimum Vadianum pag. 157. usque. 163.

pag. 61

Alexander ab Alexandro Iur. Consultus Neapolitanus, post causas in foro Neapoli et Romæ actitatas, cum viderit, ut ipse testatur Lib. VI. Cap. VII. Genialium Dierum, Patronis contra vim potentiorum aut gratiam nihil præsidii esse, foro nuncium misit, mitioribusque studiis per multum tempus oblectatus, anno ante obitum, obiit autem Romæ die. 2. Octobris. anno. 1523. edidit ibidem, anno. 1522. fol. notissimum illud Opus Genialium Dierum, distinctum Libris. VI. vere quoddam, ut vocatur a Vossio, promptuarium antiquitatis. Illustratum est a Tiraquello, editumque postea Lugduni 1586. fol. Francofurti. 1594. fol. et Lugd. 1616. fol. Editum postremo est nitide Lugd. Bat. 1673. 8. duobus Volum. et æstimari solet Scel. 8.

pag. 62.

Alexander Benedictus, Veronensis, Medicus a Venetis adscitus, interfuit Bello anno. 1495. quod in Italia gessit Carolus. VIII. Galliæ Rex. Scripsit itaque Diarium illius Belli Carolini Libris II. ad Augustinum Barbadicum Venetorum Principem, quorum liber prior est de Tarrensi Pugna, alter de Obsidione Urbis Novariæ. Prodiit Venetiis. 1496. 4. et ad calcem Hist. Venetæ Petri Iustiniani, Argentorati. 1611. fol. Demum in Io: Georgii Eccardi Corpore Historico Medii Ævi. Lipsiæ. 1723. fol. Tom. II. pag. 1578.

pag. 64.

Alexander Celesini, rectius Telesini Cœnobii Abbas, nimirum Telesiæ in Regno Neapoli, Ordinis S. Benedicti, scripsit Libros. IV. De rebus gestis Rogerii Filii utriusque Siciliæ Regis, ab anno. 1130. ad. 1152. Prodiit pluries, et præcipue Tom. V. Script. Italiæ Clar. Muratorii

pag. 73.

Alphonsus. III. Magnus, ab anno. 856. Rex Ovetensium, sive Oviedo in Hispania, Scriptor vetus Chronici desinentis in anno eodem. 856. et ab illo tempore, ubi desiit Isidorus Hispalensis, res Gothorum, Hispanorumque persequentis per sesquisæculi fere spatium; quod sub Sebastiani Salmaticensis nomine vulgavit Prudentius Sandovallius, Pampilonensis Episcopus, iuncturum Chronicis Idacii, Isidori Pacensis (Badajoz) Sampiri Asturicensis, Pelagii Ovetensis Episcoporum, Pampelonæ 1615. et 1634. fol.

pag. 81

Amalricus Augerij de Biterris, Augustinianus, Monasterij de Apriano, sive Appriano, Elnensis, sive Helenensis Diœcesis Prior, Doctor Universitatis Montispessulanæ, et Urbani. V. Capellanus, circa annum. 1362. ex Chronicis. CCIX. scripsit Actus Pontificum Romanorum a Petro usque ad Ioannem XXII. sive annum Christi. 1321. ad Urbanum. V. Spondanus ad annum. 1310. n.º 4. ut fidelem et accuratum laudat Amalricum. Opus integrum vulgatum est a Io: Georgio Eccardo Tom. II. Corporis Scriptorum Medij Ævi pag. 1641. usque 1824. Lips. 1723. fol.

pag. 82.

Amatus, Monachus Casinensis, et incertæ Sedis Episcopus, clarus circa annum. 1080. scripsit Historiæ Nortmannorum Libros. VIII. ad Desiderium Abbatem, postea anno. 1087. Victorem. III. Papam renunciatum. Extant MSti in Bibliotheca Casinensi, teste Io: Baptista Maro ad Petrum Diaconum de Scriptoribus Casinensibus, Cap. XX.

pag. 87.

Anastasius, Bibliothecarius Romanus, Abbas et Presbyter, imo Presbyter Cardinis, sive Cardinalis, de quo vide Biblioth. Græc. Tom. IX. pag. 337. scripsit Historiam Ecclesiasticam contractam ex Nicephoro, Georgio Syncello, et Theophane Confessore circa annum. 872. Scripsisse quoque traditur Vitas Pontificum a Petro usque ad Nicolaum. I. qui Pontifex est renunciatus anno. 858. decessit anno. 867. Post alias Vitarum Pontificum Editiones omnibus fortasse præstat Editio Romana Vignolij forma quarta majore. 1724. quæ sub idem tempus prodierant Mediolani fol. Tom. III. Rer. Italicarum Muratorij, addita etiam aliorum Auctorum Veterum continuatione de Vitis Pontificum a Leone. IX. ad. Ioannem. XXII.

pag. 89.

Chronicon Casinense breve, in anno Christi 857. desinens, Anastasio eidem tributum, sed quod eidem vix ac ne vix quidem tribui posse censet idem Muratorius, prodijt Tom. II. Rer. Italicar. ipsiusmet Muratorij.

pag. 90.

Andreas Atrebatensis, non Arelatensis, scripsit Libros. III. De origine et gestis Francorum, qui ex Biblioth. Alexandri Petavij, in Christinæ Reginæ Sveciæ Thesaurum, atque inde in Vaticanum pervenerunt. Iidem esse videntur ac Libri. III. Synopseos Franco-Merovingicæ, quos Raphael de Beauchamp Marianensis Cœnobij Religiosus edidit Duaci. 1633. 4. duobus Volum.

pag. 91.

Andreas Bilius Mediolanensis, Augustinianus, scripsit Historiæ Mediolanensis et Lombardicæ Libros IX. ab anno 1402. ad 1431. editos primum a Muratorio Tom. XIX. Scriptorum Italiæ. Mediolani. 1731. fol.

pag. 92.

Andreas Dandulus ab anno Christi 1343 Venetorum Dux, cujus extat Chronicon Venetum a Pontificatu S. Marci Evangelistæ ad annum usque 1280, atque inde ex ejus Historiæ Compendio deductum ad annum 1342. cum Continuatione Raphaini Caresini ad annum 1388. ex duobus MSS. Bibliothecæ Estensis, atque Ambrosiano, Diplomatibus ineditis aucto per Io: Pinellum, et Annotationibus e Ioannis Bembi Chronico ab anno 1383. ad 1410. vulgavit Muratorius Tom. XII. Scriptorum Italiæ Mediolani. 1728. fol.

Andreas Dei, cuius Historiam Senensem ab anno 1186. ad 1328. edidit Tom. XV. idem Muratorius, ejusque Continuatores eodem Tom. XV. et Tom. XIX. Italice scripsit, non Latine.

pag. 94

Andreas Hoppenrodius, Pastor in Herstedt in Comitatu Saxoniæ Mansfeldensi. Extant ejus Annales Gernrodenses a fundatione Abbatiæ per Geronem Saxoniæ Ducem anno 941. usque ad annum 1570. Tom. II. Rer. Germanic. Henrici Meibomii pag. 381. usque 465.

pag. 96.

Andreas, Presbyter ad S. Magnam, Reginoburgensis, sive Ratisbonensis, Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini. Eius Chronicon Generale a nato Christo ad annum 1422. extat Tom. IV. Anecdotorum Bernardi Pez, Parte III. pag. 275. usque 636. Idem a Ioanne Chrast Prædicatore Cambensi interpolatum, continuatumque usque ad annum 1490 in Io: Georg. Eccardi Corpori Historico Medii Ævi Tom. I. pag. 1941. usque 2176.

Ab hoc diversum Chronicon de Principibus Terræ Bavarorum, cum Leonardi Bauholzii ab anno 1439. paralipomenis usque ad annum 1486 et cum ejusdem Andreæ Historia Fundationum nonnullorum Monasteriorum per partes Bavariæ, Notisque Marq. Freheri editum Ambergæ. 1602. 4. Hanov. 1707. 4. et Argentor. 1685. fol. ad calcem Ænigm. Sitvii, de rebus Friderici III. De hoc Andrea vide Aventinum Lib. VII. Annal. Boicorum

Andreas de Redusijs, sive Redusius de Quero, Cancellarius Tarvisinus, scripsit Chronicon Tarvisinum ab anno. 1368. ad. 1428. quod ex Codice Comitum Maltinorum vulgavit Muratorius Tom. XIX. Rer. Italic. Mediolani. 1731.

pag. 100.

Angelus Cinus, Politianus dictus ex ejus patria Monte Policiano, Hetruriæ Oppido. Opera ejus tum singula sæpe alias, tum pleniori et emendatiori Editione junctim prodiere Lugd. 1550. 8. tribus Tomis, apud Gryphium. Obijt Politianus Florentiæ, anno. 1494.

pag. 102.

Anglicorum Historicorum Veterum Collectiones hactenus Lucem viderunt Hæ octo.

Prima prodijt Londini. 1570. fol. et. 1574. fol. cur. Matthæo Parkero

Secunda Londini. 1571. fol. Oxonij. 1692. 4

Tertia Heidelbergæ. 1587. fol.

Tertia Londini. 1596. et Francof. 1601. fol

Quarta Francof. 1602. fol.

Quinta Parisijs. 1619. fol.

Sexta Londini. 1652. fol

Septima Oxoniæ. 1684. 1687. fol. 3. Volum. Galei. Sterl. 2.

Octava. Oxoniæ. 1691. fol.

Itē. Henrici Wartoni Anglia Sacra a primæ Fidei susceptione ad annum. 1540. Londini 1691 fol. duob. Volum.

Wilhelmi Dugdale, et Rogeri Dodesworth Monasticon Anglicanum. 1655. 1661. fol. duob. Volum.

Præter Scriptores Historiæ Britannicæ bene multos seorsim editos a Thoma Hearne, quos vide hic.

pag. 114.

Anselmus Gemblacensis Abbas in Brabantia, qui anno. 1137. obijt. Extat ejus Chronicon ab anno. 1112. in quo Sigebertus desijt, usque ad annum 1136. quod cum Auctarijs Gemblacensi, Affligemensi, Valcellensi et Aquicinctino usque ad annum. 1225. edidit, Chronicisque Eusebij, Hieronymi et Sigeberti subiecit, et Continuationem ab anno. 1200. ad. 1608. ipse adiunxit Aubertus Miræus. Antverpiæ. 1608. 4. Libellus de gestis Abbatum Gemblacensium vulgatus a Dacherio Tom. VI. Spicilegij, obvius in nova Editione Tom. II. pag. 759. nec Sigeberti, nec Anselmi nec alterius auctoris nomen præfixum habet, Monacho tamen Gemblacensi deberi scribitur.

Anselmus Legiensis, sive Leodicensis. Canonicus, cujus extant Gesta Episcoporum Leodicensium a Theodardo, hoc est ab anno 653. ad obitum Guazonis, sive Wazonis anno 1048. scripta circa annum 1050. quæ infra edita recensenda sunt pag. 189. in Herigero, Leodij. 1612. 4. Tom. VI. Spicil. Dacher. et novæ Edit. Tom. II. pag. 744. #

pag. 117.

Antisiodorense, sive Autissiodorense Chronicon Monachi S. Meriani Antissiodorensis, sive ex Auxerre in Gallia Lugdunensi, ab Orbe condito ad annum 1212. cum Appendice ad annum 1223. editum a Nicolao Camusaeo. Trecis. 1608. 4. Antisiodorense Chronicon breve ab anno 1003. ad 1174. in Phil. Labbei Bibl. nova MSS. Tom. I. pag. 292. 293. Appendix ad annum 1190. pag. 405. Aliud Chronicon Antissiodorense ab anno 1022. ad 1188. in Edmundi Martene Thes. Anecdotorum Tom. III. pag. 1784. 1785

pag. 125.

Antonij Godi, sive de Godis Vicentini Chronicon ab anno 1194. ad 1260. quo extinctus Ecelinus, scriptum anno 1313. editumque cum Alb. Mussato a Felice Osio Venet. 1636. fol. et Tom. VI. Thes. Scriptorum Italiæ Burmanniani, et Tom. VIII. Scriptorum Italiæ Muratorij.

pag. 135.

Ariulfus, sive Hariulfus, Abbas Aldeborgensis in Flandria ab anno 1105. antea Monachus Centulensis, sive S. Richarij in Gallia, Chronicon Centulensis Monasterij a Saxowalo cæptum usque a temporibus Clotharij Regis, perfecit, ac Libris IV. absolvit anno Christi 1088. Prodijt in Dacherij Spicilegio Tom. IV. in cujus Operis nova Edit. emendatius integriusque est iterum Tom. II. pag. 291.

pag. 143.

Arnulfus Mediolanensis, auctor Chronici Gestorum Mediolanensium, Libris IV. ab anno 925. ad 1076. editi a Leibnitio Tom. III. Script. Brunswicensium pag. 727. 746. et Tom. IV. Thesauri Scriptorum Italiæ Burmanniani, Lugd. Bat. 1722. fol. Sed melior Editio Tom. IV. Corporis Muratoriani Mediolanensis

\# Præter Gesta Leod. Pontificum, varia ejus extant Opuscula, quæ hic referre non est operis pretium, juncta Edita Leodij, ut dixi, cum supradictis Gestis, inter quæ Vita S. Ursmari, carmine scripta.

pag. 118.

Antoninus Placentinus, Martyr Sæculi VI. sub cujus nomine incerta fide fertur Itinerarium de Locis Terræ Sanctæ, quæ perambulavit, præmissum a Papebrochio Actis Sanctorum Tom. II. Maij. Antuerpiæ 1680. fol. prodierat primum Andegavi sive Juliomagi 1640. 4. curante Claudio Menardo.

Dolendum est fata intercepisse consilia viri docti Hadriani Relandi, anno 1718. apud Trajectinos extincti, qui recensita a se, junctim edere constituebat Adamanni, Ariulfi et Willibaldi Itineraria, cum Menonis Altingij Commentario in Tabulas Peutingerianas, Itinerario Antonini Imperat. Hieronymi Suritæ Notis illustrato, Itinerario Burdigalensi, sive Hierosolymitano, Fragmento Tabulæ alterius, et Itinerario Antonini Martyris ac Joannis Phocæ.

Vide hic Elenchum alphabeticum tum horum, tum aliorum quamplurimum medij ævi Itinerariorum.

pag. 144.

Asserius, qui et Ioannes Asserius, qui quoque Ælfredo Regi auctor fuit condendæ Academiæ Oxoniensis, Episcopus Schirburnensis in Anglia, obijt anno. 909. Extat ejus Historia de rebus gestis Ælfredi Regis vulgata a Matthæo Parkero Londini. 1574. deinde in Collectione Guilelmi Camdeni Francof. 1602. fol. postea Oxoniæ. 1678. fol. postremo edita a Thoma Hearne 1707. 8. Extat præterea ejus Chronicon, sive Annales a Iulij Cæsaris in Britanniam adventu, usque ad suam ætatem, una cum Paralipomenis alterius auctoris usque ad annum. 914. editum Londini. 1691. fol. pag. 141. in Collectione Thomæ Galei.

pag. 146.

Atinensis Ecclesiæ Chronicon ab anno primo Iulij Cæsaris ad annum Christi. 1245. editum ab Vghello Tom. X. Italiæ Sacræ. pag. 17. deinde Tom. VII. Scriptorum Italiæ Muratorij.

pag. 147.

Aventinus, sive Ioannes Thurmajer, vel Duromarus, aut Thurinomarus, dictus Aventinus a patria Abensberga Bavariæ Civitate, quam Abusinensem potius dicendum fuisse notat Lambecius, quoniam Civitas illa in Itinerario Antonini Abusina appellatur, ex Aventino ipso Lib. VII. Cap. 26. Natus anno. 1474. magna doctrinæ et ingenij laude relicta obijt Ratisbonæ. anno. 1534. ubi anno. 1529. ob Hæreseos suspicionem a Principibus Bavariæ, quibus operam suam navarat, missus in carcerem, et non diu post iterum libertati redditus fuerat.

Extant ejus Libri. VII. Annalium Boicorum, a primis Germanorum temporibus, usque ad annum Christi. 1450. quo Opere non solum Bavariis, sed totius Germaniæ rebus insigne affundit lumen, quamquam in antiquitate etiam fabulis honorem aliquem permiserit. Ceptum Opus die. 6. Februarij anno. 1519. viginti demum annis post Aventini obitum in lucem protulit Hieronymus Zieglerus. Ingolstadij: 1554. fol. non sine locorum quorundam alteratione vel omissione. Integrioris deinde nactus vulgavit Nicolaus Cisnerus Basileæ. 1580. fol. denique ibidem. 1615. 1627. Prodiere denique

Basil. Edit. pbis. constat Scel. 5.

Lipsiæ. 1710. fol. curante Nicolao Hieronymo Gundlingio, in qua Editione dolendum auctores, quos Plinii exemplo sub cujusque Libri initium Aventinus nominaverat, desiderari.

Paralipomena ad Annales Aventini in Gundlingiano Aventino omissa, vulgavit Struvius Tom. I. Actorum Litterariorum ex MSS. Fasciculo VIII. pag. 20. 28. ex Bibliothecæ Ienensis Codice Editionis Cisnerianæ.

Germanicam versionem eorum Annalium elaboravit Aventinus anno 1533. quam inscripsit Chronicon, divisitque in Libros VIII. licet non ulterius, quam Latinum opus progrediatur. Multa vero passim addidit, ut in Libro statim primo, alia etiam omisit, ita ut utraque Latina et Germanica conjungere, atque una ex altera supplere et illustrare sit necesse. Prodiit, itidem ut Latina, post auctoris mortem. Francof. 1566. fol. recusa ibidem 1622. fol.

Extat præterea ejus Abacus et vetusta Latinorum per digitos manusque numerandi et loquendi consuetudo, in quo Bedam sequitur, de cujus Tractatu dictum est in Bibliotheca Latina Tom. II. pag. 447. Venetæ Edit. Prodiit Ratisbonæ. 1532. 4. et ad calcem Annalium Editionis Gundlingianæ supra memoratæ.

Extat insuper ejus Chronicon, sive ~~Annales~~ Annales Schirenses editi primum Biponti 1600. 4. et cum Conradi Philosophi, Præpositi Schirensis, anno 1241. defuncti Chronico originis et fundationis ejusdem Monasterii, ab anno 1196 ad 1226. Aug. Vindel. 1616. 4. et cum Notis Stephani Abb. Schirensis Ingolstad. 1623. fol. et cum eodem Conrado, Stephanique Notis, et Continuatione Georgii Christiani Joannis. Argentorati. 1716. 4.

Extat rursus ejusdem Liber De antiquitatibus ac monumentis Ottinensibus, sive Otingensibus, idest Alt-Oeting in Bojaria superiore, editus Norimbergæ. 1518. 4. et in Jo: Petri Ludewig Scriptor. Bambergensibus Tom. II. Francof. 1718. fol. et Germanice Ingolstad. 1751. 8. Hujus Libri a se editi meminit Aventinus Annal. Boic. Lib. IV. Cap. 17. § 4. et 5.

Extat etiam ejus Liber, De Turcarum origine, et causis, cur ita invalescant, et quomodo pelli possint. Latine in Philippi Loniceri Chronicis Turcicis Tom. I. pag. 118. Francof. 1578. fol.

Extat demum ejusdem Vita Henrici IV. aliaque Epistolæ, nempe Aventini, et ad Aventinum quamplures. August. Vindelic. 1518. in forma quadripertita.

Extant in Biblioth. Senatus Lipsiensis ejusdem Aventini Libellus MS. De origine Urbis Ratisbonæ, scriptus in Comitiis Reginoburgicis anno 1532. et alius MS. Libellus De veterum Romanorum disciplina militari, atque de expeditionibus Christianorum Saracenicis, scriptus anno 1529.

Extant postremo ejusdem Aventini, qui se vocat Ioannem Aventinum Duromarum, Rudimenta Grammaticæ, edita Lipsiæ 1519. et locupletius 1522. 4.

pag. 150.

Augiense Chronicon ab anno. 709. ad annum. 954. cum additione Wilhelmi Archie=piscopi Moguntini, in Miscellaneis Baluzij Tom. I. pag. 496. usque. 500.

Augustense Chronicon ab anno. 973. ad annum. 1104. Tom. I. Script. Rer. Germ. Freheri. pag. 498. 508.

Augustinus Dathus, Senensis Philosophus et Orator defunctus in patria anno. 1479. Extant ejus Historie Senensis Libri. III. Historia Plumbinensis, atque alia Opuscula Critica et Philosophica, junctim vulgata ab ejus Nepote Senis. 1503. fol. recusa Venetijs. 1516. fol.

pag. 151. 152.

Augustinus Patricius de Piccolominibus ab anno. 1483. Episcopus Pientinus, vulgo Pienzae in Etruria, defunctus anno. 1496. scripsit inter cetera Descriptionem adventus Friderici. III. Imperat. ad Paulum. II. apud Raynaldum ad annum. 1469. et integrius apud Mabillonium Musei Italici Tom. I. pag. 256. 272. Historiam Conventus Ratisbonensis anno. 1471. celebrati ad Jacobum Piccolomineum Cardin. inter cujus Epistolas Mediol. 1506. atque alibi vulgatas prodijt, et in Freheri Scriptor. Rer. German. Tom. II. pag. 288. Vitam Fabiani Bencij, editam a Mabillonio Musei Italici Tom. I. pag. 251. 255. et Libellum de Senae Urbis antiquitate, aliumque Historiarum Senensium ab anno. 1186. ad. 1388. utrumque adhuc ineditum. Vide Diarium Erudit. Italiae Tom. XVIII. pag. 355. seq.

pag. 159.

Austriacum Chronicon ab anno. 852. ad 1327. Tom. I. Script. Germ. Freheri, pag. 431.

Austriacum Chronicon aliud ab anno. 928. ad. 1319. in Script. Rer. Austriacarum Tom. I. Hieronymi Pez.

Austriacum Chronicon aliud ab anno. 1012. ad. 1189. apud eundem Pez. ibidem pag. 547.

Austriacum Chronicon aliud, a Conrado. I. sive ab anno. 912. ad. 1277. ibidem. pag. 685.

Austriacarum Rerum Scriptores veteres et genuini editi ab Hieronymo Pez Bernardi fratre, Austriaco Ipsensi, Monacho Mellicensi Ordinis Benedictini, Lipsiae. 1721. 1725. duob. Volum.

Lib. II.

pag. 164.

Baldricus Auriliarensis, Abbas primum Burguliensis apud Andegavos Ordinis Benedictini, deinde Archiepiscopus Dolensis in Armonica obijt anno 1131. Extant ejus aliae Abbati Carmina Historica honori ut plurimum illustrium defunctorum tributa, vulgata ab Andr. du-Cheine Scriptorum Historiae Francorum Tom. IV. pag. 251. 277. Extat praeterea ejus Historia Hierosolymitana Libris IV. ab anno 1095. usque ad captam anno 1099. a Christianis Hierosolymam, quam Baldricus jam Episcopus scripsit. Prodijt in Bongarsij Gestis Dei per Francos Tom. I. pag. 84. 158.

Baldericus, Rubeus cognomine, Episcopus Noviomensis et Tornacensis ab anno 1097. ad 1112. Scripsit Historiam, sive Chronicon Cameracense et Atribatense a Clodoveo usque ad annum 1030. Libris III. Prodijt Duaci 1615. 8. cum Notis Georgij Colvenerij.

pag. 168.

Bambergensis Episcopatus Rer. Scriptores a Joanne Petro Ludewig editi Francofurti et Lipsiae 1718. fol. duob. Volum. Offerunt Lectori: Tomo priore Divos Bambergenses editos a Iacob. Gretsero Ingolstadij 1611. 4. complectentes Scriptores veteres de Vita S. Henrici Imperat. S. Kunegundae Imperatricis, et S. Ottonis Episcopi Bambergensis, cum Diplomatibus IX. S. Henrici, aliaque Opuscula et Documenta. Tom. II. occurrunt Chronicon Schwarzacensis Coenobij Ordinis Benedictini, non procul a fluvio Schwarzach, ubi in Moenum illabitur, ab anno 800. ad 1590. Origines Banzensis, sive Banthensis Coenobij ad Moenum in Dioecesi Wirtzburgensi, descriptae ab anno 1050. ab Henrico Abbate circa annum 1123. Chronicon Reicherspergense ab Orbe condito ad annum Christi 1194. una cum Diplomatibus, &c. et Aventini Historia Oettingensi, de qua supra.

pag. 175.

Barcinonense Chronicon ab anno 1136. ad 1310. in [illegible] Marcae Hispanicae Petri de Marca. Parisijs 1688 fol.

pag. 175.

Barletius, sive Marinus Barletius Scodrensis, Dalmata; Scriptor Librorum XIII. de Vita et Laudibus Scanderbegii, sive Georgii Castrioti, Ioannis filii, Epirotarum Principis, qui post res fortiter adversus Turcas gestas obiit anno 1466. Prodierunt Argentorati. 1537. fol. et Francofurti. 1578. fol. Tom. III. Chronicorum Turcicorum Philippi Loniceri. pag. 1. Extat versio Italica Petri Rocchi. Venetiis. 1568. 8.

Extant ejusdem Barletii De expugnatione Scodrensi a Turcis Libri III. Venetiis. 1504. 4. Basil. 1556. 4. et Francofurti. 1578. fol. dicto Tom. III. Chron. Turcic. pag. 231.

pag. 180.

Bartholomeus de Neocastro, Messanensis scripsit Historiam sui temporis ab anno 1250. usque ad annum 1294. quam e MS. Codice Siculo vulgavit Muratorius Tom. XIII. Rer. Italic.

pag. 182.

Bartolfus Peregrinus de Nangeio Germanus, ante annum 1112. scripsit Epitomen ex Fulcherio De gestis Francorum, qui Hierusalem anno 1095. expugnarunt, et ab illo tempore usque ad annum 1116. Prodiit in Bongarsii Gestis Dei per Francos Tom. I. pag. 561. 593. sed sine nomine auctoris, quod ex MS. Codice restituit Caspar Barthius Lib. 64. Adversar. Cap. 7.

pag. 184.

Bavaria Sancta, ac Vitae et Icones Sanctorum Bavariae, iussu Maximiliani Principis congestae, editaeque a Mattheo Radero Soc. Ies. Ingolstadii. tribus Volum. in fol. 1615. 1624. 1627.
Eiusdem Bavaria pia. 1628. fol.

Thomas Bazinus ab anno 1472. Archiepiscopus Caesariensis, obiit Trajecti. 1491. Scripsit Historiam de Reb. gestis Ludovici XI. Galliarum Regis, et Caroli Audacis, Ducis Burgundiae, Libris II. e quibus Fragmenta apud Antonium Matthaeum Tom. II. Analectorum Veteris Aevi, et Tom. I. pag. 501. novae Editionis.

Henricus Bebelius Iustingensis Suevus ab anno 1497. Tubingae bonas litteras docuit, defunctus post annum 1514. Extat in Simonis Schardii Scriptor. Rer. German. Tom. I. et in Goldasti Politicis Imperialibus, eius Oratio de Laudibus Germaniae, Demonstratio Germanos indigenas esse, aliaque Opuscula, inter quae Libellus de Germanorum antiquitate, imperio, gestis, victoriis, &c.

pag. 185.

Bebenhusani Annales ab anno 1160. ad 1400. Tom. X. Veterum Monumentorum ac Diplomatum Io: Petri Ludewig.

pag. 185.

Beda Presbyter, Anglus, natus circa annum. 672. vita functus est anno Christi. 735.

Editio Operum tanti viri, Tomis VIII. post editiones Parisiensem. 1544. 1554. Basileensem 1563. Coloniensem. 1612. auctior pleniorque repetita est Coloniæ. 1688.

Scripta Bedæ Historica, prostant in iisdem Tomis, ut infra:

Tom. II. pag. 103. De sex ætatibus Mundi, sive Chronicon a rerum origine usque ad annum IX. Leonis Isauri, Mundi. 4680. Christi. 726.

Tom. III. pag. 1. Historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum ad Ceolulfum Regem, Libri. V. Opus præclarum, quamquam arguitur Beda a Montacutio Lib. II. Originum pag. 210. quod rebus notatu dignioribus omissis, fabulas inficetas quandoque fuit sectatus.

pag. 147. Epitome, sive Breviarium Historiæ Anglorum, quam oportet ab alio post Bedam deductam esse usque ad annum 766. nam in antiquissimo Codice, quem evolvit Mabillonius, non excedit annum. 731.

pag. 151. 186. Cuthberti et Felicis Vitæ.

pag. 277. Martyrologium, quod nitidius et ab interpolationibus defæcatum edidere postea Henschenius et Papebrochius Tom. II Actorum Martij.

pag. 363. Libellus de situ Hierusalem et Locis sanctis, de Opusculis majorum abbreviatus.

Hæc omnia Scripta Historica Bedæ, separatim ex MStis Codicibus recensita, notisque illustrata edidere Cantabrigiæ. 1722. fol. Ioannis ejusque filius Georgius Smith. additis Vitis Abbatum Weremuthensium et Girviensium et Epistola ad Egbertum.

pag. 194.

Chronicon magnum Belgicum ab anno Christi. 54. ad. 1470. auctore Religioso quodam anonymo, Neussiensi Coloniensi, Ordinis Canonicorum Regular. S. Augustini, qui scripsisse se testatur anno. 1498. editum a Io: Pistorio Tom. III. Scriptor. Germanic. Francof. 1607. fol. pag. 1. 456.

pag. 195.

Belgica Chronica alia, nonnulla etiam Belgiæ scripta extant in Antonij Matthæi Analectis Veteris Ævi. Lugd. Bat. 1698. 1710. 8. decem Voluminibus.

pag. 201.

Benedictinorum virorum Scriptores, inter quos Leo Ostiensis, et Petrus Diaconus in Chronico Casinensi ab anno. 509. ad. 1087. Paris. 1668. fol. et Tom. IV. Scriptor. Italię Muratorij; Ioannes Trithemius de Viris Illustr. Ordinis S. Benedicti Libris IV. Colonię. 1571. 4. Ioannis Mabillonius in Annalibus Benedictinis. 1703. fol. Parisijs. Tomis IV. quo defuncto die. 27. Dec.^bris 1707. Tomum V. edendum suscepit Theodoricus Ruinartius, sed hoc quoque e vivis erepto die. 29. Septemb. 1709. typis vulgavit Renatus Massvetus anno. 1717. fol. Lucas Dachery et Io: Mabillonius in Actis Sanctorum Ordinis Benedictini, editis Paris. 1668. 1669. 1672. 1677. 1680. 1685. 1701. novem Voluminibus. fol. ad Sęculum usque. XI. Bernardus Pez in Bibliotheca Benedictino-Mauriana Augustę Vindelic. 1716. 8. Libris. II.

pag. 203.

Benedictoburani Monasterij Chronicon breve ab anno. 740. apud Bernardum Pez Tom. III. Anecdotorum Parte. III. pag. 597.

pag. 207.

Beneventani Monasterij S. Sophię Ord. Benedic. Chronicon scriptum Sęculo. XII. edidit Ughellus, utinam emendatius, Tom. VIII. Ital. Sac. recusum Tom. X. editionis novę pag. 414. 560. refertum veteribus Instrumentis, Mandatis, Decretis, et Privilegijs Imperatorū, Regum, Pontificum, et Episcoporū.

S. Benigni Divionensis Monasterij Chronicon ab anno. 458. ad. 1026. Tom. I. Spicilegij Dacheriani pag. 353. et Tom. II. pag. 357. Editionis novę.

pag. 208

S. Benigni Chronici alterius ab anno. 757. ad 1223. Excerpta in Labbei Biblioth. nova MSS. Tom. I. pag. 293. 296.

pag. 209.

Benevenutus de Rambaldis, Imolensis scripsit Libellum De Vitis Cęsarum, a primo Cęsare usque ad ultimum, nempe Wenceslaum qui Scriptoris hujus tempore vivebat circa annum. 1385. Inscribitur vero hoc Opusculū Libellus Augustalis, prodijtque Argentorati. 1505. 4. et in limine Tomi. II. Script. Germanic. Marq. Freheri.

Extant ejusdem Benevenuti de Imola Commentarij amplissimi in Comędiam Dantis, ex quibus Excerpta Historica vulgavit Muratorius Antiquit. Medij Ęvi Tom. I. pag. 1029.

pag. 210

Benno, sive Benzius, post annum 1061. Episcopus Albensis Libros VII. de rebus Henrici III. alias IV. qui patri Henrico successit quinquennis anno 1056, conscripsit. Prodiere Tom. IX. Reliquiarum MSS. et Diplomatum omnis aevi Io: Petri Ludewig. Francof. 1731. 8. pag. 271. usque 416. quos Ludewigius primum se existimavit in lucem protrahere. Sed ante eundem eosdem prior, et multis locis emendatiores ediderat Io: Burckardus Menckenius Tom. I. Scriptor. Germanic. pag. 958. 1074. Lipsiae. 1728. fol. sub titulo Panegyrici in Henricum IV. Imperatorem.

pag. 211.

Berardi, sive Ioannis Berardi Monachi et Praepositi Chronicon Abbatiae S. Clementis Casauriensis, sive Piscariensis in Aprutio anno 854. a Ludovico II. Imperat. conditi, usque ad annum 1182. Libris III. Prodijt Tom. I. Spicilegij Dacheriani pag. 361. et Tom. II. pag. 929. 977. Editionis novae. Partem primam sine nomine auctoris vulgaverunt Andreas du Chesne Tom. III. Scriptor. de rebus Francicis pag. 344. et Ughellus Tom. VI. Ital. sacrae pag. 901. et Tom. X. pag. 392. Edit. novae.

Bercharius presbyter, sive Bercarius, vel Bertharius, vixit circa annum 887. scripsitque Historiam Episcoporum Virdunensium, quae cum continuatione Anonymi, et Laurentij Leodiensis usque ad Innocentij IV. tempora extat Tom. XII. Spicilegij Dacheriani pag. 251. et Tom. II. Editionis novae pag. 234. 262. et in Histor. Civili et Ecclesiastica Lotharing. August. Calmet.

Berengarij Imperatoris Panegyricum incerti auctoris Libris IV. Carmine Heroico, editum ab Hadriano Valesio Paris. 1663. 8. deinde a Leibnitio Tom. I. Scriptor. Brunsvic. pag. 235. 256. postea a Muratorio Tom. II. Scriptorum Italiae.

pag. 220.

Bernardus Guidonis, natione Aquitanus, patria Lemovice, Prior aliquando Castri S. Vincentij in Occitania, Ordinis Praedicatorum, natus circa annum 1260. obijt anno 1331. scripsit Chronica Ordinis sui usque ad annum 1304. et Annales Pontificum usque ad Ioannem XXII. ex quibus plures Pontificum Vitas vulgavit Murator. Rer. Ital. Tom. III. Scripsit et Genealogiam, sive Chronicon Comitum Tolosae, editum Tolosae 1623. fol. inter Monumenta Historiae Comitum Tolosae, Galliae scripta.

pag. 221.

S. Bernardus Burgundus, Gallus natus anno. 1091. Monachorum Cisterciensium Cœnobij Claraevallensis gloria: et reformandæ Ecclesiasticæ disciplinæ plus, quam alij volebant, intentus, obijt anno. 1153. 20. Augusti, Sanctis adscriptus anno. 1174.

De S. Bernardo Lutherus Tom II. Altenburg. pag. 810. S. Bernardus magnus Vir spiritu, ut omnibus prope Doctoribus antiquis et novis eum anteponam: vide tamen quomodo cum Sacra Scriptura, quamquam spirituali sensu, Ludat et a vero eam deflectat. Bernardi Laudat militatem sanctam eximiamque celebrat idem Lutherus Tom. I. Altenburg. pag. 875.

Prodiere Opera Bernardi quam pluries; sed accuratissime, curante Joanne Mabillonio, atque intercedente opera Sociorum suorum Michaelis Germani, Theodorici Ruinarti, atque Edmundi Martene, Paris. 1719. fol. Tomis duobus, quorum prior Partes. IV. distinctas continet complectentes genuina Bernardi Opera, posterior Partes. II. dubia et aliena comprehendentes. Hanc recuderunt Veronenses. 1726. fol. tribus Volum.

pag. 229.

Bernardus, sive Bernardinus Corius Mediolanensis, anno. 1499. defunctus, scripsit Chronica Rerum Mediolanensium, et Vitas Cæsarum ad Henricum VII. Multa hic ex non puris fontibus hausta repurganda sunt, praeterquam quod Corius scriptor est Italicus non Latinus. Prodijt anno. 1503. quæ sane Editio obvia est rarissime. Vide Ephemerides Eruditorum Italiæ Tom. XXIII. pag. 390 Obijt anno. 1500.

Bernardus Noricus Cœnobita Cremifanensis, Ord. S. Benedicti, scripsit Chronicon Laureacensium et Passaviensium Episcoporum usque ad annum 1320. editum ab Hieronymo Pezio Tom. I. Script. Austriacorum pag. 1296. et aliud Chronicon Austriacum desinens in annum. 1308. ibidem. pag. 686.

pag. 233.

Bernardus Oricellarius, sive Russelay Florentinus circa annum. 1500. scripsit Historiam de rebus in Italia gestis ab adventu Caroli Regis Galliæ. Prodijt Londini. 1724. 4.

pag. 234

Bernardus Thesaurarius scripsit Librum de acquisitione Terræ Sanctæ ab anno. 1095. ad. 1230. Gallica lingua, quem Latine versum a Francisco Pipino Ord. Prædicat. vulgavit Muratorius Tom. VII. Scriptorum Italiæ pag. 657.

pag. 239.

Bertholdus Constantiensis Presbyter, scripsit Chronicon ab anno. 1054. ubi desinit Hermannus Contractus ejus Magister, ad annum. 1100. editum a Christiano Urstisio Tom. I. Basileæ. 1584. et Francofurti. 1670. fol. In temporis notatione eum non raro hallucinari notavit Antonius Pagius ad annum. 1090. num. 6.

pag. 241.

Bertiniani Annales Regum Francorum ab anno. 741. ad. 882. ex vetusto Monasterij S. Bertini Codice vulgati ab Andrea du Chesne Tom. III. pag. 150. 261. et a Muratorio Tom. II. Scriptor. Ital. pag. 490. Appendicem vero alterius Scriptoris ab anno. 883. ad. 900. vulgavit Freherus Tom. I. Scriptor. Germanicor. pag. 46. 55. et ex Frehero du Chesnius Tom. II. pag. 575. ad calcem Annalium Fuldensium: et Muratorius Tom. II. Script. Ital. pag. 570. Supplementum anni. 901. edidit Leibnitius Tom. I. Bruswicens. Script. pag. 192. et ex eo in nova Freheri editione Struvius Tom. I. pag. 70. In eo differunt, notante du Chesnio, Bertiniani Annales a Fuldensibus sive Moguntinis, quod Fuldensium auctor Carolo Calvo Francorum Regi ad calumniam usque iniquus extitit.

pag. 248.

S. Blasij Monachus, sive Otto de S. Blasio Ord. Benedict. in Diœcesi Constantiensi, scripsit continuationem Chronici Ottonis Frisingensis ab anno. 1146. usque ad annum. 1209. editum cum eodem Chronico ab Urstitio.

Blondus, sive Flavius Blondus ex Ravaldinorum familia, Foroliviensis, Pontificum Eugenij. IV. Nicolai. V. Callisti. III. et Pij. II. Secretarius, majoribus dignitatibus Ecclesiasticis admovendus, nisi uxorem Paulam habuisset, ex qua filios quinque Litteris ornatos reliquit, defunctus Romæ anno. 1463. ætatis. 75. Vide Vossium pag. 585. et Apostolum Zenum Tom. XII. Diar. Er. Ital. pag. 370. seqq. et Martinum Hanckium de Rom. Rer. Script. Lib. I. pag. 201. seq. et Lib. II. pag. 341. seq.

Prodiere Blondi Opera junctim Basileæ 1559. folio. in qua Editione sunt qui Romæ triumphantis Libri. X. Lib. I. et II. de veterum Romanorum Religione: III. IV. V. Republica: VI. VII. Militia: VIII. IX. X. triumphis, moribus et institutis. Romæ instauratæ Libri. III. qualis post crebras vastationes fuit Blondi temporibus. De origine ac gestis Venetorum Liber, ex Edit. Veron. 1481. fol. Italia Illustrata, sive illustrata per Regiones, seu Provincias. XVIII. Historiarum Decades. III. Libri XXXI. ab inclinato Rom. Imperio, et Roma per Alaricum Gothorum Regem anno. 410. capta, ad annum. 1440. Priores Decades. II. desinentes in annum. 1400. in Epitomen redegit Æneas Silvius postea Pius. II. Papa. Scripta Blondi inedita vide in dicto Diario Italiæ, dicto Tomo. pag. 376.

pag. 260.

Bonincontrius, sive Laurentius Bonincontrius, Hetruscus Miniatensis, scripsit Annales Florentinarum maxime rerum ab anno 1360. ad 1458. in lucem editos a Muratorio, in limine Tomi XXI. (XXIII.) Scriptor. Ital. Multo altius, observante Joanne Lamio, Annales Bonincontrij exordiebantur, sed superiora omnia, utpote nihil novi tradentia, et fabulosi multum continentia Muratorius ipse praecidit. Scripsit quoque Bonincontrius de ortu Regum Neapolitanorum, sive utriusque Siciliae, desinentem in annum 1414. Historiam, quam vulgavit idem Io: Lamius in suis Delicijs Eruditorum, ejusque Tomos plures jam produxit.

pag. 261.

Bonincontrius Morigia, Modoetiensis, clarus Historicus Mediolanensis circa annum 1350. scripsit Chronicon Modoetiense ab Origine Civitatis usque ad annum 1349. ex Codice membranaceo Ambrosianae editum a Murator. Tom. XII. (XIV.) Scriptor. Ital.

pag. 264.

Borovienses Annales Abbatiae, Cizensi Civitati viciniae, ab anno 1125. ad 1198. extant in Io: Georgij Eccardi Corpore Script. Medij Aevi Tomo I. pag. 1007. ad 1024.

pag. 266.

Bouslaus, sive Bohuslaus de Hassenstein Bohemus, vir egregius et ameni ingenij, defunctus anno 1510. scripsit varia eruditionis Opuscula. Extant praecipue Farrago Poematum, quae varij generis non infelici vena Bohuslaus effudit, edita a Thoma Miti, Nymburgeno, Pragae 1570. 8. inter quae prostat Satyra in Mores Procerum, Nobilium, et Popularium Patriae.

pag. 267.

Bracellus, sive Iacobus Bracellus Genuensis, scripsit culto sermone Libros V. de Bello inter Hispanos et Genuenses ab anno 1412. ad 1444. Prodiere Paris. 1520. 4. et alibi, atque in Graevij Thesauro Scriptor. Italiae pag. 1261. Tom. I. Parte II. Scripsit et Librum de claris Genuensibus editum Paris. cum supradictis Libris V. Belli Hispanici et Genuensis, una cum Orae Liguticae Descriptione et Bracelli Epistolis. Scripsit praeterea Orae Liguticae Descriptionem ad Flavium Blondum. Prodijt Romae 1573. 4. et in Andreae Schotti Italia illustrata pag. 637. necnon in Graevij Thesauro Historiae Italiae Tom. I. Vide Vossium de Historic. Latin. pag. 616. et Diarium Eruditorum Italiae Tom. XXIII. pag. 267. segg. Scripsit demum Libellum de praecipuis Genuensis Urbis Familijs, editum a Io: Mabillonio Itinere Italico pag. 227. 229.

pag. 281.

Brito, sive Guilelmus Brito Aremoricus, sive ex Britannia minore, Gallus scripsit prosa Oratione, Compendium Annalium Rigordi de gestis Philippi Augusti. Philippi Augusti Adeodati ejusdem, ab anno. 1180. ad 1223. Francorum Regis gesta et laudes persecutus est in sua Philippide Libris XII. Carmine hexametro. Prodijt primum in P. Pithoei Scriptoribus XI Historiæ Francorum ab anno 900. ad. 1285. Francof. 1596. fol. et in du Chesnij Scriptor. Francicis Tom. V. pag. 93. Pary. 1649. fol. Separatim demum cum Notis Caspari Barthij, Cygneæ. 1657. 4.

pag. 285.

Brompton, sive Joannes Brompton, seu Anonymus qui tam sub Eduardo III. scripsit Chronicon ab anno. 588. quo S. Augustinus venit in Angliam, ad mortem Richardi. I. sive annum. 1198. Prodijt Londini 1652. fol. pag. 725. 1285. inter Scriptores X. Hist. Anglicanæ. Chronici hujus pretium auget, quod in illo extat servata vetus Latina versio Legum Anglo-Saxonicarum.

pag. 290.

Bruno Monachus, Scriptor Historiæ Belli Saxonici, ab anno. 1073. ad. 1082. infestus Henrici. IV. Imperatoris memoriæ, prodijt Tom. I. Script. German. Frekeri pag. 173.

Brunus, sive Leonardus Brunus Aretinus, qui et vulgo frequentius appellari solet Leonardus Aretinus, non infimus inter renascentium Litterarum primordia, natus anno. 1369. meruit anno. 1404. ab Innocentio VII. cooptari, qui ei ab Epistolis esset. et anno. 1413. Joanni XXIII. cum quo petijt Constantiam; cum postea longum tempus gessisset munus Cancellarij Reipublicæ Florentinæ, ibi 7. Id. Martij anno. 1444. ætatis. 75. defunctus, laudatus est pro funere ab ejus successore Poggio

Extant, præter quamplura ejus Opera, Historiæ Florentinæ Libri XII. usque ad annum 1402. Prodiere Argentorati. 1610. fol. una cum Aretini ejusdem Commentario Rerum suo tempore in Italia gestarum ab anno. 1378. ad. 1440. Qui recusus est a Muratorio Tom. XIX. Scriptor. Italiæ.

Eidem Aretino spectat Imperatoris Eliogabali Oratio protreptica sive adhortoria ad Meretrices, edita inter Historiæ Augustæ Scriptores ab Aldo Manutio Venetijs. 1519. Vide Tom. II. Indicem Latinæ Bibliothecæ. pag. 659.

pag. 300.

Burchardus, sive Ioannes Burchardus, Argentinensis, Capellæ Alexandri VI. Papæ Clericus, et Cæremoniarum Magister, postea etiam Ecclesiæ Hortanæ præfectus a Iulio II. scripsit Diarium Curiæ Romanæ ab anno 1492. quo in Papam assumptus est Alexander VI. usque ad Iulij II. initia, sive ad mensem Decembrem anni 1505. Prodijt Tom. II. Corporis Historicorum Medij Ævi vulgati a Io: Georgio Eccardo pag. 2017. 2160.

pag. 302.

Burchardus Monachus S. Galli De casibus Monasterij S. Galli ab anno 982. ad 1204. editus in Goldasti Alemannicis Tom. I. pag. 10.

pag. 307.

Burtonenses Annales, a nato Christo ad annum 1291. editi a Thoma Galeo inter Rer. Anglicarum Scriptores veteres, Oxoniæ 1684. fol.

pag. 310. Liber. III

Cadlubkus, sive Vincentius Cadlubkus, vel Kadlubko, aut Cadlubus Episcopus Cracoviensis ab anno 1208. ad 1219. scripsit suasu Casimiri Iusti, Principis Poloniæ, De gestis Polonorum Libros IV. Prodiere Dobromili 1612. 8. et cum Ioannis Dlugossi seu Longini Historia Polonica, Lips. 1711. fol. Tom. II. pag. 599.

pag. 324.

Callimachus, seu Philippus Callimachus notiori nomine, qui reapse Philippus Bonacursius e Geminiano Hetruriæ Oppido fuit, diemque obijt anno 1496. Scripsit De his quæ a Venetis tentata sunt, Persis ac Tartaris contra Turcas movendis. Prodijt Hagenoæ 1533. 4. Isleb. 1603. et inter Scriptor. Rer. Persicarum, Frf. 1601. fol. pag. 402. Scripsit præterea Vitam Attilæ, sine loco et anno editum, ac fortasse Tarvisij, circa annum 1489. atque inde Hagenoæ 1531. 4. Basileæ 1541. 8. in Sylloge, cui titulus: Opus Historiarum nostro seculo convenientissimum: et in Io: Sambuci Appendice Rerum Hungaricarum, ad calcem Bonfinij Francof. 1581. et Coloniæ 1690. fol. pag. 678. una cum Attila Nicolai Olahi Metropolitæ Strigoniensis. Scripsit porro De Rege Hungariæ Uladislao IV. et clade Varnensi Libros III. Prodiere Aug. Vindel. 1519. 4. Cracoviæ 1582. 4., inter Script. Rer. Hungaricarum Francof. 1600. fol. pag. 290. et ad calcem Historiæ Polonicæ Martini Cromeri Coloniæ 1589. Scripsit demum Epistolam de eadem clade, excusam Tom. II. Chronicorum Turcicorum Philippi Loniceri. Basil. 1556. et Frf. 1578. fol.

pag. 332.

Capriolus, sive Helius Capriolus Brixiensis Jurisconsultus, Scriptor Chronicorum de Rebus Brixianorum, tam Sacris et Civilibus ab Urbis exordio, ad annum 1510. Libris XIV. obijt anno 1519. Extant in Thesauro Scriptorum Italiæ Burmanniano Tomo IX. Parte VI. in qua Editione duo postremi Libri primum lucem adspexere Apostoli Zeni beneficio ex MSS. Cod. Biblioth. Ottobonianæ.

pag. 355.

Casinensis Monachi Chronicon breve rerum in Regno Neapolitano gestarum ab anno 1000 ad 1212. Prodijt Neapoli, una cum Herempeito Longobardo, alijsque 1626. 4. atque in Camilli Pellegrini Historia Principum Longobardorum, ibidem. 1643. 4. deinde Tom. I. Biblioth. Historicæ Regni Siciliæ. Panormi. 1723. fol. postremo ad MSS. Codices recensitum ac emendatum Tom. V. Scriptorum Italiæ Muratorij.

Casinensis Monachi alterius Historia Rerum a Longobardis gestarum in Cis-Tiberina Italia ab anno 840. ad 875. Prodijt in dicta Pellegrini Historia. Neapoli. 1643. 4. atque inde Tom. II. Scriptor. Italiæ Muratorij, et Tom. IX. Italiæ Thesauri Burmanniani.

S. Cassiani primi, temporibus Joviani, ~~Abbatis~~ Hortensis Ecclesiæ Episcopi Acta, vulgata a Justo Fontanino in ejus Oper. de Antiquitatibus Hortæ, Romæ. 1708. 4. deinde Tom. VIII. Thes. Ital. Burmanniani

pag. 359.

Chronicon breve Cœnobij S. Petri Catalaunensis ad Matronam in Campania ab anno 1009. ad 1223. Tom. I. Biblioth. novæ MSS. Labbei pag. 296. 297. Catalaunum, sive Cavillonum, vulgo Chalons ad Matronam, nunc Le Marne, in Campania sive et vulgo Le Champagne Civitas ubi forte fuere Campi Catalaunici, in quibus Attila ingenti strage victus est, virtute Aetij; Theodosio Minore Imperante.

pag. 365.

Cavense Chronicon, ab anno 569. ad 1318. ex MS. Monasterij Cavensis vulgatum Tom. VII. Script. Italiæ Muratorij, pag. 913. 933.

pag. 366.

Cencius de Sabellis, Cardinalis, et S. R. E. Camerarius, postea Honorius III. Papa ab anno 1216. 18. Julij. ad 1227. 18. Martij. Scripsit nondum Pontifex Cerimoniale Romanum, quod primus vulgavit Mabillonius Tom. II. Musei Italici pag. 167. 220. Scripsit et Librum Censuum S. R. E. Quod prodijt, non tamen sine interpolationibus, seu additamentis a posterioribus auctoribus inductis, Tom. V. Antiquit. Medij Ævi C. Muratorij pag. 851. 908.

pag. 367.

Conradus Celtes, alio nomine Protucius et Meissus Swinfurtensis, natus die. 22. Martij. 1459. Magistros habuit clarissimos ejus temporis viros, unde ingenio et doctrina nobilis a Friderico. III. Imperatore Lauro Poëtica Norimbergæ ornatus, Viennæ obijt anno. 1501. Bibliothecæ Cæsareæ præfectus. Inter cætera ejus Opera extant Carmen de situ et moribus Germaniæ in Simonis Schardij Tom. I. et soluta Oratione Liber De Hercyniæ Silvæ magnitudine, prodijt cum dicto Carmine et Rhenani Libris. III. Rerum Germanicarum, Argentorati. 1610. 8. Extat etiam ejus Liber De origine, situ, moribus et institutis Norimbergæ. Prodijt Norimberg. 1501. 4. inde in Exegesi Germaniæ, Francisci Irenici. Hagenoæ 1518. fol. et Hannoviæ. 1728. fol. Huic Conrado tribuitur inventio Tabulæ Peutingerianæ, ut observatum est in Indice ad calcem Tomi. II. Bibliothecæ Latinæ, pag. 679. 680.

pag. 369.

Coriolanus Cepio, seu Cippico Traguriensis Dalmata, Ductor Exercitus Veneti sub Duce Veneto Petro Mocenigo, scripsit anno. 1477. De rebus gestis Petri Mocenigi Imperatoris sui, quibus ipse Cepio interfuit, Libros. III. Prodiere Venetijs. 1477. 4. et alibi. Obijt Cepio anno 1493. ætatis. 68.

pag. 372.

Chemnicensis Chronici Fragmentum ab anno 1408. ad. 1516. vulgavit Menckenius Tom. III. Script. Rer. Germanic. pag. 157. 159.

pag. 376.

Christianus. II. Archiepiscopus Moguntinus ab anno. 1249. ad. 1252. quo depositus fuit ab Hugone Cardinali Legato Innocentij. IV. habetur auctor Chronici Moguntini veteris, quod alij referunt ad Conradum incertæ Sedis Episcopum, sed perperam, quo continetur Ecclesiæ Moguntinæ Historia ab anno. 1140. ad. 1251. Prodijt Basileæ. 1537. et apud Urstisium. 1585. Tom. I. pag. 567. et Tom. II. Rer. Moguntinarum Georgij Christiani Ioannis pag. 101. 130.

pag. 377.

Christophori a Soldo, Civis Brixiani, Annales Brixianos, sive de rebus sui temporis ab anno. 1437. ad. 1468. primus e Codice Estensi vulgavit Muratov. Tom. XXI. Rer. Ital. Mediol. 1732. fol.

pag. 379.

Chronici veteris Excerptum ab anno. 886. ad. 1109: apud Andream du Chesne Tom. IV. Rer. Francicarum pag. 69. 96.

pag. 387.

Claudius auctor Chronici secundum Hebraicorum Codicum veritatem, quod edidit Labbeus Tom. I. Bibliothecæ novæ MSS. pag. 309. 315. creditur ab eodem Labbeo fuisse Claudius Hispanus, discipulus Felicis Orgelitani Episcopi, atque ab anno. 821. ad. 839. Episcopus Taurinensis. Quisquis vero fuit, sub initia Ludovici Pij testatur se scripsisse, qui Carolo Magno in Imperio successit anno Christi. 814.

pag. 390

Claudius Massiliensis primum Episcopus, deinde Taurinensis Archiepiscopus ab anno. 1517. ad. 1520. Scripsit Gallice Historiam sive Panegyricum Ludovici. XII. et de Republica Gallorum Libros. II. quos latine vertit Ioannes Sleidanus, Argentorati. 1548. Francofurti. 1608. 8.

pag. 397.

de Cermenate, idest Ioannes de Cermenate, Notarius Mediolanensis, scriptor Historiæ de situ, origine, et cultoribus Ambrosianæ Urbis, ac Mediolanensium gestis sub Imperio Henrici. VII. ab anno. 1307. ad. 1313. editæ a Muratorio Tom. II. Anecdotorum Latinorum Mediol. 1698. 4. pag. 31. 111. Cujus Supplementa dedit idem Muratorius eorundem Anecdot. Tom. III. pag. 212. 228.

Coelius Rhodiginus, sive Ludovicus Coelius Richerius, patria Rhodiginus, humaniores Litteras Vincentiæ primum, deinde Ferrariæ, tum Mediolani, ac denique Patavij docuit, obijtque anno. 1520. ætatis. 70. Scripsit Libros. XXX. Antiquarum Lectionum, Iulio Cæsari Scaligero ejus discipulo laudatorum in extremo Libri. III. Poetices, quos ad Varri, Vindiciisque Gellii, Gellio laudati, exemplum scripsit, edidityue Venetijs. 1516. fol. ubi non modo vocabula multa utriusque Linguæ abstrusa explicavit, et innumeris Græcorum Latinorumque Scriptorum locis egregiam lucem affudit, sed et quamplurimas Antiquitates feliciter illustravit. Adeo ut illius Opus non frequentius juvenum manibus teri miretur et indignetur Vossius Lib. III. de Hist. Latinis. pag. 814. seq. Solet tamen in Rhodigino, ut in Alexandro quoque ab Alexandro, reprehendi, quod passim dissimulat fontes unde veteris narrationes repetijt, vel laudat Scriptorum deperditorum Monumenta, autoribus, in quibus illa nominari reperit, haud nominatis. Caspare Barthio judice Tom. III. ad Statium. pag. 440. Vir fuit longe eruditissimus, sed amenitati scriptionis parum consulens, omissis verbis auctorum, quibus Observationes suas debet. Et Iano Rutgersio Lib. IV. Cap. XVIII. Variar. Lectionum: Vir diligens quidem et eruditus, sed qui temere in molem illam Lectionum congerebat quidquid se obtulisset. Optandumque erat, ut inter tot Lectiones Antiquas nullos novos errores proseminaret. Coelij incuria, ut ait Iosua Barnes in Vita Euripidis pag. 33. Valet tamen hic illud Varronis, eum qui tam multa dixerit commode, potius laudandum, quam si quædam ignoraverit peccaveritque, acriter reprehendendum et exagitandum. Sive ut Horatius:

ubi plura nitent in Carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.

Recusum est Cœlij Opus recognitum ab auctore, et tertia parte auctius. Basileæ. 1542. 1555. 1566. apud Froben., et apud Wechel. Heredes. 1599. ac demum Genevæ. 1620. fol.

pag. 399.

Collenucius, Landulfus Collenucius, Pisaurensis, strangulatus in carcere anno 1500. Scripsit Libros VI. Historiæ Neapolitanæ, quam Latine translatam a ~~Nicolao~~ Io: Nicolao Stupano Rhæto typis editam videre est Basil. 1572. 4.

pag. 401.

Chronicon Dominicarum Columbariensium, sive Colmariensium in Alsatia, quo Rer. Alsaticarum Annales succincte primum perstringuntur, deinde uberius narrantur ab anno 1211. ad 1303. Tom. II. Urstisij pag. 5. 62.

pag. 405.

Comineus, nempe Philippus Comineus scripsit Historiam Rer. in Gallia gestarum Ludovici XI. ab anno 1464. ad 1483. tempori Libris X. et Libros V. de Bello Neapolitano per Carolum VIII. suscepto. Omnia Gallice, quæ Latine versa prodiere Francof. 1619. 8. Obijt Comineus anno 1509.

pag. 409.

Condomensis Abbatiæ in Gallia, anno 1317. in Episcopatum erectæ Chronicon usque ad annum 1371. extat Tom. XIII. Spicilegij Dacheryani pag. 432. et Tom. II. novæ Edit. pag. 580. 602.

Congelshovius, sive Jacobus Congelshovius, seu Twinger de Koningshofen, nobilis Argentoratensis, et Presbyter, scripsit Chronicon ab Orbe condito ad annum 1386. Germanice, ubi res Alsaticas præsertim et Argentoratenses persequitur. Prodijt Argentorati 1698. 4. curante Io: Schiltero.

pag. 410.

Conradus Abbas, ex quo Fragmentum Scriptoris de Reb. Francorum, tempori Caroli III. et Roberti anno Christi 922. Henrici Aucupis tertio, edidit P. Pithoeus, inter Scriptor. XII. Paris 1588. et Francof. 1594. 8. pag. 216. 218.

pag. 412.

Conradus Frater, cognomento Gratia Dei, Ordinis Prædicatorum, Prior S. Catharinæ Panormitanæ in Sicilia, scripsit circa annum 1305. ad Angelum Boccamazzam Episcopum Catanensem, Epistolam seu brevi Chronicon ab anno 1027. ad 1283. Prodijt in Catana Sacra Io: Bapt. de Grossis 1654. fol. alibique, ac nuper Tom. I. Biblioth. Historicæ Regni Siciliæ Io: Bapt. Carusij, Panormi. 1723. fol.

pag. 415.

Conradus Lauterbergensis, sive Montis Sereni, prope Halam Saxoniæ, S. Petri Monachus et Presbyter, scripsit Chronicon ab anno 1124. ad 1225. quo Cœnobij illius, Marchionum Misniæ gesta, aliæque Germaniæ res exponuntur. Prodijt Helmstadij 1665. 4. cura Ioachim. Io: Maderi, adiuncto Chronico Monasterij Gozecensis, facta præcipue enarr. ab anno 1041. ad 1135. Saxoniæ et Sommersenburgi Comitum Palatinorum, Thuringiæ; Landgraviorum et Marchionum, eiusque filiorum ab anno 1040. ad 1212. ubi Historia Wiperti Lusatiæ quondam Marchionis, eiusque filiorum. Item Chronicon Monasterij Pegaviensis a temporibus Henrici III. ad annum 1212. Atque Variorum Germaniæ Monasteriorum fundationes

Conradus a Lichtenau, Presbyter, et ab anno 1215. ad 1240. Abbas Uspergensis sive Aversspergensis, Premonstratensis Ordinis, in Diœcesi Augustana, quo nomine notior est inter Historiæ studiosos, scriptor fuit nobilis Chronici a Belo primo Assyriorum Rege usque ad annum IX. Friderici II. Imperatoris: Christi 1229. Prodiit primum cum Melanchthonis Prefatione, curante Conrado Peutingero Argentorati 1515. fol. et cum Paralipomenis Caspari Hedionis usque ad annum 1537. ibidem 1538. fol. deinde Basileæ 1540. fol. emendatius: recusa ibidem 1569. fol. et cum Reginone ac Lamberto Schafnaburgensi. Argentorati 1609. fol. De Historia Germanica, iudice Melanchthone optime meritus Conradus est, quippe qui de Imperatoribus nostris multa studiose collegit. Preterea notationem temporis, alterum historiæ oculum, reliquis diligentius adhibuit.

pag. 416.

Conradus I. Abbas Mellicensis, cujus Chronicon breve veterum Austriæ Marchionum et Ducum a Leopoldo I. sive anno 1098. ad Leopoldum VI. cognomento virtuosum, sive ad annum 1194. editum ab Hieronymo Pez. Tom. I. Scriptor. Austriacorum

pag. 418.

Conradus Peutingerus Augustanus, Vir Patricius, natus anno 1465. obiit anno 1547. ætatis 82. inter instauratores renascentium Litterarum merito enumeratur. De Tabula veteri Geographica Peutingeriana, iam dictum est in Indice Biblioth. Italingeriana,

pag. 419.

Conradus Philosophus, Præpositus Cœnobii Schirensis Diœcesis Frisingensis; vide supra in Aventino pag. 147.

pag. 420

Conradus Vecerius Lucemburgensis, Maximiliani I. Imperat. a secretis, scripsit Libellum de rebus gestis Henrici VII. Imperatoris, extincti anno 1313. 24. Augusti Prodiit una cum ejusdem Conradi Historia de duabus Seditionibus Siciliæ sub imperio Caroli V. Imperat. et Regis Hispaniæ anno 1517. Hagenoæ 1531. 4. et Basileæ 1532. apud Hervagium, atque alibi pluries

pag. 421.

Conradus Weling Monachus Augustanus S. Afræ Ord. Benedict. una cum fratre suo Ulrico Welingio Monacho S. Udalrici, scripsit Continuationem Annalium Henrici Steronis ab anno 1301. ad 1334. Extant Tom. I. Script. Rer. Germ. Frekeri pag. 581. 596. Edit. novæ

pag. 425.

Contarinus, sive Hieronymus Contarinus scripsit Totius Orbis Descriptionem. Prodiit Venetiis 1605. 4.

Contarenus, sive Io: Petrus Contarenus, scripsit Italice Librum de bello Turcico Selimi contra Venetos, qui Latine versus a Nicolao Stupano prodiit Basileæ 1573. 4.

pag. 426.

Corbejæ Saxonicæ Annales antiqui ab anno 815. ad. 1471. post primos Auctores interpolati et ad illud tempus continuati ab Antonio Snakenburgio Monacho Corbejensi, et deinde Hersfeldensi, defuncto anno 1476. Prodiere Francof. 1698. 4. in Syntagmate Rer. et Antiq. Germanicarum Christiani Francisci Paulini, et Tom. II. Script. Brunsvicensium Leibnitij pag. 296. 319.

Corbejense Chronicon aliud breve, ab anno 822. usque ad Wickboldum Abbatem, qui anno 1147. expeditioni contra Slavos, Obotritos et Luticios interfuit. editum cum Notis ab Henrico Meibomio Tom. I. pag. 753. 755. subjuncta pag. 762. Litania refert Corbejensi.

pag. 429.

Cornelius Santflict Monachus Benedictinus Leodiensis, scripsit Chronicon ab Orbe Condito ad annum. 1461. Hujus Chronici pars nobilior, nempe ab anno. 1230. vulgata est a P. Martene Tom. V. Vet. Mon. pag. 67. 504.

Cornerus, sive Magister Hermannus Cornerus, aut Kornerus Lubecensis, Ord. Prædicat. auctor Chronicæ inscriptæ: Novellæ ab Orbe Condito ad annum. 1435. ex Vincentio Bellovacensi, Henrico de Hervordia, Egghardo, Martino Polono, Helmoldo Arnoldo, alijsque, quibus ipse de suis præcipue temporibus plura nova et singularia addidit. Prodijt, omissis rebus a Mundi exordio usque ad Carolum Magnum, Tom. II. Corporis Historicorum Medij Ævi Io: Georgij Eccardi pag. 432. 1343.

pag. 430.

Cortusius, sive Guilelmus Cortusius Patavinus, cœpit condere Historiam de Novitatibus Paduæ, et Lombardiæ ab anno. 1256. quod Opus continuavit et ad annum. 1364. perduxit ejus consanguineus Albrigetus Cortusius. Primus in Libros. XI. distributum vulgavit ex quatuor MSS. Codd. Notasque addidit Felix Osius Venetijs. 1636. fol. Recusum Tom. VI. Part. I. Thesauri Italiæ Burmanniano, addito Supplemento ex MS. Codice Comitis Pij de Comitibus Patricij Veneti. Sed Tom. XII. Rer. Ital. Muratorius non modo castigatius ex MSS. Codd. alijs, et Chronico inedito Andreæ Redusij, auctiusque Libro. II. Capitibus. XXIV. reddidit, sed etiam ex Estensi Codice Binas Additamenta adjunxit, non ut Opus ipsum scripta Latine, sed Italice dialecto Patavina, primum fortasse per ipsos Cortusios ab anno. 1359. ad 1365. exaratum; alterum ab Anonymo Scriptore ab anno. 1354. ad. 1391.

pag. 431.

Cosmas Pragensis Decanus, anno. 1099. sacerdotio inauguratus, atque alio diversus a Cosma Pragensi Episcopo ab anno. 1091. ad. 1098. scripsit Chronicon Bo[illegible]morum Libris. III. a Primislao, sive Brzetislao. I. seu anno 1038. usque ad Sobeslaum Ducem, sive annum. 1125. quo ipso anno Cosmas Chronici auctor tumulatus esse perhibetur in Coemeterio veteri Pragensis Ecclesiae. Prodijt Hanoviae 1602. fol. deinde integrius. 1607. fol. ibidem inter Freheri Script. Rer. Bohemicarum. ex qua Editione jam variore recudendos dedit Jo: Burchardus Menckenius Tom. I. Script. Rer. Germ. pag. 1968. 2123.

pag. 432.

Cremonense Chronicon ab anno. 1096. ad. 1232. post Sicardi Episcopi Cremonensis Chronicon editum a Muratorio Tom. VII. Rer. Ital. pag. 629. cum laterculo Magistratuum Cremonensium ab. anno. 1148. ad. 1336.

pag. 433.

Cribellus, sive Leodrisius, aut Leodrisius, idest Ludovicus Cribellus, Mediolanensis, defunctus anno. 1463. scripsit Librum de Vita et rebus gestis Sfortiae, ejusque filii Francisci Sfortiae, Vice-Comitum ac Ducum, Mediolanensium ab anno. 1369. ad. 1424. Prodijt Tom. XIX. Rer. Ital. Muratorij

pag. eadem

Crinitus, sive Petrus Crinitus Florentinus, obijt aetatis anno. 39. sub initia Seculi. XVI. Scripsit, amena varietate Gellium emulatus, Miscellaneorum, sive De honesta disciplina Libros. XXV. quos Bernardino Caraffae inscripsit anno. 1500. Prodiere Paris. 1510. fol. Basil. 1532. 4. Lugduni. 1543. 1555. 4. et. 1561. 12. Genevae. 1598. 12. Quamquam Mureto judice Lib. XIII. Cap. VIII. Variar. Lection. negari non possit multa in eis vulgaria pro reconditis, falsa pro veris, nova pro veteribus legi. Subjiciuntur his Libris ejusdem Criniti Vitae Poetarum Latinorum. XCVI. a Livio Andronico ad Sidonium Apolinarem Libris. V. et Carminum Libri. II. collecti editique a Lucdjo Veronensi.

pag. 436.

Crinitus, sive Petrus Crinitus Germanus, Electoris Palatini a secretis, scripsit Historiam Rusticorum tumultuum in Germaniae diversis partibus exortorum anno. 1525. et a Magistratibus feliciter sedatorum, Germanice primum, deinde Latine. Prodijt Latine Tom. III. Script. Rer. Germanic. Freheri, Edition. novae Struvij, pag. 233. 278.

pag. 441.

Consulum Romanorum nomina, quadriennijs digesta, Opusculum ignoti Auctoris, toties laudatum a Ioanne Cuspiniano in Commentarijs ad Cassiodori Consules pag. 314. ac passim alibi; idem est quod Henricus Norisius ex Cod. MS. Bibliothecæ Cæsareæ vulgavit ad calcem Operis præclari De Annis et Epochis Syromacedonum, Florentiæ. 1689. recusum Lipsiæ. 1696. 4. et Tom. II. Operum Norisij iunctim editorum Veronæ. 1729. fol. Idem Opusculum insertum est Tom. XI. Thesauri Græviani Antiquit. Roman. Fasti Capitolini, Idatiani, et Tironis Prosperi Labbeani subiunctum pag. 135. 160.

Consulare Laterculum aliud Colbertinum ab anno Christi. 138. ad. 551. ex Codice Francisci Pithoei ad calcem Chronici Eusebiani editum ab Arnoldo Pontaco. Burdigalæ. 1604. fol. pag. 801. 804. una cum alijs Fastis Consularibus ex Codice Iurensi pag. 791. 801. atque alios duos Consulum Catalogos, unum in annum Christi. 493. alterum in annum. 534. desinentem dedit Io: Georgius Eccardus Tom. I. Corporis Historic. Medij Ævi pag. 33. et. 41.

Cuspinianus, sive Ioannes Cuspinianus. Germanico nomine Spiesshammer, Swinfurtensis, post Conradum Celtem anno. 1508. 4. Februarij extinctum, præfectus a Maximiliano. I. Imperatore Cæsareæ Bibliothecæ, et majoribus deinde rebus admotus, obijt anno. 1529. ætatis. 56. die. 19. Aprilis. Extat eius Liber de Cæsaribus et Imperatoribus Romanorum a C. Iulio ad Maximilianum. I. Augustum. Prodijt Argentorati. 1540. fol. Basil. apud Io: Oporinum. 1561. fol. et Francof. 1601. fol. Extat Diarium de Congressu Maximiliani cum Hungariæ, Bohemiæ et Poloniæ Regibus, Uladislao, Ludovico, et Sigismundo in Urbe Viennensi anno. 1515. 17. Iulij. Prodijt cum dicto Libro de Cæsaribus. Extat Commentarius in Chronicon Cassiodori, extat Austria sive Commentarius de rebus Austriæ Marchionum, Ducum, Archiducum, a Leopoldo anno. 983. ad Ferdinandum. I. Caroli. V. fratrem. Extat Oratio de bello Turcis Inferendo, et Commentarius in Sexti Rufi Libellum de Regia, Consulari, Imperialique dignitate &c. Prodiere hæc Basil. 1553. fol. et Francof. 1601. fol. 3.

Editio Francof. 1601. constat Scel. 7½.

pag. 447.

Cirnæus, sive Petrus Cirnæus, Corsus, cuius Commentarius de bello Ferrariensi ab anno. 1482. ad. 1484. gesto, nuper editus Tom. XXI. qui numero Voluminum est XXIII. Rer. Ital. Muratorij pag. 1194. Eius quoque est Historia Rerum Corsicarum ab eodem Muratorio vulgata Tom XXIV. Rer. Ital.

Lib · IV · pag · 3 ·

Dagoberti · I · Francorum Regis Gesta a Monacho S. Dionysii scriptore coevo scripta · Dagobertus · I · Austrasiæ præfectus est a Patre Chlothario anno · 622 · cui defuncto successit anno · 628 · obiitque regni anno · 16 · die · 19 · Januarii · anno Christi · 644 · Gesta hæc e MS · Cod · Sæculi · XII · Biblioth · Jenensis, cum Notis vulgavit Burchardus Gotthelf Struvius Fasciculo · I · Actorum Litterariorum Jenæ · 1703 · 8

pag · 11 ·

Danicarum Rer · Scriptores Anonymi · XII · ab anno · 700 · ad · 1500 extant Tom · IX · Monum · ineditorum Io: Petri de Ludewig · Francofurti 1741 · 8 · pag · 1 · 217 · et pag · 591 · seqq ·

pag · 12 ·

Daniel Chinasius, Tarvisinus, anno · 1381 scripsit Historiam belli inter Venetos et Genuenses septimi, anno · 1377 · gesti · Opus hoc a Fabricio indicatum edidit Muratorius Tom · XV · Rer · Ital · ac vernaculo Sermone descriptum est; quare ad hanc Bibliothecam non pertinet ·

pag · 19 ·

Decius, sive Iodocus Ludovicus Decius, Germanus, S. Lateranii Comes, Imperii, Regisque Poloniæ Sigismundi a secretis, scripsit Librum de Vetustatibus Polonorum, et Librum de Iagellonum Familia, et Libros · III · de Regis Sigismundi temporibus; qui iunctim prodiere Cracoviæ · 1521 · fol ·

pag · 20 ·

Deleyto, sive Jacobus de Deleyto, Cancellarius Nicolai Estensis, Marchionis Ferrariæ, scripsit Annales Estenses suæ ætatis, sive de gestis illius Marchionis ab anno · 1393 · ad · 1409 · editos a Muratorio Tom · XX · Rer · Italic ·

pag · 30 ·

Dinus Compagnus, Gonfalonerius, sive Prætor Florentinus, defunctus anno · 1323 · Scripsit Chronicon Florentinum ab anno · 1280 · ad · 1312 · non Latino, sed culto Hetrusco sermone scriptum · Hoc vulgavit Muratorius Tom · IX · Rer · Ital · pag · 467 ·

pag · 31 ·

Diocleates, Presbyter, De Regno Slavorum a gentis origine ad annum · 1480 · editus in Io: Lucii Opere de Regno Dalmatiæ et Croatiæ Amstel · 1666 · fol · Et ex Italica versione in Mauri Orbini opere, cui Titulus: Il Regno delli Slavi, hoggi detti Schiavoni · Pisauri · 1601 · fol

pag. 37.

Ditmarus, sive Ditmarus Martiburgensis, seu Merseburgensis ab anno 1008. ad 1028. Episcopus, ex illustri Comitum Saxonicorum Valbecensium stirpe, scripsit insigne Chronicon Libri VIII. de gestis quinque Imperatorum per annos 107. Henrici I. Ottonis I. Ottonis II. Ottonis III. et Henrici II. Primus edidit Reinerus Reineccius, sed mancum initio, et pluribus hiulcum lacunis. Francofurti 1580. fol. recusum ibi anno 1600. apud Wechelium una cum alijs Scriptor. Rer. Germanic. Deinde separatim Helmstadij. 1667. 4. recudi curavit Io: Ioachimus Maderus. Denique Leibnitius, toto pene contextu ex Papebrochij MS. emendato, et lacunis ingentibus expletis redintegratum vulgavit Tom. I. Scriptorum Brunsvicensium pag. 323. Hanoverae. 1707. fol. ubi etiam pag. 1005. 1006. Variae Lectiones et emendationes Ditmari serius annotatae exhibentur. De eodem Ditmaro Leibnitius sic: Hunc Ditmarum etsi rudem stilo, et obscuriusculum subinde Scriptorem, merito in pretio habemus, quod res sui temporis pene solus posteris tradidit ex fide: peritissimus eorum quae scripsit. Itaque Andreas Brunnerus merito Opus ejus unicum sui qui Thesaurum appellat. Germanica quidem, et certe Saxonica pleraque sine ipso ignoraremus. Misnicas antiquitates nemo ipso Lucuentius dedit. Urbis Lipsiae, patriae meae, meminit omnium primus: et Silesiae etiam, sub nomine Pagi Silensis. Idem de Slavicis, Polonicis, Hungaricisque dicendum est, Historiam veterem earum gentium sine Ditmaro mancam fore. Et prae his quae ille tradidit, nihili sunt quae afferre possunt Poloni, serius cumque de suo afferre possunt Poloni, serius Scriptores nacti.

pag. 40.

Dlugossus, sive Ioannes Dlugossus, sive, Dlugossus, sive Ioannes Dlugossus, sive, Latine Longinus, Lugos enim et Dlugos Slavonica dialecto est Longus; praeceptor filiorum Casimiri III. Poloniae Regis, senior Canonicus Cracoviensis, et designatus Archiepiscopus Leopoliensis, sed antequam inauguraretur rebus humanis exemptus anno 1480. aetatis 65. die 29. Maij. Scripsit Historiae Polonicae Libros XIII. a Slavorum Polonorumque originibus usque ad annum emortualem suum. Prodiere Libri VI. primores Dubromili. 1615. fol. Deinde Libri XII. prodiere Lipsiae. 1711. fol. Liber vero XIII. prodijt et ipse Lipsiae. 1712. fol. una cum alijs Historicis Polonis. Scripsit et Vitam S. Stanislai Libri III. Prodijt Cracoviae. 1611. et 1666. et in Actis Sanctorum Tom. II. Maij ad diem 7. pag. 198.
Vide hic alia ejus Opera inedita.

pag. 43.

Dodechinus Presbyter in Longenstein, natione Teutonicus, Abbas in Monasterio S. Dysibodi, scripsit Appendicem ad Chronicon Mariani Scoti ab anno. 1084. ad. 1200. editam a Jo: Pistorio ad Mariani Scoti calcem pag. 457. 476. in Tomo uno Veterum Germ. Script. Francof. 1613. fol.

pag. 44

Dolensis Monasterij in Provincia Bituricensi Chronicon ab anno. 917. ad. 1445. et recentiori manu ab anno. 1459. ad 1550. cum Notis Philippi Labbei Paris. 1651. 4. et Tom. 1. pag. 315. Biblioth. novæ MSS. ejusdem Labbei.

pag. 47.

Dominicani Ordinis Scriptorum Bibliothecam, ceptam a Iacobo Quetif, defuncto Parisijs anno. 1698. ætatis. 80. die. 2. Martij. absolvit Iacobus Eccardus. Lucem vidit Opus eximium Paris. 1719. fol. duobus Volum.

pag. 53.

Dominicus de Gravina, scripsit Chronicon de rebus in Apulia gestis ab anno. 1333. ad 1350. vulgatum a Muratorio Tom. XII. Rer. Ital.

pag. 55.

Domnizo, alijs Donizo, vel Donnizo, Presbyter et Monachus Canusinus Ordinis S. Benedicti, scripsit Carmine Hexametro, et magnam partem Leonino Vitam Mathildis Comitissæ, celeberrimæ Principis Italiæ, anno Christi. 1115. defunctæ, Libris. II. Prodijt Ingolstadij. 1612. 4. in Veterum Monumentorum Sylloge Sebastiani Tegnagelij. Deinde emendatior ex Codice Romano in Leibnitij Scriptor. Brunsvicensibus. Tom. I. pag. 629. Denique ex Codd. Padolironensi et Regiensi castigatior, et versibus multis locupletior, cum Leibnitij et Muratorij Notis Tom. V. Rer. Ital. Plerisque eorum, quæ scribit Domnizo, ipsum interfuisse, et Papæ partibus contra Imp. Henricum. IV. impensius favere, iam notatum Vossio pag. 773. Historiam Domnizonis ab alio quopiam soluta oratione conscriptam, ex Lucensi Codice Franc. Mariæ Florentini, prior evulgavit Leibnitius, tum ex illo Murator. Tom. V. Rer. Ital. pag. 389.

pag. 66.

Dudo Neustrius, Decanus S. Quintini scripsit ad Adalberonem Episcopum Laudunensem De moribus et actis primorum Normanniæ Ducum Libros. III. ab Hastingo Rege Daniæ et Rollone primo Normannorum Duce, qui anno. 912. baptismo suscepto nomen Roberto dedit, usque ad annum. 996. sive obitum Richardi. I. a cujus fratre Comite Rudolpho narrata sibi collegisse, eaque scholastico dictamine scripta reliquisse posteris Dudo testatur. Prodijt in Script. Normannicis du Chesnij Paris. 1619. fol. pag. 49. Vossius. pag. 356. credit Dudonem poëtica magis quam historica fide scripsisse. Alij contra Vossium, Dudonem tanquam bonæ fidei tuentur Scriptorem.

Dulcidius, Presbyter Toletanus, et Alfonsi Regis ad Abub Alithum Saracenorum Ducem anno. 883. Legatus, inde Episcopus Salmaticensis, perhibetur auctor Chronici, quod illustrandum sibi sumpsit, et cum Notis edidit Barcinone 1663. 4. Iosephus Pellizerius. Ab Ambrosio Morali allegatur tum sub titulo Annalium Complutensium, tum Codicis Albeldensis. Gregorio Argaizio et Nicolao Antonio venit nomine Chronici Æmilianensis, eo quod servatum sit in Tabulario Æmilianensis Monasterii. Non adeo exploratum esse, quod auctor ejus Chronici sit Dulcidius, demonstrat idem Nicolaus Antonius Lib. VI. Cap. X. Biblioth. Hispanæ Veteris pag. 365. Dividitur totum Opus in Ordines. IV. scilicet Romanorum, Gothorum, Asturianorum, et Saracenorum.

Dungalus reclusus, sive Monachus solitariam Vitam ducens, scripsit Epistolam ad Carolum Magnum de duplici Eclipsi Solari, quæ dicebatur contigisse anno superiori. 810. Edidit Lucas Dacherius Tom. X. Spicilegii pag. 143. et novæ Edit. Tom. III. pag. 324.

pag. 67.

Dunstaplense Chronicon, sive Annales Prioratus De Dunstaple in Anglia. Prodiere Londini. 1734. 8. duobus Volum. curante Thoma Hearne.

LIBER. V.

pag. 70.

Eadmeri Monachi, anno. 1137. defuncti Opera prodiere ad calcem Operum S. Anselmi Cantuariensis Parisiis. 1675. fol. recusa ibid. 1721. fol. Inter quæ extat ejusdem S. Anselmi Vita, et Historia novorum ab anno. 1066. et a Rege Angliæ Eduardo, usque ad annum. 1122. Libris. VI.

pag. 77.

S. Eberhardi discipulus, circa annum. 1186. Scriptor Vitarum Archiepiscoporum Salisburgensium. Prodiit sub titulo Chronici Salisburgensis apud Canisium Tom. III. pag. 478. Basnagianæ Editionis.

Eberhardus Althaensis Monachus Benedictinus, scripsit Annales de Rebus Austriæ, Bavariæ, Sueviæ, ab anno. 1273. ad. 1305. Prodiit apud Canisium Tom. IV. pag. 216. Basnag. editionis. 1725.

pag. 78.

Eccardus Iunior continuator ~~Burchardi~~ Ratperti Monachi de Casibus Monasterii S. Galli ab anno. 891. ad. 980. supra i Goldasto Tom. I. pag. 11-64. hujus Biblioth. pag. 56

pag. 79.

Eccardus Abbas Uragiensis junior, scripsit Chronicon breve de Episcopis Hildesheimensibus, a Caroli M. ætate ad annum. 1080. Prodiit Moguntiæ. 1616. 4. cum Vita Godehardi Episcopi Hildesheimensis, et Tom. I. Script. Brunsv. Leibnitii pag. 772. 774.

pag. 82.

Edimburgensis Cœnobij S. Crucis Chronicon, ab ingressu Iulij Cæsaris in Angliam ad annum 1163. Prodijt ab anno 597. ubi desinit Bedæ Chronicon, ad 1163. Tom. I. Angliæ Sacræ Whartoni pag. 152. 162.

Edmundus Dinterus, sive de Dinter in agro Silvæducensi, Canonicus Lovaniensis, defunctus Bruxellis 1448. cujus extat Genealogia brevis Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, ab Hectore Trojano deducta, Francof. et Argentorati prodijt 1529. 8. ab alio continuata ad Carolum V. obvia etiam in Freheri Tom. III. Script. Rer. Germanic. pag. 270. Edit. novæ Struvianæ.

pag. 84.

Eginhardus, Germanus Oedenwaldensis, cognomento Sapiens, Caroli Magni gener, Archicapellanus, Cancellarius et Palatij Regalis Notarius fuit, quo defuncto anno 814. per multos annos superstes, Lotharium Ludovici Pij filium instituit, variasque gessit Abbatias, defunctus post annum 840. Extat ejus Vita Caroli Magni, non minus accurate et fideliter scripta quam cultiore stylo, ita ut Suetonij et meliorum imitatorem Scriptorum facile agnoscas. Prodijt primum Coloniæ 1521. 4. una cum Annalibus ab anno 741. ad 829. sine nomine auctoris, quos parum probabili conjectura ad Eginhardum refert Andreas du Chesne, et Ademaro tribuunt viri docti ut notatum est Tom. I. pag. 13. Prodijt etiam hæc Vita Caroli M. alibi pluries, sed nostra ætate nitide et emendate excusa est Trajecti ad Rhenum 1711. 4. curante Io: Hermanno Schminkio. Extant ejusdem Epistolæ LXII. vulgatæ ex Codice MS. a du Chesnio Tom. II. Script. de Reb. Franc. pag. 695. seq.

pag. 88.

Egnatius, sive Io: Baptista Egnatius, gentilitio nomine Ioannes de Cipellis, natus Venetijs 1473. discipulus Politiani, atque in patria successor Sabellici, ad humaniores literas docendas, ibi post annos fere 40. obijt anno 1553. ætatis 80. Extant ejus Libri III. de Cæsaribus in Carolo V. desinentes qui sæpe prodiere cum Suetonio. Alia ejusdem eruditionis Opuscula, et Orationes LXX. vide hic. Viri docti existimant melius eum dixisse quam scripsisse.

pag. 93.

Elnonense S. Amandi in Gallia Chronicon breve ab anno 534. ad 1223. editum ab Edmundo Martene, et Ursino Durando Tom. III. Anecdotorum pag. 1390. 1400.

pag. 94.

Ellwagense Chronicon Abbatiæ nobilis in Circulo Suevico Germaniæ, ad Iagistum fluvium, vulgo Jagst in Virgunia, vulgo Virngrundeo, sub titulo Ellwacensis Chronici publicavit Bernardus Pez Tom. IV. Anecdotorum Parte. III pag. 759. ad. 892. ab anno Incarnationis Domini ad annum. 1477. Cujus Excerpta ab anno. 1095 ad. 1477. dederat Freherus Tom. I. Script. Rer. German. pag. 453. et Struvianæ Edit. pag. 675. 690.

Emo, sive Hemmo, Abbas primus Horti Floridi Ord. Præmonstratensis in agro Werumensi sive Wittowerano apud Omlandos Frisiæ scripsit Chronicon rerum sua ætate gestarum ab anno 1204. ad. 1237. quod continuavit Menco tertius Abbas Werumensis ab anno. 1237. ad 1272. atque inde Anonymus quidam ab anno 1276. ad. 1297. Prodiit Emonis Chronicon in limine Tomi III. Anecdotorum Veteris Ævi Antonii Matthæi. Lugd. Bat. 1699. 8. Prima vero Continuatio eodem Tomo. pag. 162. Secunda pag. 275.

pag. 98.

Engelhusius Einbeccensis, sive Theodoricus ab Engelhusen, ex Canonico Hildesheimensi Presbyter Monasterii in Wittenborch, defunctus anno. 1430. scripsit Chronicon Chronicorum minime contemnendum ab Orbe condito ad annum. 1420. Prodiit Helmst. 1671. 4. curante Io: Ioachimo Madero. Deinde emendatum, et ab auctore continuatum ad annum. 1423. Tom. II. Script. Brunsv. Leibnitii pag. 977. seq.

pag. 100.

Engolismense Chronicon breve ab anno. 814. ad. 991. Tom. I. Biblioth. MSS. Labbei pag. 323. 325.

pag. 103.

Erasmus Stuler, sive Stella, Libanotanus sive Lipsiensis, Medicus, et anno. 1517. Consul Zwickaviensis, defunctus anno. 1521. duobus brevibus Libellis complexus est Antiquitates Borussiæ. Prodiere Basileæ. 1510. 4. alibique. Eodem Erasmo dictante Ioannes Garzonus Bononiensis composuit Annales Misnicos, sive de rebus Saxoniæ. Prodiere Basileæ. 1518. 4. alibique, præsertim Tom. II. Script. Rer. Germ. Menckenii pag. 1015. 1036.

pag. 104

Erchamberti Fragmentum ex Breviario Regum Francorum, et Majorum domus a Chlodhario usque ad Theodoricum Dagoberti iunioris filium, sive ab anno. 613. ad. 727. Extat Tom. I. Script. Francorum Freheri pag. 167. Tom. I. Script. Rer. Franc. Du Chesnii pag. 780. 781. et apud Ruinartum ad Gregorium Turonensem pag. 1352. Vide et Carolum Le Cointe Tom. IV. Annalium pag. 176.

Erchembertus, et Herchempertus, Lango=
bardus, Diaconus, Monachus Cassinensis, scripsit
Chronicon, sive Historiam Langobardorum fu=
siorem, quæ videtur intercidisse. Tum fusioris
Historiæ Epitomen, sive Historiam Langobardorum
Beneventi, a tempore Algelsi, et a capto per
Carolum Magnum Desiderio, sive ut Caracciolus:
De gestis Principum Beneventanorum ab anno
774. ad. 889. Hæc Historia Pauli Diaconi His=
toriam pulchre continuans, edita primum Neapoli
1626. 4. una cum Lupo Protospatha, Anonymo Casinensi,
et Falcone Beneventano, curante Antonio Caracciolo Clerico Regulari.
et in Pellegrini Historia ibid. 1643. 4. Tum Tom. IX.
Thes. Script. Ital. Burmanniano, et Tom. II. Muratoriani
Parte II. pag. 167. necnon Tom. I. Script. Medii Ævi Io: Georgii
Eccardi pag. 50. 90. Sed et Tom. V. Thes. Muratoriani
statim sub initium occurrit ex Caraccioli Edit. Herchempertus
De gestis Principum Beneventanorum ab anno. 745. ad. 912.
et ex fusiore Historia Fragmenta. Prodiit demum
Neapoli. 1750. 1751. 4. tribus Tomis, curante Francisco
Maria Pratillo, cum Notis ac nova castigatione.

De Anonymis duobus Casinensibus
vide supra Tom. I. pag. 456. Primus
ab anno. 840. ad. 875. scripsit,
alter ab anno. 1000. ad. 1212.
Lupus ab anno. 860. ad. 1102.
Falco ab anno. 1102. ad 1140. ut
videre est suis Locis.

pag. 105.

Erdwini Erdmanni Consulis Osnabrugensis
defuncti anno. 1505. Chronica Episcoporum Osna=
brugensium ab anno. 772. ad. 1453. Extat Tom. II.
Script. Rer. Germanic. Meibomii pag. 195. 264.

Erfordensis Civitatis Chronicon breve ab anno
438. ad. 1422. auctore, ut creditur, Theodorico
Engelhusio. Extat Tom. II. Script. Rer. Germanic.
Io: Burchardi Menckenii pag. 561. 566.

Erfordiense Chronicon Anonymi ab anno. 1223.
ad. 1294. Fuldæ et Lipsiæ in Vindemiarum Litterariarum
Collectione prima Io: Friderici Schannat. 1723. fol. pag. 91. 106.

Erphurdianus Antiquitatum Variloquus a fundatione
ejus Civitatis ad annum. 1517. Tom. II. Menckenii pag. 461. 560.

Erphesfordensis Anonymi Benedictini, Historia de
Landgraviis Thuringiæ duplex, una a Noachi temporibus
ad annum. 1426. altera brevior, desinens in annum. 1253.
Utraque in Pistorii Tomo uno pag. 908. 955. et 956. 960.

Erfurtensis Chronici antiquioris Excerpta ab. anno. 1078.
ad. 1181. Tom. III. ejusdem Menckenii pag. 226. seq.

Erfurtense Chronicon Sampetrinum ab. anno Christi. 31.
paucissima breviter perstringens, deinde ab anno 1036.
ad. 1355. res fusius narrans Tom. III. Menckenii. pag. 202. 344.

Erphesfordiensis Monachi Additiones ad Lambertum
Schafnaburgensem ab anno. 1066. ad. 1352. cum Sampetrino
Chronico multa similia habent, ac prodiere Tom. I. Script. Pistorii pag. 253. 265.

pag. 106.

Ericus. X. Daniæ Rex, qui Regno præfuit ab anno. 1412. ad. 1438. cujus extat Historica
narratio de origine Gentis Danorum, et de Regibus ejusdem Gentis a Dano usque ad sua tempora, deque eorundem gestis ad annum 1288.
Extat in Erpoldi Lindenbrogii Script. Rer. Septentrional. pag. 292. atque in Editione a Fabricio nostro curata p. 252. 276.
et in Iani Gualtheri sive Gruteri Chronico Chronicorum Politico Tom. I. pag. 425. 459.

pag. 107.

Ericus Olai Ecclesiæ Upsaliensis Præpositus circa annum 1464. scripsit Libros VI. Historiam Sveciçam ab Erico Sapiente circa Christi nati tempora ad annum 1464. Prodijt Holmiæ 1615. 4. et Upsaliæ 1654. 8.

pag. 108.

Ermoldus, sive Elmoldus Nigellus, ob nescio quod delictum a Ludovico Pio Imperat. multatus exilio, ad ejus reconciliandam sibi gratiam scripsit Poema Elegiacum De rebus gestis Ludovici Imperat. ab anno 781. ad 826. Libris IV. Primus vulgavit Muratorius Tom. II. Rer. Ital. 1726. fol.

pag. 114.

Evangelista Manelmus Vicentinus, cujus extat Commentarius de gestis Francisci Barbari adversus Exercitum Gallorum Duce Philippo Mediolani Duce, in trium mensium obsidione Urbis Brixiensis anno 1438. prodijtque Brixiæ 1728. 4. curante Jo: Andrea Astezato Brixiano, Monacho Casinensi.

pag. 123.

Eugubinum Chronicon ab anno 1350. ad 1472. auctore Guernerio Bernio, Eugubino, edidit Murat. Tom. XXI. Rer. Ital.

pag. 130

Eutropij Martiniani Historia, quæ MS.^{ta} asservatur Venetijs, memorata que apud Thomasinum pag. 130. Catalogi MSS. Bibliothecæ Cardinalis Bessarionis, videndum sitne diversa a Flavij Eutropij Historia, memorata Lib. III. Cap. IX. pag. 81. Tom. II. Biblioth. Latinæ.

Eutropius Presbyter junior, Longobardus, scripsit circa annum 900. Tractatum de juribus ac privilegijs Imperatorum in Imperio Romano. Extat in Goldasti Opere de Monarchia Imperij Tom. I. pag. 8. II.

LIBER. VI.

pag. 134.

Felix Faber Ord. Prædicat. scripsit anno 1489. Libros II. Historiæ Svevorum. Prodijt Francof. 1605. 4. in Goldasti Script. Rer. Svevicarum, et Ulmæ 1727. fol.

pag. 138.

Facius, sive Bartholomeus Facius e Spedia, sive Spezzia Genuensis ditionis, gravis Laurentij Vallæ adversarius, obijt eodem quo Valla anno 1457. inter cujus Opera recensentur Liber de Bello Veneto Clodiano cum Genuensibus gesto anno 1377. et Commentariorum Libri X. De rebus gestis ab Alphonso I. Rege Neapolit. ad annum 1455. Extat Opus prius Tom. V. Parte IV. Thes. Italiæ Burmanniani: posterius Tom. IX. Parte III. ejusdem Thesauri.

pag. 141.

Falcandus, sive Hugo Falcandus Siculus circa annum 1190. suorum temporum Tacitus, teste Barthio, scripsit Historiam de rebus gestis in Siciliæ Regno, præcipue ab anno 1154. ad 1169. Extat Tom. VII. Rer. Ital. Murat. pag. 247.

pag. 142.

Falco Beneventanus, Scriba S. Palatij Innocentij II. Papæ et Judex Beneventanus, scripsit De rebus ætate sua gestis ab anno 1102. ad 1140. Prodijt cum Erchemperto ubique, cujus Editiones vide sup.^{a} pag. 104

pag. 144.

Farfensis Cœnobij Chronicon, in Ducatu Spoletino, auctore Gregorio Monacho et Chartophylace, extat apud Muratorium Tom. II. Parte II. Rer. Ital. pag. 287. ab anno 681. ad 1104. ita tamen ut totum opus hoc constatum sit a Muratorio, non ex prædicto solo Chronico, sed ex duobus etiam Voluminibus, quibus Chartas omnes Archivi Farfensis ante dictum Chronicon complexus fuerat idem Gregorius, quam Collectionem usque saltem ad annum 1100. continuavit Todinus sive Theodinus ejus consanguineus; indeque porro ex tertio Volumine, quod duobus prioribus adjecit Joannes Grammaticus ejusdem Cœnobij Monachus. Horum Catalogum ab anno 691. ad 817. exhibet Murat. Tom. V. Antiq. Ital. p. 687 Vide Excerpta Chronici Farfensis ... Tom. III. du Chesny. pag. 650. 671.

Fasciculus temporum, omnia antiquorum Chronica succinctè complecti se profitetur ab Orbe condito usque ad annum. 1474. Prodiit Spiris. 1477. Argent. 1488. fol. Paris. 1512. 4. et Tom. II. Script. Rer. Germanic. Pistorii, cum Io: Linturii Appendice ab anno. 1475. ad. 1514.

pag. 145.

Fasti Consulares Cuspiniani, sive ignoti auctoris Opusculum, ubi nomina Consulum recensentur, ad quod passim provocat Io: Cuspinianus in Commentario ad Fastos Consulares Cassiodori edito Basileæ. 1551. fol. Desinunt in annum Christi. 354. De his eorumque Editionibus dictum est Tom. I. pag. 441.

pag. 163

Ferrariense Chronicon parvum ab origine Ferrariæ sive ab anno. 658. ad. 1264. scriptum circa annum 1310. ab Anonymo Libellino, vulgavit Murat. Tom. VIII. Rer. Ital. pag. 469.

Ferretus Vincentinus, post sæculi. XIV. initia clarus scripsit circa annum. 1328. Historiam suorum et paulo ante actorum temporum, præsertim in Italia, Libris. VII. ab anno. 1250. ad. 1318. Quod opus extremâ parte, ut opinatur, mancum e Mss. vulgavit Murat. Tom. IX. Rer. Ital. pag. 935. Elegantiæ studio obscurior videtur Cimbricos pro Vincentinis, pro Florentinis Fesulanos, Pictones pro Pictaviensibus appellans. Extat et ejus Poema de Scaligeri Canis Grandis Scaligeri vulgatum itidem Tom. eodem pag. 1193. Carmenque aliud in excessum Benevenuti de Campesanis Poetæ Vincentini, ibi pag. 1183. Aliud demum ad Albertinum Mussatum ibi pag. 1187.

pag. 165.

Fiscanensis Cœnobii Chronicon in Normandia, a nato Christo ad annum. 1220. ex quo Excerpta cum Appendice Brennacensi ad annum. 1246. edidit Labbeus Tom. I. Biblioth. novæ MSS. pag. 325. 328.

pag. 167.

Fitenport, sive Ioannes Fitenport, Moguntinus, continuator Chronici scripti ab Hermanno Iannensi ab anno. 1352. ad. 1421. Extat Tom. I. Collectionis Monum. Veterum et recentiorum Simonis Friderici Hahnii. Brunsv. 1724. 8. pag. 397. 405.

pag. 168.

Flaviniacensis Cœnobii Analecta Monumentorum a temporibus Chilperici ad annum. 1085. Tom. I. dictæ Biblioth. Labbei pag. 269. 272

pag. 169.

Flodoardus, sive Frodoardus, Sigeberto et Trithemio Flavoaldus, Ord. Benedict. Cormiciacensis, vulgo Cormicy, Presbyter et Canonicus S. Remigii Remensis, obiit anno. 966. ætatis. 73. die. 28. Martii. Scripsit Annales, sive Chronicon ætatis suæ, ab anno. 919. ad. 966. Prodiit in P. Pithoei Scriptoribus XII. coætaneis Paris. 1588. et Francof. 1594. 8. inde emendatius ex Codice Thuano, Tom. II. Script. Rer. Francorum du-Chesnii pag. 590. Scripsit quoque Historiam Ecclesiæ Remensis, sive Gesta Pontificum Reminensium, Libris IV. Prodiere Paris. 1611. 8. curante Iacobo Sirmondo, et Duaci. 1617. 8. curante Georgio Colvenerio. Scripsit præterea De Romanis Pontificibus a B. Petro ad Leonem. VII. Libris XV. Poemate Heroico. Quod Anastasiani Operis de Vitis Pontificum Paraphrasin esse notat Pape-brochius in Actis Sanctorum Tom. VII. Maii pag. 773. Insignem hujus Operis partem a Gregorio. II. anno 715. ad Leonem. VII. annum. 935. vulgavit Mabillonius Sæc. Benedict. III. Parte. II. pag. 596. et Murat. Tom. III. Parte. II. Rer. Italicarum

pag. 172.

Florentius Bravonius Monachus Wicensis seu Wigorniensis in Anglia scripsit Chronicon ex Chronicis ab Orbe condito ad Henrici I. tempora, sive ad annum 1117. Nam anno proximo 1118. Non. Julij e vita decessit. Prodijt Londini 1592. 4. subjuncta Anonymi continuatione ab anno 1118. ad 1141. Recusum Francof. 1601. fol. subiunctum Mattheo Westmonasteriensi, typis Wechelianis.

Florentinus Anonymus Historiae Florentinae auctor ab anno 1406. ad 1438. editus a Murat. Tom. XIX. Rer. Ital. non Latine scripsit sed Italice

Floriacense Chronicon breve ab anno 615. ad 1060. Extat Tom. II. Miscellan. Baluzij pag. 303. 307.

pag. 173.

Florus, sive Iulius Florus auctor sive collector Chronici, quod Flores Historiarum inscripsit, a Nino Assyriorum Rege ad annum 1041. Cujus Prologum et Excerpta edidit Labbeus Tom. II. Bibl. novae MSS. pag. 190.

pag. 174.

Folcuinus, et Fulcuinus &c. ex Monacho Bertiniano Abbas Laubiensis in Belgio ab anno 965. ad 990. scripsit Chronicon de rebus gestis Abbatum Laubiensis Coenobij, ab anno 697. usque ad sua tempora. Prodijt Tom. VI. Spicilegij Dacheryani pag. 541. et Tom. II. pag. 730. novae Edit.

pag. 176.

Fontanellensis Abbatiae S. Vandregisili in Normania Dioecesis Rotomagensis Chronicon, ab anno 645. ad 834. cum duplici Appendice, quarum posterior desinit in annum 1053. Extat Tom. III. Spicilegij Dacher. pag. 185. et Tom. II. pag. 263. 290. novae Editionis. Sed Fragmentum ab anno 841. ad 856. plane diversum a Dacheryano extat Tom. II. Script. Rer. Franc. du Chesnij. pag. 387. 390. ubi et aliud Fragmentum ab anno 841. ad 848.

Fontis Salutis Historia, sive Legenda de Hailsprunne, Anonymi Benedictini Burani anno 1159. Prodijt Tom. III. Parte III. Anecdot. Bernardi Pez. pag. 647. 656.

pag. 177.

Forlivienses Annales ab anno 1275. ad 1480. editi a Muratorio Tom. XXII. Rer. Ital.

pag. 182

Fossae Novae Chronicon ab anno Salutis primo ad annum 1217. auctore Anonymo, editum primum ab Ughello sub falso nomine Ioannis de Ceccano, novissime vero emendatius a Muratorio Tom. VII. Rer. Ital. pag. 851.

pag. 183.

Franciae Orientalis, sive de rebus Franciae Orientalis, sive Germaniae, et Episcopatus Wirceburgensis usque ad Henrici Aucupis tempora Commentarij Io: Georgij Eccardi prodiere Wirceburgi 1729. fol. duob. Voluminibus, quorum utrique subjuncta sunt varia Antiqua Monumenta.

pag. 184

Francorum Annalium et Historiarum ab anno 708. ad. 990. *Scriptores coætanei. XII.* vulgati a Petro Pithœo Pari. 1588. et Francof. 1594. 8. sunt infrascripti;

Annales Francorum ab anno. 714. ad annum. 883. Moguntiæ, scripti, ut videtur, sub ditione Lotharii et Ludovici filii; temporibus Rhabani Mauri Archiepiscopi pag. 1. — I.

Frodoardi Annales ab anno. 919. ad. 966. cum Appendice annorum aliquot. pag. 109. — II.

Continuatio ex Chronicis Wilhelmi Hangii Monachi S. Petri Vivi Senonensis, tunc nondum editis, ab anno. 977. ad. 990. pag. 207. — III

Odoranni, Monachi S. Petri Vivi Senonensis *Chronicon*, quod ille jam sexagenarius collegit anno. 1045. pag. 214. — IV.

Fragmentum Gallici Scriptoris ex Conrado Abbate ad annum. 992. pag. 216. — V.

Genealogia B. Arnulfi Metensis Episcopi, ex antiqua Membrana ejusdem Ecclesiæ. pag. 219.

Fragmentum veteris Scriptoris *de Majoribus Domus Regiæ*, ex Codice Floriacensis Cœnobii. pag. 226.

Vita Caroli Magni, descripta, ut videtur, magna parte a *Monacho S. Eparchii* Engolimensis, ex *Annalibus plebejo et rusticano sermone compositis*, quos et *Regino Prumiensis* secutum se ait ad annum. 914. nonnullis interpolatis, paucis etiam additis, pag. 230. — VI.

Charta divisionis Imperii, quæ in quibusdam exemplaribus Carolo Magno adscribitur, non certa fide. pag. 243.

Fragmentum ex Historia *Pauli Diaconi de Episcopis Mediomatricum Ecclesiæ*. pag. 288. — VII.

Constantini Manassis de Carolo Imperatore, *versus Politici*, Græce, pag. 290. — VIII.

Thegani, Chorepiscopi Trevirensis, *De gestis Ludovici Pii*, cum Præfat. Walafridi Strabonis Abb. Augiensis, pag. 295. — IX.

Acta impiæ exauctorationis ejusdem Ludovici Imperatoris apud Compendium, anno. 833. pag. 322.

Præceptum ejusdem Imperat. *de divisione inter filios*, pag. 330.

Vita ejusdem *Ludovici Pii*, incerto Scriptore, sed tamen coætaneo. pag. 336. — X.

Chartæ Privilegiorum ab eodem Imperat. concessorum Hispanis, qui ad ipsum, Saracenorum metu confugerant, ex Tabulario Ecclesiæ Narbonensis pag. 427.

Nithardi, Angilberti filii, Caroli Magni ex Bertha filia nepotis, *De dissensionibus filiorum Ludovici Pii Libri. IV.* pag. 433. — XI.

Libellus Proclamationis Caroli (Calvi) Regis. pag. 491.

Acta Coronationis ejusdem Caroli Imperatoris. pag. 498.

Sacramentum eidem Imperatori præstitum ab Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, ac reliquis Italiæ Optimatibus. pag. 506.

Sacramenta alia fidelitatis eidem Regi a Francis præstita. pag. 508.

Franciæ Historiæ Fragmentum a Ludovico Balbo ad Hugonem Regem. pag. 510.

Aquitanicæ Historiæ Fragmentum a morte Caroli Calvi ad Hugonem Regem. pag. 517.

Epitaphia quorundam Regum, pag. 427. 524. 525.

Abbonis Levitæ de obsidione Urbis Parisiorum a Normannis, ad Gozlinum fratrem Libri. II. versibus hexametris. pag. 530. 572. De hoc Abbone vide Tom. I. hujus Biblioth. pag. 2. — XII.

Francorum Historiæ Scriptores veteres. XI. extrema stirpis Carolinæ, et Capetiorum Regum res gestas, usque ad Philippum III. cognomento Audacem, S. Ludovici filium, ab anno. 900. ad. 1285. explicantes, a Petro Pithœo vulgati Francofurti. 1596. fol. sunt infrascripti:

Glabri Rodulphi Historiarum Libri. V. ab anno 900 et maxime ab anno. 1000. qui fuit Roberti Regis XIII. ad annum. 1045. pag. 1.

Helgaldi, sive Helgaudi, Floriacensis Monachi, Epitoma Vitæ Roberti Regis, ex alterius Monachi Scriptis. pag. 62. præmisso pag. 59. Testamento Leodeboldi Abbatis S. Aniani, quod factum est sub Clodovico Rege, filio Dagoberti. I.

Aquitaniæ Historiæ Fragmentum, quod incipit: Hugo Rex Francorum mortuus est. pag. 79.

~~[illegible]~~

Franciæ Historiæ Fragmentum a Roberto Rege ad mortem Philippi Regis, ex Vet. Exemplari Floriacensi pag. 83.

Sugerij, Abbatis, B. Areopagitæ Dionysij, Vita Ludovici Grossi sive Crassi, Philippi. I. filij. pag. 95.

Gesta Ludovici Regis, filij Ludovici Grossi. pag. 136

Rigordi, sive Magistri Rigordi Chronographi Regij, Gesta Philippi Augusti, Francorum Regis. pag. 158.

Guilelmi Britonis, Armorici. Philippidos Libri. XII. Carmine Epico, ad Ludovicum Regem filium ejusdem Philippi Augusti. pag. 226.

Fragmentum continens Gesta Ludovici. VIII. Regis, qui S. Ludovici pater fuit. pag. 396.

S. Ludovici Regis gesta descripta per Fratrem Guilermum de Nangis, Monachum S. Dionysij in Francia. pag. 400.

Guilermi ejusdem de gestis Philippi Audacis, Ludovici Sancti filij pag. 471. 504.

pag. 185.

Marquardi Freheri Corpus Franciæ Historiæ veteris et sinceræ, ad Ludovicum XIII. Galliæ Regem. Hanov. 1613. fol.

Ivonis Carnotensis Episcopi ab anno. 1092. ad 1115. de gestis a tempore Regum Assyriorum usque ad Constantinum Magnum, cum brevi Chronico de Regibus Francorum a Pharamundo usque ad Philippum. I. qui decessit anno Regni. 49. Christi. 1108. pag. 1.

S. Gregorij Turonensis gesta Regum Francorum epitomata Capitibus. LIIII. usque ad annum. 720. pag. 35.　　1081

Nazariani Annales breves ab anno. 707. quo Pipinus Senior regnari cœpit ad. 790. pag. 86.

Fredegarij Scholastici Excerpta ex Gregorio Turonensi Capitibus. XCIII. pag. 89. ab originibus Francorum usque ad Chilpericum.

Fredegarij ejusdem Chronica a Guntramno Rege Francorum ad annum. 739. Capitib. CX. pag. 118

Appendix ad Fredegarij Chronicam, ex alio Codice ab anno. 742. ad. 768. pag. 160

Brehanberij sive Erchanberti Fragmentum ex Breviario Francorum et Majorum Domus a Clothario sive ab anno 613 ad 737. (de quo supra pag. 104 dictum est) pag. 167. Fragmentum aliud egregium de Pipino Seniore, Ansegisi F. ab anno 688 ad 692. pag. 168.

Pauli Diaconi de Episcopis Metensibus ab Apostolicis temporibus, sive a Clemente ad annum 777. seu usque ad Angilramnum, cui hunc Librum Paulus inscripsit. pag. 171.

Pauli ejusdem Supplementum Langobardorum e MSto. Palatino, ubi extrema indicantur regni Langobardici coepti anno 506. finiti anno 773. pag. 178.

Anonymi Fragmentum Chronici ab anno 776 ad annum 825. pag. 179.

Epistolae Francicae pag. 182. n°. 83. repetitae deinde Tom. I. Rer. Francorum du Chesnij pag. 847.

Gregorij Florentij Episcopi Turonensis Historiarum Libri X. pag. 240.

Aimoini Monachi Historiae Francorum Libri IV. pag. 345.

Adelmi, sive Ademari Monachi Annales Francorum Regum ab anno 741 ad 828. pag. 381.

Eginharti Vita Caroli Magni pag. 435.

Vita Hludovici Pij, incerto auctore, sed coaevo ad annum 840. quo Ludovicus obijt, ante Pithoei editionem, pro Libro V. Aimoini habita, pag. 445.

Aimoini Annales continuati ab anno 846. ad 1165. pag. 476.

Michaelis Ritij, Neapolitani de Regibus Francae a Marcomiro ad Ludovicum XII. Libri III. scripti Romae anno 1505. et in anno 1503. desinentes, pag. 531.

Donati Acciajoli, Caroli Magni Vita, pag. 549–559.

pag. 186.

Andreae du Chesne Historiae Francorum Scriptores Coetanei. Tomi V. Paris. 1636. 1641. 1649. fol.

Tomus I. ab ipsius gentis origine ad Pipinum usque Regem.

Tomus II. a Pipino Rege Caroli Magni Patre, usque ad Hugonem Capetum. Prodiere anno 1636. At mense Majo anni 1640. cum Andreas du-Chesne e curru decidens baculus inopino casu ilia ingressus esset, atque inter cruciatus post unam aut alteram horam expirasset, Francisco du Chesne ejus filio laborem continuante, prodiere anno 1641.

Tomus III. a Carolo Martello Pipini Regis patre usque ad Hugonis et Roberti Regis tempora.

Tomus IV. ab Hugone et Roberto Regibus usque ad Regnum Philippi Augusti.

Tomus V. denique prodijt anno 1649. a Philippo Augusto Rege, usque ad tempora Philippi IV. cognomento Pulchri.

Quae singula in locuplete hac Collectione Lectori offeruntur, praemissa legere est Corpori Historiae Germanicae Burchardi Gotthelf Struvij Jenae 1730. fol. pag. 103–118.

pag. 187.

Andreę du-Chesne Normannicarum Rer. Script. ab anno. 838. ad. 1220. Parij. 1619. f.. nec omnes sunt Tom.

Stephani Baluzij Capitularia Regum Francorum Parij. ~~[illegible]~~ 1677. fol. duobus Volum. de quibus abunde dictum Tom. XI. Biblioth. Grecę. pag. 493. 515.

Francorum, sive per Francos Gesta Dei, Iacobi Bongarsij, sive de expeditionibus Gallorum in Palęstinam ab anno. 1095. ad. 1420. Scriptores Veteres. Hanov. 1611. fol. duobus Volum.

Francorum Annales Ecclesiastici Caroli le Cointe, Trecensis, Congregat. Oratorij Presbyteri, ad annum usque. 845. Parij. octo Volum. fol. Tomus. I. lucem vidit anno. 1665. Octavus vero post obitum Cointij vulgatus est ab altero Oratorij Presbytero Gerhardo Boisio, anno. 1684.

Francorum Veterum gesta ab Hadriano Valesio descripta ad annum usque. 754. Parij. 1646. 1658. fol. tribus Volum. Tomus. I. prodijt anno. 1646. reliqui duo, anno. 1658. ac ęstimari solet Scel. 12.

pag. 191.

S. Francisci, sive Ordinis Minorum Annales prestitit Lucas Waddingus usque ad annum 1500. Prodiere Lugduni. 1625-1648. fol. Tomis. VII.

pag. 199.

Franciscus Thomasius ab anno. 1428. ad annum. 1440. continuavit Historiam Senensem, quam ab anno. 1402. scripserat proavus eius Io: Bandinus de Bartholomęis, deductam per Petrum Russum ad annum. 1468. Prodijt Tom. XX. Rer. Ital. Muratorij.

pag. 201

Freculfus, ex Monacho et Abbate Fuldensi, Episcopus Lexoviensis in Gallia ab anno. 823. — ad. 851. scripsit Chronicorum Tomos. II. Primum Libris. VII. ad Elisacharum Precep-torem suum, ab Adamo ad Christi Nativitatem: Secundum dicatum Iudithę, Ludovici Pii secundę Conjugi, Libris. V. a Christi Nativitate ad Bonifa-cium. III. qui Pontificatum gessit. anno. 607. usque ad diem. X. Novembris. Prodiere qui extant Chronici Freculfiani Libri. XII. Colonię. 1539. fol. ex Egenolphi officina, et emendatiores ex Com-meliniana. 1597. 8. ac deinceps in Bibliothecis Patrum; Coloniensi Tom. IX. Lugdunensi Tom. XIV. pag. 1061.

Lexovium, olim Noviomagus in Lexobijs, nunc Lisieux in Normandia

pag. 202.

Fredegarius patria Burgundus, Scholasticus, post Gregorium Turonensem Scriptor, parum politus licet, Historię Francicę precipuus, clarus circa

annum. 641. Scripsit Chronicon ab Orbe condito usque ad annum secundum Clodovei II. sive annum Christi. 641. Libris. V. Priores Libri tres MSti sine nomine auctoris in Bibliotheca Caesarea, ab Adamo narrationem deducunt usque ad tempora Justiniani et Belisarii ab Aurelino victi mortem, hoc est ad annum. 561. Praefationem ex Codice Caesareo edidit Lambecius Tom. II. pag. 850. et postremum Caput Libri tertii pag. 851. unde patet hos esse eosdem Libros. III. quos sub titulo Collectionis Historicae Chronographicae vulgavit Canisius. Tom. II. pag. 154. ad. 194. Antiq. Lect. Editionis Basnagianae.

Liber Primus ex Iulio Africano, vel Hippolyto potius, extat etiam emendatior Tom. I. Biblioth. novae MSS. Labbei pag. 298. Secundum et Tertium ex Idatio magnam partem mutuatum se Auctor profitetur. Liber Quartus Epitome est supplementum est Librorum. VI. primorum Gregorii Turonensis, desinitque in morte Chilperici, anno. 584. Prodiit in Freheri Script. Rer. Fr. pag. 90. in Du Chesnii Tom. I. pag. 722. Liber Quintus a Fredegario Gregorii Turonensis Historiae continuandae adiunctus, eandem persequitur ab anno. 584. ad. 641. Fredegarii Chronicon continet solum Capita. XC. ex Capitibus. CXVIII. quae Ruinartus exhibet in suo Gregorio Turonensi pag. 541. Hinc a Capite. XCI. Continuatio est Anonymi Scriptoris ab anno. 641. ad. 680. A Capite. XCVII. Continuatio alia est alterius ignoti Scriptoris ab anno. 680. ad. 735. A Capite. CIX. circa medium Tertia est Continuatio eiusdem auctoris ~~Anonymi~~ ignoti Austrasii, qui iussu Childebrandi Comitis scripsit, ab anno. 736. ad. 752. Quarta denique Continuatio, Capite. CXVIII. ab anno. 752. ad. 768. est Auctoris Anonymi, qui iussu Nibelungi, Childebrandi filii scripsisse se profitetur.

pag. 205.

De Friderici. I. Barbarossae expeditione in Asiam anno. 1189. suscepta, obituque eiusdem Imperat. narratio, a quodam eius Comite scripta, cum Adriani. IV. Papae et Friderici Epistolis duabus amoebaeis. Prodiit Basileae. 1569. fol. in Petri Pithoei Script. Rer. Germanic. cum Scriptoribus Rerum huius Friderici, Ottone Frisingensi, Radevico Gunthero, &c. Epistolas quasdam eiusdem Imperat. tempore Schismatis, anno. 1159. sq. scriptas vulgavit Freherus Tom. I. Script. Rer. Germ. et Du Chesnius Tom. IV. in Freheri vero nova Editione curata a Struvio Tom. I. pag. 419. Ubi etiam. pag. 407. 416. Tageno[illegible] Decani Pataviensis Descriptio expedit. Asiat. Frid. conferendae cum eiusdem Mutilem anonymique. vulgavit Canisius

Uberior omnium est Expeditio Anonymi vulgata a Canisio. Tom. III. pag. 499. Editionis Basnagianae Amstel. 1725. fol

[illegible]

pag. 207.

de Friderici. II. Imperat. et filiorum ejus, Apuliæ et Siciliæ Regum Conradi ac Manfredi rebus gestis ab anno. 1210. ad. 1258. Anonymum Scriptorem vulgavit Ughellus Tom. VIII. Ital. Sacræ. pag. 561. 654. novæ autem Editionis Tom. X. inter Anecdota. Deinde Eccardus Tom. I. Corporis Script. Medij Ævi. pag. 1025. Carusius Tom. II. Biblioth. Siculæ Historiæ. pag. 675. et Muratorius Tom. VIII. Rer. Ital. pag. 489. a quo docemur nomen Scriptoris hujus esse Nicolaum de Jamsilla. Vide Tom. V. pag. 112.

Fridericus. II. Imperat. ab anno. 1212. et Siciliæ utriusque Rex, defunctus anno. 1250. Princeps fuit egregie litteratus et Patronus Eruditorum, ac peritus, præter Germanicam, Linguarum Græcæ, Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Turcicæ, et Arabicæ. Huic plurimum debent Academiæ vel conditæ vel instauratæ: Viennensis, Patavina, Ferrariensis, Neapolitana, Salernitana, Bononiensis. Idem ex Græco vel Arabico verti curavit Aristotelis Opera, Magnam Ptolemæi Syntaxin, Gregorij Nysseni de natura hominis, Galeni non pauca, et aliorum Medicorum, sicut Astronomorum quoque. Italico Carmine valuit, alijsque pangi vit ad hanc laudem aucupandam. Latinæ extant ejus Epistolæ. IX. Tom. I. Miscellan. Baluzij pag. 446. Aurea Bulla pro Libertate Principum S. Rom. Imperij extat Tom. VII. Reliquiarum MSS. Diplomatum et Monumentorum ineditorum. pag. 515. cum Notis Jo: Petri de Ludewig pag. 520. 560.

Incredibile Joannis Harduini commentum est, qui persuadere Lectoribus suis voluit, suppositos fuisse Scriptores, quos pro antiquis atque probis libenter evolvimus, pleros que omnes Græcos et Latinos, et Fridericum. II. fuisse, cujus auspicijs artibusque perfecta fraus hæc fuerit. Horribile istud arcanum, obscure involutum ænigmate, acute investigavit ac deprehendit, docteque confutavit vir præclarus Mathurinus Veisserius La Croze in Dissertationibus Historicis Gallice editis, anno. 1707. pag. 197. seqq. atque in Vindicijs Veterum Scriptorum. anno. 1708. 12.

pag. 211.

Frodoardus Remensis, auctor Chronici plus simplici vice editi, vide supra in Flodoardus pag. 169.

Frodoardus Monachus S. Albani circa annum 1000: auctor Chronici ab Octaviano Imperatore ad annum. 996. continuati a Reinaldo, sive Reginaldo, Archidiacono S. Mauricij Andegavensis usque ad annum. 1277. MS. extat in Vaticana inter Libros Reginæ Christinæ n.º 264.

Historiam hanc Hierosolymitanam a Fulcone hexametris scriptam Libris. III. videre est una cum alijs Libris. IV. Gilonis Parisiensis ad calcem Tom. IV. Andreæ du Chesny

pag. 214.

Fulcherius Carnotensis, Robertum Normanniæ Ducem secutus in Palæstinam anno. 1095. ac deinde Regis Balduini. I. et. II. Capellanus, circa annum. 1117. scripsit Gesta peregrinantium Francorum, sive Historiam Hierosolymitanam, et res quibus ipse interfuit, ab anno. 1095. ad. 1124. Prodijt Tom. I. Bongarsij de Gestis Dei per Francos in Capita. 56. divisa. pag. 381. 440. et Tom. IV. Du Chesnij Script. Rer. Franc. pag. 816. in Libros. III. distributa.

pag. 215.

Fulco Bonus, Comes Andegavensis, cujus Fragmentum Historiæ Andegavensis, scriptum circa annum. 1089. edidit Dacherius Tom. X. Spicilegij pag. 392. et Tom. III. Edit. novæ pag. 232. 234. fol. subjunctis Gestis Consulum Andegavensium, in quibus Fulcones plures illustres, majoris Comitis celebrantur, a Caroli Calvi temporibus, usque ad Scriptoris Anonymi tempora, sive ad annum. 1137. pag. 234. 236.

pag. 216.

Fuldenses Annales Francorum ab anno 714. ad. 883. editi a Petro Pithœo, ut supra pag. 184. Et meliores semper a Frehero, et usque ad annum. 900. Tom. I. Scriptor. Germ. ab Andrea quoque du Chesne Tom. II. pag. 531. et in nova Freheri Editione Struviana. Supplementum breve apud Leibnitium Tom. I. Script. Brunsvic. pag. 192. Supplementum ab anno. 882. ad. 887. et Annorum. 894. 895. apud Murat. Tom. II. Parte. II. Rer. Ital.

Fuldenses Annales ab anno. 714. ad 817. Vide infra Laurishamenses, et Lambec. Tom. II. pag. 366. sig. ac Murat. Tom. II. Part II. Rer. Ital. #

Fuldense Diptychon Vetus, in quo nuda nomina continentur defunctorum Regum Francorum a Pipino, Reginarumque et Episcoporum ac Comitum, extat in Io: Friderici Schannat pleno boni frugi Opere, quod Vindemias Litterarias inscripsit, pag. 16. Fuldæ et Lipsiæ. 1723. fol.

Fuldensium Traditionum, sive Donationum Corpus, ab anno. 744. ad finem Sæculi XIII. edidit idem Schannatus. Lipsiæ. 1724. fol. veneunt Scelin. 6.

Fuldensem Clientelam beneficiariam nobilem et equestrem, cum Elencho Clientum, et Codice probationum, Diplomata. 636. continentem, vulgavit idem Schannatus. Francof. 1726. fol.

Fuldensem Historiam, divisam in Partes. III. ab anno. 744. ad præsens usque tempus, scripsit edidtque idem Schannatus. Francof. 1729. fol. subjuncto Codice Probationum, in quo ~~continentur~~ continentur Acta Vetusta Abbatum Fuldensium ab anno. 714. ad. 916.

Contra Schannatum vide quæ objecta sunt a Io: Georgio Eccardo in Animadversionibus Historicis et Criticis, Wirceburgi. 1729. fol. et Tom. II. Commentariorum Franciæ Orientalis (de quibus supra pag. 183.) a pag. 863. ad. 870. Et quæ insuper ei objecere Ioannes Chilianus Mainbergius, et Io: Georgius Estor. Ad quæ omnia respondit Schannatus in Vindiciis quorumdam Archivi Eistensis Diplomatum. Francofurti. 1728. fol.

\# Io: Georgius Eccardus Tom. II. Parte II. Commentar. de rebus Franciæ Orientalis pag. 317. monente Fabritio nostro Tom. IV. Aujus Biblioth. pag. 231. Laureshamenses Annales et Fuldenses, quos Astronomo cuidam alij, alii Ademaro, alij Eginhardo tribuunt, vindicat Durando Diacono, atque Hirminmaro Notarijs Imperialibus

pag. 223.

Fulgosus, sive Baptista Fulgosus, filius Petri, Ducis Genuensis, et ipse Dux ab anno 1478. ad. 1483. quo principatu est dejectus a Paulo Cardinali patruo suo, et Friguentum relegatus scripsit ad Petrum filium suum, Valerij Maximi exemplo, non indignos lectu, Libros IX. Factorum Dictorumque memorabilium, Italico sermone; quos Latinos postmodum fecit aut Camillus, aut Io: Iacobus Gilinus ejus pater, Alexandriæ in Ducatu Mediolanensi Civis, qui e vivis decessit anno 1532. Prodiere primum Mediolani. 1508. fol. Deinde Basil. 1541. 8. 1567. 8. Antuerpiæ. 1561. 1565. 8. Paris. 1534. 8. 1569. 1578. 1585. 8. Coloniæ. 1604. 8.

pag. 225.

Fulvius, sive Andreas Fulvi, Praenestinus edidit de Urbis Romae antiquitatibus Libros II. epico Carmine. Romae. 1514. 4. Hoc perfecit Fulvius etiam soluta oratione Libris V. qui prodiere itidem Romae. 1545. 8.

pag. 226.

Fuscus, sive Palladius Fuscus, vel Niger, Patavinus clarus circa annum 1470. scripsit Libellos II. De situ orae Illyrici. Prodiere Venet. 1673. 4. cum Inscriptionibus Dalmaticis Joannis Lucij. et Amstelod. 1666. fol. Deinde in Thesauro Siciliae Burmanniano, Parte XIV. Lugd. Bat. 1722. fol.

Fuxensis Anonymus, scriptor coetaneus de gestis Innocentij III. Pontificis, qui Friderici II. Regis Siciliae Balius seu Tutor fuit, et Papatum gessit ab anno 1198. ad 1216. Prodijt Tolosae 1632. fol. curante Francisco Bosqueto. deinde emendatior Paris. 1682. fol. ante Innocentij III. Epistolas, curante Baluzio. Postea Panormi 1723. fol. Tom. II. Bibliothecae Historicae Siculae Jo. Baptistae Carusij. Postremo Tom. III. Rer. Ital. Script. Muratorij. pag. 486.

Tom. III.

Lib. VII. pag. 2.

Gaguinus, sive Robertus, aut Rupertus Gaguinus, Ordinis Maturinorum, sive S.S. Trinitatis et redimendorum Captivorum Minister Generalis, obijt Parisiis anno 1502. die 22. Maij. Scripsit Compendium super Francorum gestis, Libris X. a Pharamundo usque ad annum 1497. atque addito Libro XI. qui in annum 1499. desinit. Prodijt Paris. 1500. 1504. fol. 1507. 1511. 1514. 8. et sub titulo: Annalium Rerum Gallicarum cum supplemento Henrici Velleij usque ad an. 1520. Paris. 1521. 4. 1522. 1525. 8. atque Lugd. 1524. Paris. 1554. fol. et cum supplemento usque ad Henricum II. Francof. apud Wechelos. 1577. fol. et Paris. 1582. fol.

pag. 5.

Galeotus Martius, Narniensis e Narnia Umbriae Civitate, Praefectus studijs Jo. Corvini Matthiae Hungariae Regis filij, scripsit ad eundem Joannem, Librum de ejusdem Matthiae Corvini Regis egregie, sapienter, jocose dictis ac factis. Prodijt Viennae. 1563. recusus Francof. 1600. fol. inter Rer. Hungaricarum Scriptores pag. 462. 1590.

pag. 7.

Galfridus sive Godefridus de Bello loco, electus gloriosus, Ordinis Prædicat. Sancti Ludovici per annos XX. ab eleemosynis et confessionibus, scripsit jussu Gregorij X. Librum de vita et sancta conversatione Christianissimi hujus Ludovici, qui regnavit ab anno 1226. ad 1270. et cui morienti sacra Galfridus administravit Tuneti. Extat in du Chesnij Tom. V. pag. 444. 465. post Claudij Menardi editionem Paris. 1617. 4.

pag. 9.

Galfridus de Malterra, e Normannia, Gallus, Monachus Ord. Benedict. scripsit de Conquestu Regnorum Siciliæ, Calabriæ et Apuliæ, sive De Roberti Guiscardi, et fratris ejus Rogerij Bossi, Principum Normannorum rebus utriusque Siciliæ tempore suo gestis ab anno 1099. Libros IV. Prodiere primum dicati Antonio Augustino Cæsaraugustæ. 1578. fol. cum Alexandro Telesino, deinde Tom. III. Hisp. illustratæ Francof. 1606. fol. postea in Carusij Scriptor. Siculis Panormi. 1723. fol. postremo Tom. V. Rer. Ital. Murat. addita utrobique alterius Scriptoris Appendice ab anno 1027. ad annum 1265. Extat et Tom. V. Thesauri Antiquitatum Siciliæ Burmanniani.

pag. 10.

Galfridus Monemuthensis Archidiaconus, postea Episcopus Asaphensis, sive, quod idem est, Elwiensis circa annum 1151. Scripsit Chronicon, sive Historiam Britonum ab Ænea et Bruto ad mortem Cavalladri An. Christi 689. commentis fallacijsque plenam, unde poeticus potius quam historicus, et Homerus Britannicus ac mendaciorum Pater appellari consuevit. Prodijt inter Rer. Britannic. Script. apud Commelinum, et Lugd. 1587. fol.

pag. 12.

Gaufridus toparcha Villæ Harduinæ, Gallice non Latine scripsit, quamquam bonæ fidei Historiam captæ a Francis Venetisque anno 1204. Constantinopoleos Libris IX. Præclarum hoc opus, rarissimeque antea obvium, est recusum anno 1729. Venetijs, in nova Script. Hist. Byzantinæ Editione.

Galfridus, sive Gualterus de Vino Salvo, (Vine Sauf) superstes adhuc anno 1245. stirpe Normannus, gente Anglus, unde Anglicum cognomen, scripsit inter cætera Historiam seu Itinerarium Richardi Angliæ Regis in Terram Sanctam, ab anno 1187. ad 1190. Extat Tom. I. pag. 1150. Bongarsij ... et sine nomine Auctoris, et Gaufrido vindicata Tom. II. pag. 247. Script. ... Angl. Thomæ Galei.

pag. 13.

Galfredus Cœnobita Monasterij S. Martialis Lemovicensis, et Prior Vosiensis (Vigeou) in Diœcesi Lemovicensi ab anno 1167. scripsit insigne Chronicon a Roberto Rege, sive anno 886. ad 1184. Exstat Tom. II. Biblioth. novæ MSS. Labbæi pag. 279. 342

pag. 15.

Galvaneus, sive Gualvaneus Flamma, Mediolanensis, Ordinis Prædicatorum, diem obijt anno 1344. Scripsit Manipulum Florum, qui Flos Florum alijs, sive Chronica Mediolanensis appellatur, ab Originibus Urbis ad annum Christi 1336. Hanc cum Anonymi continuatione usque ad annum 1371. vulgavit Muratorius Tom. XI. Rer. Italic. Scripsit et Commentarium de rebus gestis Azonis, Luchini et Ioannis Vicecomitum Mediolanensium ab anno 1328. ad 1342. cui Azoni anno 1340. dicaverat Manipulum Florum. Hunc quoque idem Muratorius vulgavit Tom. XIV. Rer. Italic.

pag. 16.

Gandersheimensis Ecclesiæ Historiam Diplomaticam edidit Io: Christophorus Harenbergius Hannoveræ. 1734. fol.

pag. 20.

Garso, sive Ioannes Garso, sive Garzo, aut Garzonius, Bononiensis, Philosophus, Medicus, et Historicus, defunctus anno 1506. Scripsit inter cetera De rebus Saxoniæ, Thuringiæ, Libonotriæ, Misniæ, et Lusatiæ, et de bellis Friderici Magni, sive Admorsi, Libros II. Prodiere Basileæ. 1518. 4. Scripti autem sunt post annum 1486. Præfatio Erasmi Stellæ huic editioni præfixa quibusdam fucum fecit, ut Stellam auctorem Operis perperam crederent. Prodiere deinde Basileæ iterum. 1546. 8. in Opere Historiarum. Cum Reineri Reineccij Notis Francof. 1580. fol. In Script. Rer. Lusaticarum Christiani Godofredi Hofmanni Lips. 1719. fol. et Tom. II. Scriptorum Io: Burch. Menkenij, cum Notis Reineccij, Tentzelij, aliorumque, Lips. 1728. fol.

Scripsit præterea Commentarium de dignitate Urbis Bononiæ. Prodijt Tom. XXI. Rer. Italic. Muratorij. Mediolani. 1732. fol.

pag. 23.

S. Gaudentius, S. Philastrij in Episcopatu Brixiensi circa annum 388. successor, obijt anno 410. 25. Octobris. Prodiere ejus Opera Patavij. 1720. 4. curante Paulo Galeardo Canonico Brixiano.

pag. 26.

Zazata, sive Sagazius et Petrus de Zazata Scriptores Chronici Regiensis ab anno. 1272 ad. 1388. quod Tom. XX. Rer. Italic. in lucem protulit clarissimus Muratorius.

pag. 29.

Gemblacensium Abbatum gesta, sive De gestis Abbatum Gemblacensium Liber, a primo Abbate Erluino anno. 948. usque ad octavum Anselmum anno. 1013. auctore Monacho Gemblacensi, diverso a Sigeberto, prodijt Tom. VI. Spicilegij Dacheriani pag. 505. et Tom. II. pag. 759. 769. novæ Editionis.

pag. 30.

Gennadius Massiliensis Presbyter ante annum. 495. S. Hieronymi exemplo scripsit Librum de Viris Illustribus. Prodijt pluries, præsertim vero in Fabritij nostri Bibliotheca Ecclesiastica, Hamburgi. 1718. fol. Scripsit Gennadius et Librum de Ecclesiasticis Dogmatibus, de quo hic consule Bibliothecam

pag. 42.

Gerardus Maurisius, sive de Maurisio Civis et Iudex Vicentinus, scripsit Historiam de rebus gestis Eccelini Tyranni et Dominorum de Romano ab anno. 1184. ad annum circiter 1237. Prodijt una cum Rolandino Patavino et Alberto Mussato, Venet. 1636. fol. curante Laurentio Pignorio. Deinde Tom. II. Script. Brunsvic. Leibnitij; hinc Tom. VI. Thesauri Script. Ital. Burmanniano; et Tom. VIII. stalim in limine Rer. Italic. Muratorij.

pag. 44

Gerardus Monachus primum Rickenburgensis, deinde ab anno. 1163. ad. 1209. Præpositus Monialium Stederburgensium, scripsit Historiam de postremis annis Henrici Leonis Ducis Bajoariæ et Saxoniæ ab anno. 1182. ad. 1195. quo Henricus ille obijt. Prodijt primum cum Notis Helmst. 1614. 4. curante Henrico Meibomio avo, deinde Tom. I. Script. Rer. Germ. Henrici Meibomij nepotis, pag. 420. 436. subiuncto, ut et in priori Editione brevi Chronico Stiderburgensi ab anno. 1001. ad. 1180. pag. 450. 455. Postremo Tom. I. Scriptor. Brunsvicens. Leibnitij, pag. 849. seq. ubi Gerardi Historia Chronico Stederburgensi inserta legitur.

Gerbrandus, sive Io: Gerbrandus de Leydis sive Leydan, Prior Carmelitarum Conventus Harlemensis, diem obijt anno. 1504. Scripsit Abbatum Egmundensium Annales, quos cum Theodorico a Leydis, alijsque vulgavit Anto: nius Matthæus Lugd. Bat. 1692. 4. sed opor: tet ab alio esse continuatos, nam a S. Adalberto ab anno. 690. progrediuntur usque ad annum 1516. Scripsit quoque Chronicon Hollandiæ Comitum, et Episcoporum Ultrajectensium, a S. Willibrordo usque ad annum. 1480. Prodijt in limine Tomi. I. Scriptorum de Rebus Belgicis Francisci Sweertij Francof. 1620. fol.

pag. 49.

S. Germani, sive Richardus de S. Germano scripsit Chronicon rerum per Orbem gestarum ab excessu Guillelmi Siciliæ Regis, sive ab anno. 1189. ad. 1243. Extat è Bibliotheca Cassinensi Tom. III. Italiæ Sacræ Ughelli, inter Anecdota pag. 171. 242. et Tom. X. novæ Editionis

pag. 54.

Gervasius Ricobaldus, Ferrariensis, Canonicus Ravennatensis, scripsit Pomarium, sive Chronicon totius Orbis ex pomarijs Hieronymi, Prosperi, Miloti, Isidori, Eutropij, Pauli Diaconi, Rufini, Petri Tricensis, Pauli Orosij, et T. Livij petitum. In Libros. VI. di: viditur, teste Vossio pag. 500. quorum tres primores ab Orbe condito ad Christum natum progrediuntur, tres posteriores a Christo nato ad annum. 1300. Servatur hodie MS. in Bibliotheca Guelpherbytana, ex quo partem de Imperatoribus a Carolo Magno ad annum. 1298. edidit Eccardus, Tom. I. Script. Medij Ævi pag. 1150. et aliam de Pontificibus Romanis a Petro Apostolo ad annum. 1300. pag. 1190. necnon ex alio Codice Regio Berolinensi, Compilationem Chronologicam ab Orbe condito ad annum. 1312. pag. 1225. 1298.

Hæc omnia ab Eccardo vulgata, auctiora et emendatiora recudit Muratorius Tom. IX. Rer. Italic. pag. 97. ut notatum videre est infra Tom. VI. pag. 90.

Gervasius Tilberiensis, Anglus, e patria Tilleæ curia, oppidulo Ostro-Saxonum, profectus in Germaniam charus fuit Ottoni. IV. Imperatori, qui ab anno. 1208. ad. 1218. imperitavit, ab eo Oratoris, Cancellarij, ac demum Mareschalci dignitate in Regno Arilatensi auctus, scripsit eidemque dicavit Otia Imperialia, sive ab Origine rerum repetitum Historico-Geographicum Opus et Physicum, distinctum in Libros. III. seu Decisiones, quod primus integrum edidit Leibnitius Tom. I. Script. Brunsvic. pag. 881. 1004.

pag. 59.

Gildas Badonicus, sive Bathonius, Anglus, cognomento Sapiens, Monachus, non Episcopus, scripsit circa annum. 543. scripsit Epistolam sive Librum Querolum de excidio et conquestu Britanniæ, laudatum Bedæ, Alcuino, aliisque. Prodijt antiquissimum hoc Historiæ Britannicæ Monumentum, Londini. 1526. 8. Basil. 1541. 12. Londini. 1568. 12. aliisque pluries; postremo in limine Tomi. I. quindecim Scriptorum Oxoniæ 1691. fol. curante Thoma Galeo.

pag. 65.

Glaber Radulfus, sive Rodulphus, S. Germani Cœnobij Autissiodorensis primum, posteà Cluniacensis Monachus, scripsit Historiam sui temporis Libris. V. ab anno. 900; et ab electione potissimum Hugonis Capeti in Regem, quæ anno. 987. contigit, usque ad annum. 1046. Prodijt. Francof. 1596. fol. in Script. XI. Petri Pithoei, et in limine Tom. IV. Andreæ du-Chesne.

pag. 66.

Gobelinus Persona, Decanus Bilefeldensis, et Officialis Paderbornensis, posteà Monachus in Bodeken Canonicorum Regularium Wyndesemensium Paderbornensis Diœcesis: scripsit Cosmodromium, sive Chronicon ab Orbe condito ad annum. 1418. per ætates sex digestum, in quo componendo XL. amplius annis operam posuit. Prodijt primum Francof. 1599. fol. curante Henrico Meibomio, cum Notis, deinde Tom. I. Script. Rer. Germ. Henrici Meibomij nepotis Helmstadij. 1688.

Gobelinus, sive Ioannes Gobelinus, Vicarius Bononiensis, Pii. II. Secretarius, scripsit, aut in manus hominum dedit, si ipsiusmet Pii. II. Opus hoc est, ut alij notarunt, Commentarios rerum memorabilium, quæ eiusdem Pii temporibus contigerunt. Prodiere Romæ. 1584. 4. et cum Iacobi Piccolominei, Cardinalis Papiensis Continuatione atque Epistolis, Francof. 1614. fol.

pag. 68.

Godfridus Monachus S. Pantaleonis Coloniensis, Ord. Benedictini, Auctor eximius Annalium, scriptorum non indiligenter ab anno. 1162. ad annum. 1237. Extat in Freheri Tom. I. Rer. Germanicarum, Editionis novæ Struvianæ pag. 335. 404.

pag. 69.

Godfridus Viterbiensis Presbyter, Conradi. III. qui anno. 1152. diem obijt, Friderici. I. et Henrici VI. qui anno. 1190. habenas capessivit Imperij, Capellanus ac Notarius, post longinqua variaque per XL. annos itinera, locuplete linguarum, verumque comparata notitia, scripsit Memorias Seculorum, sive ut alijs nuncupatum est Pantheon, sive Chronicon universale, prosa partim, partim metro, ab Orbe condito usque ad annum Christi 1186. divisum in Sectiones XX. et dicatum Urbano. III. Papæ ab anno. 1185. ad. 1187. Prodijt primum Basileæ. 1569. fol. curante Basilio Joanne Heroldo, deinde in limine Tomi. II. Script. de rebus Germanicis Joannis Pistorij, Francofurti 1584. et Hanov. 1613. fol. ac postea in nova Pistorianæ Collectionis editione Burchardi Gotthelf Struvij, Ratisbonæ. 1726. fol. Partes quinque posteriores, seu Sectiones XVI. XVII. XVIII. XIX. et XX. hujus Chronici, in quibus plura ad res Italiæ spectantia, Muratorius inseruit Tom. VII. Rer. Ital. pag. 340. — Editio Basil. constat Sect. 5.

Scripsit et Speculum Regum, sive de Genealogia omnium Regum et Imperatorum, aliquot post Pantheon annis, dicavitque Henrico. VI. Regi Romanorum et Teutonicorum. Extat MS. in Biblioth. Cæsarea. Vide Lambecium Tom. II. pag. 774.

pag. 80.

Gothorum Regum Chronologia et Series ab Athanarico usque ad Caroli Martelli Francorum Principis tempora, Tom. I. Script. Rer. Franc. Duchesnij pag. 818. 820. Anonymo Scriptore.

Gotwicense Chronicon, seu Annales Liberi et exempti Monasterij Gotwicensis Ord. S. Benedicti in inferiori Austria, faciem Austriæ antiquæ et mediæ usque ad nostra tempora, deinde ejusdem Monasterij fundationem, progressum, statumque hodiernum exhibens, ex Codicibus antiquis, Membranis, et Instrumentis cum domesticis tum extraneis depromptum, auctore Godfrido Bessello Abbate Gotwicensi, Tomis. III. fol. majori. Prodijt Tomus. I. Operis luculenti atque egregij, quod post Mabillonij, Papebrochij et Hickesij labores facem rei Diplomaticæ accendit splendidissimam, et Historiæ ac Geographiæ Germaniæ medij ævi insignissimum lumen præfert præferetque, Typis Monasterij Tegernseensis Ord. S. Benedicti. anno. 1732.

pag. 83

Gregorius Magnus, Pontifex ab anno 590. ad. 604. 12. Martij. Monachus Benedictinus fuisse traditur a Ioanne Diacono, pro qua sententia pugnant Octav. Cajetanus, Constantinus Belotus, Matthaeus Lauritus, et Mabillonius. Contra contendunt Baronius, Antonius Gallonius aliique. Opera omnia Gregorij pluries atque pluries prodiere. novissime vero Parisijs 1705. fol. tribus Volum. opera Dionysij Sammarthani, addito Volum. IV. quo Vitam Gregorij praeter eam quam composuerunt Paulus, et Ioannes Diaconi, Benedictini ex Gregorianis scriptis exornatam, et in Libros IV. digestam exhibuerunt.

Extant Tom. II. hujus Editionis Epistolarum Libri XII. Gregorij Opus haud dubie praecipuum.

pag. 101.

Georgius Florentius Gregorius, S. Gregorij Episcopi Lingonensis abnepos, charus Gregorio Magno Papae, et ab anno 573. ad 596. Antiepiscopus Turonensis, inter Historicos Francicos praecipuus, scripsit Historiae Ecclesiasticae Francorum, ab antiquissimis temporibus usque ad annum Christi 592. Libros X. quos cum quinque alijs Opusculis, Fredegarij Epitome, Chronicoque, ac Notis selectissimis, edidit Theodoricus Ruinartus Paris. 1699. fol. addita Appendice Veterum Monumentorum

pag. 107.

Griffonius, sive Matthaeus de Griffonibus composuit Memoriale Historicum Rerum Bononiensium ab anno 1109. ad 1428. quod Tom. XX. Rer. Ital. vulgavit Clariss. Muratorius

pag. 108.

Grossenbrot, sive Sigismundus Grossenbrot Ord. Benedict. Monachus SS. Udalrici et Afrae prope Augustam Vindelic. cum Uldalrico eiusdem Cenobij Monacho, scripsit atque anno 1483. Abbati suo obtulit Chronicon breve Augustanae Ecclesiae in anno 1481. desinens. Prodijt Tom. III. Script. Rer. German. Pistorij, pag. 655.

pag. 112.

Gualterus Cancellarius, scripsit Librum de Bellis Antiochenis, quibus ipse utriusque fortunae particeps interfuit, anno 1115. feliciter gestis, atque anno 1119. infeliciter. Extat in Bongarsij gestis Dei per Francos, pag. 441. 446.

pag. 115.

Gualterus Hemmingsfordius, Canonicus de Gisseburne, obijt anno 1347. Scriptor Chronicorum de gestis Regum Angliæ ab anno 1066. ad 1273. prodiere Tom. II. Thomæ Galei Oxon. 1687. fol. et Historiæ de rebus Eduardi I. II. et III. quæ prodijt Oxon. 1731. 8. curante Thoma Hearne.

pag. 122.

Guernerius Bernius Eugubinus, auctor Chronici Eugubini ab anno 1450. ad 1472. quod ex Codice Biblioth. Vaticanæ primus in lucem protulit Muratorius Tom. XXIII. (XXI.) Rer. Italic.

pag. 124.

Guibertus Bellovacensis, Gallus, Monachus Flaviacensis, et ab anno 1104. Abbas Novigentinus, Diœcesis Laudunensis, obijt anno 1124. Prodiere ejus Opera, curante Luca Dacherio Paris. 1651. fol. Inter quæ extant Gesta Dei per Francos, sive Historiæ Hierosolymitanæ Libri VIII. cui ipse quidem Guibertus præsens non adfuit. In Bongarsij Editione Libri VII. tantum numerantur, quia septimus et octavus ipsi unus Liber est.

pag. 126.

Guido Adduanensis, alias Wido, Guigo, et Wito, a Caspare Barthio ex MS.ti fide, Scriptor habetur Historiæ Hierosolymitanæ ab anno 1177. ad 1190. quæ postrema parte manca, et sine nomine auctoris legitur in Bongarsij Gestis Dei per Francos Tom. I. pag. 1150–1172. Eadem Historia paulo integrior prodijt sub nomine Galfredi Vinesauf Tom. II. Scriptor. Angliæ, Galei pag. 247. Oxon. 1687. fol.

pag. 132.

Guido Burgundus de Villa Aymo, Abbas S. Germani Autisiodorensis Ord. Benedict. ab anno 1285. ad 1309. et defunctus anno 1313. Hujus sunt Gesta Abbatum S. Germani Autissiodorensis ab anno 998. ad 1285. edita a Labbeo Tom. I. pag. 570. Biblioth. novæ MSS. una cum duabus Appendicibus ad annum usque 1333.

pag. 134

Guido Ravennas Presbyter, ante annos fere octingentos et quinquaginta natus Auctor creditur, ita ut vix dubitandum videatur, Geographiæ Libris V. digestæ, quæ sub Anonymi Ravennatis titulo edita est a Porcherono Paris. 1688. 8. et a Jacobo Gronovio, Melæ subiuncta Lugd. Bat. 1696. 8. Vide Dissert. Caspari Bevetti de Chorographia Italiæ medij ævi Tom. X. Thesauri Muratoriani p. X.

Vide Biblioth. Lat. Tom. I. Cap. VIII. in Mela et infra Tom. VI. pag. 54.

pag. 148.

Guilelmus Andrensis Abbas Ord. S. Ben. in Diœcesi Gallicæ Morinorum Tarvanensi, scripsit Chronicon Cœnobij sui ab anno. 1082. ad. 1234. Extat Tom. IX. Spicilegij Dacheriani pag. 338. et Tom. II. novæ Edit. pag. 781. 871.

Guilelmus Apuliensis, sive Apulus, scriptor Historici Poematis Epici Libris. V. distincti De rebus Normannorum in Sicilia, Apulia, et Calabria gestis usque ad mortem Roberti Guiscardi Ducis, e vivis sublati anno. 1085. ad filium ejus Rogerium. Prodijt Rothomagi 1582. 4. Deinde Tom. I. pag. 578. Script. Bruns. Leibnitij, et Tom. I. Bibliothecæ Histor. Siculæ Carusij, atque Tom. V. Rer. Italic. Muratorij

pag. 142.

Guilelmus Caorsinus, Rhodio patre genitus Duaci in Flandria, Equitum Rhodiorum sive Melitensium per. XL. amplius annos Vicecancellarius, obijt anno. 1501. Ejus Scripta junctim edita Ulmæ. 1496. fol. apud Joannem Reger de Kemnat, varijs ornata iconibus ligno incisis, variusque corvia, continent Obsidionem Rhodiæ urbis a Mahomede. II. anno. 1480. incassum susceptæ, aliasque Rhodiorum Equitum res bene multas; ac postremo Volumen Stabilimentorum ejusdem Religionis confirmatorum a Magno Magistro Ordinis Daubussono, et Capitulo Generali die. 5. Augusti, anno. 1493.

pag. 143.

Guilelmus Carnotensis Ordin. Prædicatorum Ludovici. IX. Galliarum Regis Capellanus: cui Anno. 1270. 25. Augusti morienti præsens adfuit. Scripsit De ejus Vita et actibus, et de miraculis quæ ad ejus Sanctitatis declarationem contigerunt. Exstat Tom. V. Script. Rer. Fran. du-Chesnij. pag. 466. 480.

pag. 146.

Guilelmus Egmondanus Monachus et Procurator, Anonymi Chronicon Egmundæ et Hollandiæ ab anno. 647. ad. 1205. progressum, continuavit ab anno. 1205. ad. 1332. Anonymus cum alijs Scriptoribus, sine Guilelmi Continuatione prodijt Francof. 1620. fol. cum Continuatione Lugd. Batav. 1700. 8. separatim, cum Notis Antonij Matthæi.

pag. 147.

Guilelmus Calculus, Normannus, Monachus Gemmeticensis Ordin. Benedictini, scripsit Historiæ Normannorum Libros VIII. primis Libris IV. Dudonis Historiam mittens in compendium, ceteris Historiam Normannicam persequens usque ad annum 1135. Prodijt Francof. 1602. fol. inter Guil. Camdeni Anglic. Normannic. et Cambricarum Rer. Script. pag. 604–691. et castigatior Paris. 1619. fol. inter Rer. Normannicarum Script. Andreæ du Chesne, pag. 215–317.

Guilelmus Hermannus a Gauda Scriptor Belli Hollandiæ Gelriæque anno 1507. seq. Prodijt Lugd. Bat. 1698. 8. in Antonij Matthæi veteris ævi Analectis.

pag. 149.

Guilelmus Heda Hispaniæ Regis Philippi II. a secretis, defunctus Antuerpiæ anno 1526. scripsit, Iano Dousa teste, accuratissima diligentia Chronicon Hollandiæ et Episcoporum Ultrajectinorum. Prodijt cum Ioanne de Beka Franek. 1612. 4.

pag. 152.

Guilelmus Somerset Malmesburiensis a S. Maidulphi curia (Maidulphesbury) Ord. Benedict. et Bibliothecarius ac Præcentor Meldunensis sive Malmesburiensis, vivebat adhuc anno 1143. Scripsit Regalium, sive de rebus gestis Regum Anglorum a primo Saxonum adventu circa annum 449. ad annum 18. Henrici I. sive annum 1127. Libros V. Scripsit præterea Historiæ Novellæ Libros II. ab anno 1127. ad annum 1142. Scripsit rursus De gestis Pontificum Anglorum Libros IV. ad annum circiter 1125. Prodiere hæc ejus Opera in Collectione Script. Anglic. curante Henr. Savilio Lond. 1596. et typis Wechelianis 1601. fol. Liber V. de Pontificibus Anglorum extat Tom. II. Angliæ Sacræ H. Warthoni Lond. 1691. fol. Scripsit et alia Opuscula Historica, quæ vide hic.

pag. 156.

Guilelmus de Nangis Monachus S. Dionysii in Gallia Ord. Benedict. Scripsit Chronicon ab orbe condito ad annum 1300. Cujus Fragmentum rerum Gallicarum ab anno 977. ad 996. extat in Petri Pithoei Scriptor. XII. Paris. 1588. 8. et Francof. 1594. 8. pag. 510–515. Ejusdem Continuatio Chronici Sigeberti Gemblacensis ab anno 1113. ad 1300. extat Tom. XI. Spicilegij Dacheriani pag. 405. et Tom. III. novæ Editionis pag. 1. seq. [illegible] Continuatione Anonymi [illegible] anno 1301. ad 1367.

Gesta Ludovici IX. Francorum Regis ab anno 1226. et filiorum ejus Philippi Audacis et Roberti extant in Pithoei Scriptor. XI. Francof. 1596. fol. pag. 400. et Tom. V. du Chesnii pag. 326. 406.

Guilelmus Little, Anglus scripsit Libros V. de rebus Anglicis sui temporis ab anno 1066. diligentissimeque ab anno 1135. quo se natum testatur, ad 1197. Obijt anno 1208. aetatis 72. Prodiere pluries, novissime vero Oxonij 1719. 8. tribus Volum. curante Thoma Hearne.

pag. 162.

Guilelmus Pictavinus, sive Pictaviensis, Luxoviensis sive Lexoviensis Archidiaconus Capellanus Guilelmi I. inter Angliae Reges, inter Normanniae Duces II. cognomento Conquestoris, scripsit ejusdem Regis Gesta post annum 1066. Prodiere ab initio et in fine mutila Paris. 1619. fol. in Andreae du Chesne Normannicis, pag. 178. 213.

Guilelmus de Podio Laurentij, Scriptor Chronici super Historia negotij Francorum, sive Bellorum adversus Albigenses ab anno 1097. ad 1271. quod actum est in Provincijs Narbonensi, Albiensi, Ruthenensi, Caturcensi, pro tuenda fide Catholica et pravitate haeretica extirpanda. Prodijt Tolosae 1623. fol. in Historia Comitum Tolosanorum Guilelmi Catelli, et Tom. V. du Chesnij Rer. Franc. pag. 666. 705.

pag. 164.

Guilelmus Bishangerus Anglus, Monachus S. Albani, defunctus anno 1312. auctor Continuationis Chronici Matthaei Paris ab anno 1259. ad 1273. Prodijt Lond. 1571. Tiguri 1606. Lond. 1640. et 1684. fol.

pag. 169.

Guilelmus Tornaeus sive de Thorne, Anglus Monach. Benedictinus, circa annum 1380. scripsit Res gestas Abbatum Augustinianorum Cantuarientium, ab Augustini adventu in Angliam circa annum 596. fere usque ad annum 1375. Prodijt Londini 1652. fol. inter Anglic. Historiae Scriptores

pag. 170.

Guilelmus Tyrius sive Tyrensis ab anno 1175. in Phoenicia Archiepiscopus, natione, ut videtur, Hierosolymitanus. Scripsit vir cordatus opus eximium, Historiam rerum in partibus transmarinis gestarum a tempore successorum Mahumethi, et ab anno 1048. ac praecipue ab anno 1100. ad 1184. Libris XXIII. quorum ultimum vix inchoatum reliquit. Prodiere Basil. 1549. fol. et 1564. fol. cum Continuatione Basilij Io: Heroldi Libris VI. ad annum usque 1521. Deinde sine Heroldi Continuatione in Bongarsij Gestis Dei per Francos. Hanov. 1611. fol. pag. 625.

pag. 172.

Guilelmus Worcestrius Bristoliensis, Anglus, Astronomus, Medicus et Historicus scripsit Annales Rerum Anglicarum ab anno. 1324. ad. 1491. ex quibus Excerpta vulgavit Oxon. 1728. 8. Thomas Hearne.

pag. 174

Guntherus, de quo vide Biblioth. Græca Tom. XIII. pag. 759. in Canisij Collectione, et Biblioth. Latina Tom. II. in Poetis Christianis a Georgio Fabricio [illegible] pag. 244. seqq. scripsit Historiam Constantinopolitanam de Urbe expugnata a Balduino, prosario sermone, anno. 1204. et Ligurinum, sive de rebus a Friderico I. maxime in Liguria adversus Mediolanenses gestis Libris. X. Carmine hexametro supra illius ætatis exemplar satis compto, ubi Othonis Frisingensis et Radevici ejus Continuatoris Historiam in synopsin redegisse notatur a P. Pagi ad annum. 1519. n.° 14.

pag. 175.

Gyraldus, sive Lilius Gregorius Gyraldus Ferrariensis obijt anno. 1552. Eius Opera iunctim vulgata sunt Basil. 1580. fol. duobus Tomis. Opera vero hæc plena sunt bonæ frugis. Tomo primo continetur Historia de Dijs, eorumque generibus, nominibus ac cultu, digesta per Syntagmata. XVII. quorum ultimum tractat de Sacrificijs, Templis, Sacerdotibus, Festis, Supplicationibus, Expiationibus, Lectisternijs, ac mortuorum Inferijs. Succedunt Syntagma de Musis, Vita Herculis, Libellus de re nautica, et Liber de Sepultura, ac vario sepeliendi ritu. Tomo Secundo occurrit Historia Poetarum Græcorum Latinorumque Dialogis. X. erudite descripta, cum animadversionibus antea ineditis Pauli Colomesij, in quibus brevibus licet et non adeo multis, varia tamen haud protrita notantur. Deinde sequuntur Dialogi. II. Poetarum suorum temporum. Postea Progymnasmata adversus Litteras et Litteratos. Hinc Libellus Ænigmatum in quo plæraque antiquorum ænigmata explicantur. Deinceps Symbolorum Pythagoræ interpretatio, cum Pythagoricis præceptis e Plutarcho expositis. Postmodum Parænesis adversus ingratos, et Libellus quomodo quis ingrati nomen possit effugere, at Liber de Annis, Mensibus, cæterisque temporum partibus, una cum Calendario Romano Græcoque. Demum Dialogismi Critici. XXX. ad varijs rebus ad Antiquitatem et bonas litteras spectantibus, præmisso Dialogismo de studendi et annotandi ratione. Totum Opus claudunt Ep[istolæ] [illegible] Carmina.

Editæ sunt quoque omnia hæc Gyraldi Opera Lugd. Batav. 1696. fol. ac æstimari solent Scut. 15.

pag. 176.

Hadrianus Papa ab anno. 772. 9. Februar. ad. 795. 25. Dec. cujus Decretum pro Caroli Magni Patriciatu Romano,# et jure eligendi Pontificem, factum in Synodo Romana Episcoporum. 153. anno. 774. autoritate Gratiani in Decreto, Distinctione. LXIII. Can. XXII. Col. 321. 322. Edit. Lugd. 1555. Sigeberti in Chronico ad annum. 773. et Alberici Monachi Trium fontium in Chronico pag. 111. seq. mordicus tuetur Goldastus in Replicatione pro Imperio pag. 125. seq. et pag. 147. 191.# contra Baronium, Gretserum aliosque. At Sigeberti et Gratiani fidem jure in dubium revocant, praeter Baronium ad annum 774. n.o 10. 18. Bellarminus, Binius, Petrus de Marca Lib. VIII. Cap. XII. de concordia Sacerdotij et Imperij, Sirmondus, Pagius ad annum. 774. n.o 13. seq. Carolus Le Cointe, Thomasinus, Mabillonius pag. 230. Diplomatic. aliique.

pag. 186.

Hamerslebiensis Monachus circa annum. 1126. scripsit De rebus gestis Imperatorum, ab Henrico Aucupe ad Henricum. V. Exstat Tom. I. Script. Brunsvic. Leibnitij pag. 701. 710. Et De Gregorio. V. Papa, ibid. pag. 576.

pag. 191.

Hariulphus Monachus Centulensis, et ab anno. 1104. ad. 1142. Abbas S. Petri Aldenburgensis non procul Brugis in Flandria, Ord. Benedict. scripsit Chronicon Centulensis Cenobij a medio Seculo. VI. ad annum. 1088. Libris. IV. Prodijt Tom. IV. Spicilegij Dacheriani pag. 419. et Longe integrius ac emendatius Tom. II. novae Editionis pag. 291. 356.

Hartmannus Schedelius Norimbergensis, scripsit Chronicon Mundi sive Chronicon Chronicorum ab Orbe condito usque ad annum. 1492. quod Chronicon Norimbergense vocat appellari. Prodijt Norimbergae. 1493. fol. cum iconibus Ligno incisis: et Augustae 1497. fol. Ex hoc Chronico petitus Commentariolus de Sarmatia, qui extat in Scriptor. Rerum Polonicarum Ioannis Pistorij, Parte. I. pag. 163.

Glossa ad Gratiani Decretum ibi.

Vel intellige quod est Advocatus Ecclesiae ut Extra de Electione. Venerabilem: De Patriciatu Romano vide Murat. Annal. Ital. Tom. IV. pag. 405. ad 409.

Novissime, Gaspar Audoul in Libro Gallice edito Paris. 1708. 4. Traité de l'origine de la Regale & des causes de son etablissement.

pag. 193.

Hasselbach, sive Thomas Ebendorfer de Hasselbach, Theologiæ Professor celebris in Academia Viennensi, diem obiit anno 1464. Scripsit Chronicon Austriacum Libris V. ab origine gentis deductum usque ad annum 1463. Prodiit Tom. II. Scriptor. Austriac. Hieronymi Pezzii, pag. 682. Omissis tamen propter fabularum frequentiam Libro primo, et magna parte secundi, majoremque fidem mereri testatur Pezzius quæ ab anno 1014. Hasselbachius tradidit.

pag. 194.

Haubertus Hispalensis, Scriptor fictitius, cujus Chronicon ad annum 919. prodiit Madriti 1667. fol. merumque commentum esse demonstratur a Nicolao Antonio Lib. VI. Biblioth. vet. Hispanæ Cap. XXII. pag. 400. seq.

Hector Boethius, sive Boeis, Scotus scripsit Vitas Episcoporum Murthlacensium et Aberdonensium. Prodiere Paris. 1522. 4. Scripsit quoque Historiæ Scoticæ Libros XVII. a prima origine gentis usque ad obitum Iacobi I. sive annum 1437. Prodiere Paris. 1526. fol. Recusi ibid. diu post auctoris obitum. 1574. fol. addito Libro XVIII. et XIX. cum subjuncta continuatione Io: Ferrerii usque ad extrema Iacobi III. sive ad annum circiter 1488. Fides in Boethii narratione a multis desideratur.

pag. 196.

Hegesippus, fortasse Iosippus, ex Iosephi Hebræi corrupto nomine, vel potius Ambrosius Episcopus Mediolanensis, aut alius quispiam non infacundus Scriptor Theodosii temporibus scripsit latino sermone De bello Iudaico et excidio Urbis Hierosolymitanæ Libros V. Prodiit pluries, ac postremo in Bibliothecis Patrum, Paris. Tom. VIII. Coloniæ Tom. IV. et Lugd. Tom. V. De hoc Hegesippo vide Fontaninum Hist. Litter. Aquil. pag. 398. seqq.

pag. 197

Helgaldus, sive Heligaudus, Monachus Floriacensis, scripsit Epitomen Vitæ Roberti Hugonis Capeti F. Francorum Regis ab anno 988. ad 1016. Prodiit inter P. Pithœi Script. XI. emendatior Tom. IV. du Chesni Script. Rer. Franc. pag. 62. 79.

pag. 198.

Heinandus, alijs Helmandus, Helmundus, Elynandus, Hermanni, Flandri nobilis in Galliam profugi filius, Monachus Frigidi Montis Ordinis Cisterciensis in Dioecesi Bellovacensi, defunctus anno 1227. scripsit ingens Opus Chronicorum ab Orbe condito usque ad Darij Nothi tempora Libris XVI. Deinde alijs Libris XVI. a Dario usque ad Christum natum. Hinc a nato Christo usque ad annum 635. Postremo ab anno 636. usque ad annum 1204. Hæc postrema quarta pars sola ab anno 636. ad 1204. typis expressa est, atque extat Tom. VII. Bibliothecæ Cisterciensis, quam adornavit Bertrandus Tissier, pag. 73. seq.

pag. 199.

Helmoldus, alijs Helmboldus, Helemoldus, Helinandus, Presbyter et Rector Ecclesiæ Bosoviensis (Butzaw) in Vagria, discipulus Geroldi Episcopi Lubecensis, ejusque in convertendis ad Christum Venedis ab anno 1155. comes fidelis, eoque extincto anno 1164. adhuc superstes anno 1170. scripsit persuasione Geroldi ad Canonicos Ecclesiæ Lubecensis Chronicon Slavorum et Venedorum Libris II. a Caroli Magni temporibus, et Saxonum per eum conversione ad annum Christi 1170. in quibus non tantum Wagriorum Holsatiæ, Polaborum Raceburgicæ et Obotritorum Meclemburgici tractus incolarum, Pomeranorumque superstitiones idololatricas; bellorum, cladium ac difficillimæ ad sacra Christiana conversionis per Clerum Dioeceseos Aldemburgicæ sive Oldemburgicæ Historiam diligentius persequitur, sed etiam Holsatiæ reliquasque res, origines Lubecæ, Saxoniæ inferioris memorabilia, et Germaniæ universæ, Regnique Danici, non inficianda luce perfundit.

Post varias multasque editiones extat Tom. II. Script. Brunsvic. Leibnitij, Hanoviæ 1710. pag. 537. seq. una cum ejus continuatore Arnoldo Abbate Lubecensi, ab anno 1170. ad annum 1209. Libris VI. Extat præterea alter Helmoldi Continuator Anonymus Danus iniquior, sub titulo Chronici veteris Holsatiæ, a Carolo Magno ad annum 1448. vulgatus a laudato Leibnitio Tom. I. Accessionum Historicarum Hanoviæ 1698. 4. De alio Elmoldo, sive Ermoldo Nigello, qui sine aspiratione scribitur, Ludovici Pij temporibus claro, vide supra Tom. II. pag. 108.

pag. 2[illegible]

Helpericus, sive Lievinus, alias Ferius Hespericus, scripsit Carmen Epicum de Carolo Magno, et Leonis III. Papae ad eum anno 799. adventu, de quo vide Tom. I. pag. 847. ubi de Carolo Magno.

pag. 202.

Helveticarum Rer. Scriptores edere Tiguri promisit, eorumque syllabum publici juris fecit anno 1734. Joannes Conradus Fueslinus, hic a Fabritio nostro recensum. Prodiere anno 1735. Constant Seel. 14.

pag. 209.

Henricus Aquilonipolensis patria, post annum 1311. superstes, cujus extat Adolpheis, sive De gestis Comitum Theorosburgensium, sive Schamburgensium, et Hamburgensis Civitatis, versibus Elegiacis, itidemque extant eodem carminis genere Libri II. de primordiis Lubicanae Urbis. Prodiere utraque opuscula Francof. 1620. 4. curante Henrico Meibomio avo, recusa Tom. I. Rer. German. Henrici Meibomii Nepotis, pag. 599. 603.

pag. 210.

Henricus de Bernten Marienrodensis scripsit Chronicon Monasterii Marienrodensis Ordinis Cisterc. prope Hildeshemium, ab anno 1210. ad 1454. fatique concessit anno 1463. Prodiit Tom. II. Script. Brunsvicensium Leibnitii pag. 442. seq. cum Continuationibus ad annum usque 1580. pag. 464. 469.

Henricus Bode, scripsit plena bonae frugi Chronica duo, Lamlesianum, sive Lamlershemense, et Clusinum. Prodiit Lamlesianum Tom. II. Rer. German. Meibomii, pag. 479. 509. Deinde cum amplo supplemento Tom. II. Script. Brunsvic. Leibnitii pag. 330. 345. addito Chronico Clusino pag. 345. 370. quod in anno 1341. desinit #

pag. 222.

Henricus Huntindonensis, sive Huntingtonensis Archidiaconus, scripsit petitione Alexandri Episcopi Lincolniensis Historiam Anglorum Libris VIII. ab originibus gentis ad annum 1153. Prodiit in H. Savilii Script. Rer. Angl. Londini 1596. et Francof. typis Wechelianis 1601. fol.

pag. 214.

Henricus Gandavensis, Goethals, idest Bonicollius, vel Mudanus etiam, a Muda Gandavi Suburbio; Doctor Parisiensis, Archidiaconus Tornacensis, defunctus Tornaci anno 1293. aetatis 76. die 8. Septembris. Scripsit inter cetera Libellum De Scriptoribus Ecclesiasticis, qui cum Appendice Capitum XI. auctore Silleberto cognomento Universali prodiit Coloniae 1580. 8. apud Suffridum Petri, deinde in Bibliotheca Ecclesiastica Auberti Miraei Antuerp. 1639. fol. Recusa in Biblioth. Eccles. Fabritii nostri Hamburgi 1718. fol

pag. 224.

Henricus de Knygthon Anglus, Canonicus Abbatiæ Leicestrensis sub Sæculi XIV. exitum eximium inter Historicos Angliæ locum meruit, scripsitque Libros V. de eventibus Angliæ a tempore Regis Edgari usque ad Richardum Regem, sive ab anno 958. ad 1395. Prodijt Londini 1652. fol. inter Script. X. Histor. Anglicanæ Rogerij Twisdeni.

pag. 225.

Henricus Penia sub Sæculi XVI. exordium brevi Libello scripsit Bellum Persico-Turcicum quo Ismael Sophi Turcarum anno 1509. victor ab illis victus est anno 1514. Prodijt Basileæ 1515. 4. inter alia Opuscula apud Io: Frobenium.

pag. 226.

Henricus Monachus Augustinianus in Rebdorf, scripsit Annales rerum ab anno 1295. sub Adolpho Nassovio, Alberto Austriaco, Henrico VII. Friderico Austriaco, Ludovico Bavaro, in quo est diligentior, et Carolo IV. usque ad annum 1362. gestarum, interpositis etiam Pontificum illius temporis Historiis. Prodijt Tom. I. Script. Rer. Germ. Freheri Francof. 1600. pag. 411. recusa. 1624. Seorsim vero et emendatius, Ingolstadij 1616. 4. curante Christophoro Gewoldo. Denique in nova Script. Rer. German. Freheri Editione, Argentorati 1717. fol. pag. 599. seqq. curante Burchardo Gotthelf Struvio.

Henricus Rosla, Nienborgensis Saxo, scripsit Herlingsbergam, sive Carmen Epicum pro illis temporibus non inelegans De bello ob Arcem Herlingsbergam anno 1287. gesto inter Henricum mirabilem Ducem Brunsvic. et Luneburg. ac confœderatos Saxoniæ Principes. Extat Tom. I. Script. Rer. Germ. Meibomij, pag. 772.

pag. 227.

Henricus Salzburgensis Archidiaconus, circa annum 1174. scripsit Historiam calamitatum Ecclesiæ Salzburgensis. Prodijt Tom. II. Anecdotorum Bernardi Pez. Part. III. pag. 199. 218.

pag. 229.

Henricus Stero, sive Steronis, Monachus
Altahæ, sive Altaichi inferioris in Bavaria
inferiore ad Danubium, Ordin. Benedict. scripsit
Annales de rebus potissimum Austriæ, Bavariæ,
Svevie. Extat Tom. IV. Canisij, editione Bas=
nagiana. 1725. Annos. pag. 172. 214. ab
anno. 1273. ad. 1300. Extat quoque
Tom. I. Script. Rer. Germ. Freheri pag. 385.
et novæ Editionis pag. 555. cum continuatione
Udalrici et Conradi fratrum Willing, et Ebe=
randi Altdkersii ab anno. 1302. ad. 1334.

pag. 233.

Henricus Wolterus Canonicus S. Anscharij
Bremensis scripsit Chronicon Archiepiscopatus
Bremensis a temporibus Caroli Magni et a
S. Willehado Archiepiscopo, sive ab anno. 788.
ad. 14[illegible]3. Extat Tom. II. Script. Rer. Germ.
Meibomij pag. 19. 82.

Hepidann , sive Hepidannus Monachus
S. Galli, scripsit ad Udalricum ab anno. 1072.
Abbatem suum Vitam S. Wiboradæ Virginis
et Martiris. Prodijt Tom. I. Script. Rer. Ala=
mannicarum Goldasti pag. 206. sub nomine
Hepidanni junioris. At unus idemque Epidannus
fuit, qui scripsit hanc Vitam, et Annales
breves ab anno. 709. ad. 1044. qui ante
hanc Vitam eodem Tomo prodiere apud
Goldastum. Hepidannum obijsse circa
annum. 1080. suspicatur vir doctus.

pag. 236

Hermannus Altahensis Abbas ab anno. 1242.
ad. 1273. scripsit Chronicon Altahense sive Altaichense
maximam partem ex meris Diplomatibus coætaneis
ab anno. 1242. ad. 1273. Servatur MS. in Biblioth.
Cesar. Vide Lambecium Tom. VIII. pag. 77. 80. Hujus
est et Chronicon Augustense, quod continuavit
Henricus Stero; cujus Excerpta vide Tom. II. Freheri pag. 343. 357. et novæ Editionis pag. 493. 508.

pag. 237.

Hermannus cognomento Contractus, ita dictus
a debilitate membrorum, qua laboravit ab infantia,
filius Comitis Veringensis et Sulgoviensis in Suevia;
Monachus S. Galli primum, deinde Augiæ Majoris,
præstans ingenio, Latinæ, Græcæ et Arabicæ peritus linguæ
varijsque Scientijs ornatus, obijt anno. 1054. in prædio suo Aleshusano.
Inter Opera ejus præcipuum est Chronicon de sex Mundi ætatibus, a
rerum originibus usque ad annum. 1054. Prodijt separatim. 1583.
1613. Francofurti, curante Jo: Pistorio, et Ratisbonæ. 1726. fol. curante Burch.
Got. struvio. Deinde Tom. I. Script. Rer. Germ. Christiani Urstisij. Francof. 1584. et. 1670.
et in Canisij Edit. veteri melius et locupletius Tom. I. in nova Tom. III. pag. 193. postea in Bibliotheca
Patrum, Coloniensi Tom. XI. et Lugdunensi. Tom. XVIII.

Bertoldus Constantiensis presbyter continuavit Chronicon
Hermanni ab anno 1054. ad annum 1100. ut
notatum est supra pag. 13. +!

pag. 238.

Hermannus Dalmata, scriptor Chronici Saracenorum.

pag. 239.

Hermannus Lerbecius, sive Lerbecensis, de Lerbeke, Monachus Dominicanus Domus S. Pauli Mindensis, scripsit Chronicon Comitum de Schowenberg, sive Schawenburgicorum ab anno 1030. ad 1404. Prodiit Helmstadii 1620. 4. curante Henrico Meibomio avo, et Tom. I. Rer. Germ. Henrici Meibomii nepotis, pag. 495-521. #

pag. 241.

Hermannus Abbas S. Martini Tornacensis, Ord. Ben. ab anno 1127. ad 1137. post abdicatum munus, incertum quot annis superstes fuerit. Extat ejus Narratio restaurationis Abbatiæ S. Martini Tornacensis Tom. XII. Spicilegii Dacheriani pag. 358. seq. et Tom. II. Edit. novæ pag. 888. ubi, teste Vossio pag. 413. Multa leguntur de Regibus Galliæ ac Comitibus Flandriæ, atque ut Episcopatus Tornacensis separatus sit a Noviodunensi.

Hermas Pastor, Apostolicis vicinus temporibus, Græce quidem non Latine scripsit. Sed admodum vetus extat latina trium ejus Librorum interpretatio, quam cum Græcis quæ supersunt fragmentis recudit Fabritius noster Parte III. Codicis Apocryphi Novi Testamenti Hamburgi 1719. 8. Prima Editio extat apud Henr. Steph. avum Paris. 1513. fol. curante Iacobo Fabro Stapulensi.

pag. 242.

Herveldensis Monachi Chronicon ab Orbe condito ad annum 1076. extat Tom. I. Rer. German. Simonis Schardii, pag. 369.

pag. 244.

Hesso Scholasticus et Presbyter Remensis scripsit brevem Commentarium de rebus anno 1119. gestis inter Calixtum II. Papam, et Henricum V. Imperat. Acta Concilii Remensis eodem anno celebrati complexum edidit Sebast. Tegnagelius inter Vet. Monum. Ingolstad. 1612. 4. atque inde in Conciliorum Tomis

pag. 245.

Hexham, sive Joannes Hexham, Prior Hagulstalensis scripsit Historiam XXV. Annorum, sive Continuationem Historiæ Simeonis Dunelmensis de gestis Regum Anglorum ab anno 1130. ad 1154. Extat Tom. I. Scriptorum X. Hist. Angl. Twisdeni et Seldeni, Lond. 1652. fol. pag. 257-282.

Hermannus, Ordinis S. Guilelmi Ianuensis, scripsit Continuationem Chronici Martini Minoritæ ab anno 1290. ad 1346. Prodiit Tom. I. Corporis Script. Med. Ævi Jo. Georg. Ecc. pag. 1631-1640. Vide Tom. V. pag. 139. in Martino Minorita

pag. 246.

Hieronymus Foroliviensis Ord. Prædicat. circa exitum anni. 1433 facile vita functus, scripsit Annales Forolivienses ab anno. 1397. ad. 1433. Prodiere Tom. XIX. Rer. Ital. Muratorij.

pag. 248.

S. Hieronymus Stridonensis, Dalmata, de quo supra in Biblioth. Lat. Lib. IV. Cap. III. hic minime recensendus esset. Sed meminisse juvat ejus Opera recusa esse novissime Veronæ. 1742. fol. Voluminibus XI. Opera et studio Marchi. Scip. Maffeij et Dominici Vallarsij, ubi nova plura continentur, quæ frustra ex alijs Editionibus repeterentur.

pag. 250.

Higdenus, Hygeden, Hickeden, sive Ranulphus Higdenus, Monachus Cestrensis sive Cestriensis Ord. Ben. scripsit Polychronici Libros VII. ab origine rerum ad annum. 1357. quibus nonnulli alicas addunt continuationem ad annum. 1377. cum Auctor jam in senectute bona obijsset anno. 1363. Primos Libros. VI. usque ad annum. 1065. primus latine vulgavit Thomas Galeus in Hist. Britannicæ, Saxonicæ, Anglo-Danicæ Scriptor. XV. Londini 1691. fol. Tom. I. pag. 179. 287.

pag. 251.

Q. Julius Hilarianus Cæsario et Attico Coss. hoc est anno. 397. scripsit De Paschali circulo sive Expositum de die Paschæ et Mensis. Prodijt ad calcem Epitomes Institut. Divinarum Lactantij curante Christoph. Matthæo Pfaffio Cancellario Tubingensi. Paris. 1712. 8. Non diversus videtur Libellus Chronologicus a Q. Julio Hilarione, cujus Libellus Chronologicus de cursu temporum, de duratione Mundi, sive de cursu temporum, vulgatus tum alibi tum in Biblioth. Patrum Coloniensi Tom. V. et Lugdunensi Tom. VI. pag. 374. 376. inter Sulpicium Severum et Orosium.

pag. 254.

S. Hilarius Pictaviensis in Aquitania Episcopus obijt anno. 368. fuitque, Hieronymo teste, eloquentiæ Latinæ Rhodanus. Ejus Opera prodiere novissime, curante C. Scipione Maffeio Veronæ. 1730. fol. duob. Voluminibus.

pag. 459.

Hildefonsus, Ildefonsus, Eildefonsus, Alfonsus, &c. Episcopus Toletanus ab anno Christi. 659. ad. 669. scripsit inter cætera Libellum de Viris Illustribus. XIII. vi Gregorium. I. includas, qui in aliquibus Codicibus extat in aliquibus desideratur. Estque Appendicis loco ad Isidori Hispalensis Librum de Scriptoribus Ecclesiasticis. Prodijt pluries novissime vero in Fabritij nostri Biblioth. Ecclesiast. Hamburgi. 1718. fol.

pag. 268.

Hildesheimensium rebus præclaram navavit operam Illustris Leibnitius in tribus ejus Voluminibus Scriptorum Brunswicensium, ubi Annales Hildesheimenses vulgati jam ab Andrea du-Chesne Tom. III. pag. 504. seq. aliaque multa vetustati Documenta legere est.

pag. 270.

Hincmarus Laudunensis in Gallia Episcopus ab anno. 858. et ante annum. 882. defunctus, cui cum avunculo suo Hincmaro Remensi Archiepiscopo graves lites intercessere; Epistolas plures legere est in Biblioth. Patrum.

pag. 271.

Hincmarus Remensis Archiepiscopus renunciatus anno. 844. natus anno. 801. diem suum obiit anno. 882. 21. Decembris. Pluribus interfuit Synodis, et magnas res gessit Scripta ejus collegit, atque accurato ut solet studio edidit Iacobus Sirmondus Paris. 1645. fol. duob. Volumin.

pag. 272.

Hirnandi sive Firnandi Canonici Leodiensis circa annum. 1220. Librum. III. de rebus Diæcesis Leodiensis, aliaque Opera aliorum Scriptorum ad Episcopos Leodienses spectantia vulgavit Io: Chapeavillus Leodij. 1613. 4. pluribus Tomis sive in Sylloge Scriptorum de Episcopis Leodiensibus.

pag. 282.

Hoviden, sive Rogerius de Hoviden, oppido in Provincia Eboracensi, Anglus, scripsit Simeonis Dunelmensis exemplo, Annales rerum Anglicarum ab anno. 731. ubi Beda desinit, usque ad 1204. Prodiere Londini. 1596. inter Script. H. Savilij, et Francof. 1601. fol. typis Wechelianis

pag. 283.

Hroswitha Monialis in Cœnobio Gandersheimensi scripsit plura, quæ iunctim prodiere Norimb. 1501. 4 et nuper Wittebergæ. 1707. 4. inter quæ extat Panegyris Ottonum, sive de gestis Ottonis I. usque ad annum. 967. carmine Hexametro leonino, quam Iustus Reuberus Scriptor. Rer. Germanic. inseruit pag. 161. Henricus Meibomius separatim edidit cum Witichindi Annalibus. Francof. 1621. 4. et Henricus Meibomius nepos Tom. I. Script. Rer. Germanicarum, pag. 709.

pag. 277.

Honorius Augustodunensis Presbyter et Scholasticus, circa annum. 1100. Opera plura reliquit posteritati. Inter cætera extat breve ejus Chronicon de ætatibus mundi, ab Orbe condito ad Auctoris tempora; quod Libri. V. locum occupat inter Honorij Libros. VII. editos Basil. 1544. 8. Extat præterea ejus Liber De luminaribus Ecclesiæ, in Libellos. IV. distributus; quorum primum ex Hieronymo: Secundum ex Gennadio: Tertium ex Isidoro contraxit. Quartum vel ipse addidit, vel ex Beda alijsque collegit. Hic Liber sexti locum occupat in edit. Basil. 1544. 8. Recusum est in Biblioth. Ecclesiast. Fabritij nostri, Hamburgi. 1718. fol.

pag. 286.

Hucbaldus, Hugbaldus, Hubaldus, et Huchaldus Monachus S. Amandi Elnonensis in Hannonia ad fluvium Elnonem in Diœcesi Tornacensi Ord. Benedict. obijt anno. 930. Vir, Trithemio judice, disciplinis sophiciis nobiliter eruditus, Ecclesiam Remensem sub Fulcone Archiepiscopo Remensi præclaris illustravit doctrinis, ut testatur Flodoardus Hist. Eccl. Rem. Lib. IV. cap. IX. Scripsit, teste Sigeberto cap. 107. Vitas multas Sanctorum. Inter quas Vitam S. Aldegundis Abbatissæ et fundatricis Malbodiensis in Hannonia. Extat apud Surium 30. Januarij: Vitam S. Lebuini, Patroni Daventriæ. Extat apud eundem Surium. 12. Novembris: et Vitam S. Rictrudis Abbatissæ Marchianensis in Gallo-Flandria. Extat apud eundem Surium 12. Maij.

pag. 290

Hugo de Cleerijs Miles Andegavensis, Fulconis V. Comitis ad Ludovicum Regem Legatus post annum. 1120. scripsit Commentarium de Majoratu, et Seneschalliae Franciæ, Andegavorum olim Comitum hereditaria. Extat Tom. IV. Script. Rer. Franc. du-Chesnij, pag. 328.

pag. 293.

Hugo Flaviniacensis Abbas ab anno. 1097. ex Monacho Virdunensis. Scripsit Chronicon Virdunense a nato Christo usque ad annum 1102. rerum præsertim Sæculi XI. insignem thesaurum. Edidit ex autographo auctoris Labbeus Tom. I. Bibliothecæ novæ Manuscriptorum pag. 75. 269.

Hugo Floriacensis Monachus Ord. Benedict. super Ligerim in Diœcesi Aurilianensi circa annum 1120. Idem et Hugo de S. Maria interdum appellari solet, cujus Historiæ Ecclesiasticæ Libri IV. dicati Ivoni Carnotensi, ab Orbe condito ad annum. 1034. extant MSti in varijs Bibliothecis, ut Regia Parisiensi, et S. Victoris. Ex Libro III. Fragmentum de situ et Provincijs Galliæ affert du-Chesnius Tom. I. Rer. Franc. pag. 16. Extat quoque ejusdem Chronicon a Nino Assyriorum Rege usque ad extrema Ludovici Pij A. 840. ut in Codice Cæsareo et Lambethanis duobus; vel ad obitum Lotharij A. 855. ut in MS. Bibliothecæ S. Victoris Paris. eidem dicatum Ivoni; quod aliudne opus, an prioris pars sit, incertum est. Ejus partem a Nino usque ad Constantinum M. perperam sub Ivonis nomine publicavit M. Freherus in Corp. Hist. Franc.# Partem de Ludovico Pio sub ejusdem Ivonis nomine Lambecius ex Cod. Cæsareo, Tom. II. pag. 857. 858. Partem alteram ab anno. 923. ad. 987. alteramque ab anno. 987. ad. 1034. publicavit du-Chesnius Tom. III. Script. Rer. Fran. pag. 347. 349. et Tom. IV. pag. 142. 143. Sed et tertium Hugonis Opus Historicum vulgavit idem du Chesnius Tom. III. pag. 347. ad Adelaidem Carnotensem Comitissam ab exordio Mundi usque ad Ludovicum Pium, quod cum uno ex jam memoratis, unum idemque esse videtur

una cum Chronico brevi de rebus Francorum a Pharamundo ad Philippum Henrici Filium.

pag. 297.

Hugo de Paganis cum Godfrido de S. Almaro auctor fuit anno. 1117. condendi in Palæstina Ordinis Templariorum, sive Militiæ Templi, quorum prima Professio fuit ut viverent caste et piè more Canonicorum, et pro consequenda remissione peccatorum, itinera tutarentur a Latronibus, in securitatem Peregrinantium. De isto Ordine anno. 1311. suppresso consulendi Scriptores laudati Tom. XI. Biblioth. Græc. pag. 650.

Hugo Comes S. Pauli, cujus Epistolam ad Henricum Ducem Brabantiæ de Constantinopolitanæ Urbis expugnatione anno. 1202. a Latinis facta edidit du-Chesnius Tom. V. Script. Franc. pag. 272. 275.

Hugo Pictavinus, Monachus et Notarius Guilelmi Abbatis Vezeliacensis, in pago Avalensi in Regno Burgundiæ, jussu Pontii Abbatis scribere anno. 1156. ingressus est Historiam Vezeliacensis Cœnobii ab anno. 846. ad. 1147. præfixa brevi Comitum Nivernensium Historia, eamque Libris. IV. absolvit anno. 1167. Extat Tom. III. Spicilegii Dacheriani pag. 446. et Tom. II. novæ Editionis pag. 498. 560.

pag. 300.

Hugo de S. Victore, illustri apud Saxones gente ortus, propter doctrinæ fidem atque ubertatem, et propter Didascalici Libros ab eo editos dictus Didascalus, Lingua Augustini, et alter Augustinus, annos vix natus quatuor et quadraginta obiit anno. 1140. vel. 1142. Prodiere ejus Opera Didascalica pluries, præsertim vero Rotomagi. 1548. fol. tribus Volum. ex recensione Canonicorum Regularium S. Victoris Parisiensis, quorum Collegio ad muros Parisienses posito Hugo fuit ascriptus.

pag. 304

Hugolinus Verinus, Florentinus, Petri Criniti Magister, cujus extant Libri. III. De illustratione Florentiæ, hoc est de illius Urbis Laudibus, Viris claris, et Familiis illustribus. Prodiere Paris. 1588. apud Rob. Steph. Extat quoque Triumphus et Vita Matthiæ Pannoniæ Regis, cum aliis quibusdam ex Biblioth. Maglinbechii. Prodiit Lugduni. 1679. 12. curante Bartholino Baryensi.

Huisburgensis Monasterii Chronicon in Diœcesi Halberstadiensi, ab anno. 1080. ad. 1590. extat Tom. II. Script. Rer. Germ. Meibomii pag. 533.

pag. 307.

Huniballdus Francus, qui sub Iustino Iuniore, Libros. XVIII. Historiarum a Bello Troiano usque ad Clodovei tempora traditur scripsisse: Auctor nullius fidei, de quo vide Vossium de Histor. Lat. Libro II. Cap. XXII. pag. 255. seq. Trithemius tamen splendido deceptus Titulo, et solidum Francorum Historiographum tractare se non dubitans, Epitome posteriorum Librorum XII. composuit, atque inscripsit Compendium de origine Francorum; prodiitque Tom. I. Script. Rer. Germ. Simonis Schardij Basil. 1574. fol. pag. 301. Confer Burchardi Gotthelf Struvij Dissertationem De doctis Impostoribus.

Huss, sive Ioannes Huss, idest de Husynez, sive de Hussenytz, Bohemus, celeberrimus hic a Fabritio nostro Confessor Christi appellatur. In Concilio Constantiensi anno. 1415. 8. Iulij damnatus est atque combustus. Ejusdem Ioannis, et Hieronymi Pragensis Opera prodiere Norimbergę. 1558. fol. duobus Volumin. atque recusa sunt ibid. 1715. fol. premisso Prefatione Martini Lutheri.

pag. 309.

Huxariense Chronicon a Petro Visselbeccio Huxariensi Ord. Bened. ceptum, et a Gregorio Wittehenne, Canonico Huxariensi usque ad annum. 1498. continuatum, cum additionibus M. Nicolai Erbenij in Rer. et Antiquitatum Germanic. Syntagmate Christiani Francisci Paulini Notis illustratum Francof. 1698. 4.

TOM. IV.

Lib. IX. pag. 7.

Iacobus Manlius Brigantinus scripsit Chronicon Episcopatus Constantiensis, absolutum Brigantię in Suevia anno. 1519. 17. Augusti. Prodijt Tom. II. Script. Rer. Germ. Pistorij cum magno Chronico Belgico, pag. 615. 722.

pag. 12

Iacobus Twingerus de Konigshofen, Urstisio Vossioque Congelshovius vel Kongelshovius, scripsit Germanice Chronicon de rebus ab Orbe condito gestis, precipue Alsaticis atque Argentoratensibus usque ad annum. 1386. Prodijt Argentorati. 1698. 4 curante Ioanne Schiltero. Latine quoque hoc Chronicon ab Auctore exaratum nondum in lucem prodijt; sed ad annum. 1400. perductum fuisse profitetur Urstisius Tom. II. Script. Rer. Germ. extremo.

pag. 15.

Iacobus Philippus Foresta, Bergomensis, sive de Pergamo, Augustinianus, obijt Bergomi anno. 1518. ætatis. 85. Hujus extat Opus Historicum non contemnendum, quod Supplementum Chronicorum inscripsit, Libris. XVI. ab Orbe condito usque ad annum. 1502. ut est in Edit. Veneta. 1503. fol. per Albertinum de Lissona Vercellensem, cui Titulus est: Novissime Historiarum omnium repercussiones, quæ Supplementum supplementi Chronicarum nuncupantur. Prodijt deinde Parisijs. 1535. et Venetijs. 1547. fol.

pag. 16.

Iacobus Ammanatus, per adoptionem Piccolomineus, Lucensis, Cardinalis et Papiensis Episcopus, defunctus anno. 1479. Scripsit Commentarios rerum sui temporis usque ad annum. 1469. per quinquennium gestarum Libris. VII. qui cum ejus Epistolis. 782. ab anno. 1462. ad. 1479. et Vita a Iacobo Volaterrano scripta, prodiere Mediolani. 1506. fol. Sunt autem hi Commentarij, Ammanati continuatio quædam Commentariorum Historicorum Pij. II. Papæ ab anno. 1464. ad. 1469. ut Iacobus Volaterranus similem operam eidem Ammanato præstitit, continuavitque ab anno. 1469. ad. 1484.

pag. 17.

Iacobus Picininus Nicolai filius, Dux copiarum Venetarum, cujus nomine extant Commentarij sive Diarium rerum ab ipso gestarum anno. 1452. fervente bello inter Venetos et Franciscum Sfortiam, Mediolanensium Ducem, auctore Porcellio, Poeta et Scriba Alphonsi. I. utriusque Siciliæ Regis. Prodiere Tom. XX. Rer. Ital. Muratorij, Mediol. 1731. fol.

Iacobus Comes Purliliarum, scripsit non ineleganti sermone Libellum de generosa liberorum educatione ad conjugulos suos. Prodijt Tarvisij. 1492. 4. deinde Basileæ. 1541. 8. ubi etiam lucem viderunt ejus Libri. II. De re Militari. 1537. 8.

Iacobus a Ravanis, sive de Ravenna, idest Revigniaco, provinciæ Lotharingiæ, Revigni Iurisconsultus, Auditor Rotæ Romanæ, et Episcopus ab anno. 1292. Virdunensis, decessit Romam tendens anno. 1296. Scripsit inter cætera Dictionarium, quod ambitiosa inscriptione Lumen ad revelationem gentium appellavit: eo etiam nomine notabilis, quod primus qui a majoribus in foro simpliciter tractata fuerant ad dialecticum arguendi modum deduxit, effecitque ut ipsa juris dicendi ratio a veteri consuetudine deflecteret.

pag. 20.

Iacobus de Viragine, sive Viraggio aut Vico Virginis Ligurum Civitate, alias dictus de Varagine et de Voragine, unde Legenda ejus Vorago Fabularum a nonnullis appellata. Ordinem Prædicat. ingressus anno. 1244. ac post varios ejus Religionis gradus Archiepiscopus Ianuensis renunciatus anno. 1292. obijt anno. 1298. Scripsit decantatissimam Historiam Lombardicam, sive Legendam Auream de Vitis Sanctorum undique collectam, et licet plenam fabulis tamen lectam pridem avide, et frequentissime typis excriptam, atque in plures subinde linguas translatam. Scripsit præterea Chronica de Civitate Ianuæ desinentia in annum. 1295. quæ prodiere Tom. IX. Rer. Ital. Muratorij, Mediolani. 1726. fol.

pag. 22.

Iacobus de Vitriaco, ita dictus a vico Diœcesis Parisiensis, ubi natus perhibetur. Quamvis alij Argentolij ad Sequanam natum velint. Presbyter primo creatus, deinde Canonicus Regularis Ogniacensis, postea primus Acconensis Urbis, seu Ptolemaidis in Palestina Episcopus. atque, si Broccardo fides, Patriarcha Hierosolymitanus, Cardinalis demum S. R. E. Tusculanus Episcopus a Gregorio. IX. Papa constitutus, multis in Oriente et Occidente laboribus perfunctus, obijt Romæ prid. Kal. Maij, anni. 1244. Extant ejus Libri. III. Historiæ Orientalis et Occidentalis. Prodiere Libri. II. primores Duaci. 1597. 8. et Tom. I. Historiæ Orientalis Reineri Reineccij Helmst. 1585. 4. Liber. III. prodijt in Horto Crucis Iacobi Gretseri. Deinde Liber. I. et. III. prodiere Tom. I. Gestorum Dei per Francos Bongarsij, pag. 1047. 1125.

pag. 23.

Iacobus Unrestus, Theologus et Sacerdos in Carinthia, scripsit Chronicon Carinthiacum ab anno. 764. ad. 1475. Prodijt Tom. I. Collectionis Monumentorum Veterum et recentium Simonis Friderici Hahnij, Brunswig. 1724. 8. cum Chronici Austriaci parte ab anno. 1464. ad. 1500. pag. 537. 803.

Iacobus Volaterranus, Iacobi Piccolominei Cardin. a secretis condidit Continuationem Commentariorum Patroni sui ab anno. 1479. ad. 1484. Diaria hæc vulgavit inter Rer. Ital. Script. Cl. Muratorius, ubi Volaterranum incipere ostendit non ab anno. 1479. sed ab anno. 1472. atque præterea evincit Volaterranum ipsum a Maffeja familia alienum esse.

pag. 24.

Iacobus Zenus, ab anno. 1447. Feltrensis et Bellunensis Episcopus, et ab anno. 1460. ad. 1481. Patavinus, scripsit culto atque ubere sermone anno. 1458. Vitam Caroli Zeni avi sui, fortis et de Patria meritissimi Ducis, ab anno. 1334. deductam usque ad annum. 1418. Edita est Tom. XIX. Rer. Ital. Muratorij.

Iadrensis obsidionis a Venetis anno. 1345 seq. Historia Libris. II. ab Anonymo Auctore coaevo scripta extat ad calcem Librorum. VI. Ioannis Lucij de Regno Dalmatiæ et Croatiæ Amstel. 1666. fol. pag. 387. 422.

Iannotius, sive Ianotus Manettus, Florentinus cujus Vitam ab anno. 1396. ad. 1459. scriptam a Naldo Naldio Neapolitano vulgavit Muratorius Tom. XX. Rer. Ital. et ante eum Burmannus Tom. IX. Thes. Ital. Parte. VIII. Peritus fuit Linguæ Græcæ, Latinæ, et Hebraicæ, scripsitque Historiam sive Chronicon Pistoriense ab origine Urbis usque ad annum. 1446. vulgatum ab eodem Muratorio Tom. XIX. Rer. Ital. Scripsit et de Vita Nicolai. V. Pontificis Libros. IV. quos integros proxime ab ipso Murat. expectamus; scripsit et alia inedita multa, quæ vide hic.

pag. 29.

Idacius Lamacensis, sive Lemicensis, Provinciæ Gallæciæ in Hispania Episcopus, scripsit Chronicon a primo Theodosij Magni Consulatu, sive ab anno. 379. usque ad annum. 467. Integrum primus in lucem edidit Iacobus Sirmondus Paris. 1619. 8. Recusum postea cum Chronico Eusebij, Hieronymi, aliorumque in Thesauro Temporis Iosephi Scaligeri, Amst. 1658. fol. et Tom. I. Script. Rer. Franc. du-Chesnij, pag. 183. Scripsit et Fastos Consulares, de quibus in Indice Bibliothecæ Latinæ dictum est pag. 661. ab anno. 245. Urbis Conditæ, sive a Bruto et Collatino Coss. ad annum Christi 468. integros tandem dedit Labbeus in limine Tomi. I. Biblioth. novæ Manuscriptorum Paris. 1658. fol. et ex Labbeo Aguirrius Tom. II. Concilior. Hispaniæ pag. 179.

pag. 32.

Infessura, idest Stephanus Infessura Senatus Populique Romani Scriba composuit Diarium Urbis Romæ, ab anno. 1294. ad. 1494. Extat non Latine quidem sed Italice, Tom. II. Corporis Historici Medij Ævi Io. Georgij Eccardi pag. 1863. 2016. Opus hoc partim Italice, partim Latine conscriptum est. Prodijtque rursus Tom. III. Part. II. Rer. Italic. Murat. pag. 1109.

Ingulfus, alijs vitiose Indulphus, Londinensis scriba Guilelmi Conquestoris, post lustratam anno 1064. Palestinam Monachus Fontanissensis, atque inde anno 1076. factus ab eodem Guilelmo Abbas in Anglia Croylandensis, diem obijt anno 1109. octogenario propior. Scripsit sequutus Chronicon Ajonis Monachi Croylandensis, Historiam, sive Descriptionem Abbatiæ Croylandensis ab ejus fundatione seu anno 664. ad 1091. Prodijt minus integre Londini 1596. et Francof. 1601. fol. inter Script. Rer. Angl. H. Savilij. Integrior Oxoniæ 1684. fol. curante Jo: Fello.

pag. 43. ab anno 913. ad 928.

Ioannes X. Papa, antea Cinthius Capuanus, Abbas Casinensis. Extat ejus Chronicon postremorum Comitum Capuæ, post editionem Camilli Peregrini, vulgatum sincerius Tom. IX. Thes. Script. Italiæ Burmanniani pag. 272. 279. atque e Peregrini Edit. Tom. II. Rer. Ital. Murat. Infra tamen hoc Chronicon tribuitur Ioanni Casinensi Abbati, ac postea Capuano defuncto anno 934. ut videre est pag. 63.

pag. 47.

Ioannes Aylini filius de Maniaco, Notarius scripsit Historiam Belli Forojuliensis ab anno 1381. ad 1389. Prodijt in Appendice Monument. Eccl. Aquil. Cl. P. de Rubeis pag. 44.

pag. 50.

Ioannes Annius Viterbiensis, alijs Nannius Ord. Prædic. apud Sixtum IV. et Alexandrum VI. gratiosus, et Magister sacri Palatij obijt Romæ anno 1502. ætatis 70. De hoc dictum est in Biblioth. Ergea

pag. 55.

Ioannes Becanus, de Beca, sive Beka, Canonicus Trajectensis circa annum 1350. Scripsit Chronicon Trajectinorum Episcoporum Comitumque Hollandiæ a primo illius Ecclesiæ Episcopo S. Willebrordo usque ad annum 1346. Prodijt primum Franeker. 1611. 4. curante Bernardo Furmerio, deinde cum Notis Historicis Ultrajecti 1643. fol. in Corpore Historiæ Trajectinæ, curante Arnoldo Buchellio. Ceterum quæ in utraque Editione leguntur post illa verba ad annum 1346. Quibus Margarita Imperatrix in Bavariam rediens tradidit filio suo Wilhelmo Comitatus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, et Frisiæ gubernandos commendavit, illa addita esse ab aliena manu observant Viri docti.

pag. 56.

Ioannes Bembus, ex cujus Chronico de rebus Venetis ab anno 1383. ad 1410. Excerpta in lucem protulit celeberr. Muratorius Tom. XII. Rer. Ital. pag. 515. seq.

Ioannes Berardi Casauriensis, Monachus et Praepositus, scripsit Chronicon Casauriensis Abbatiae, sive Piscariensis in Piscaria Insula, in Aprutio ulteriori, ab anno. 854. ad. 1182. Libris. III. Extant integri Tom. V Spicilegij Dacheriani pag. 361. et Tom. II. novae Editionis pag. 929. 977. At post Dacherium pluribus Diplomatibus ex Cod. Reg. Parisiensi locupletatos dedit Clar. Muratorius Tom. II. Rer. Ital. Parte. II. pag. 769.

pag. 57.

Ioannes Biclariensis, gente Gothus, Scalabitanus ex provincia Lusitaniae, in adolescentia per septem annos Constantinopoli Graeca et Latina eruditione imbutus, reversus in Hispaniam sub Leuvigildo Ariano Gothorum Rege Barcinonem in exilium relegatus, ubi ad radices Pyrenaeorum montium condidit Monasterium, quod Biclaro, idest Vallis clarae dicitur; Episcopus Gerundensis Ecclesiae in Catalonia Hispaniae creatus est anno 592. vitamque produxit usque ad annum 620. ut colligit Nicolaus Antonius Tom. I. Biblioth. vet. Hispaniae, Lib. IV. Cap. V. pag. 227. seq. Scripsit continuationem Chronici Victoris Tunnunensis, sive Chronicon ab anno primo Iustini. II. Imperatoris Christianae Aerae. 566. usque ad annum. VIII. Mauritij Imperat. et Recaredi Regis. IV. Christi. 590. Prodijt primum cum Victore Tunnunensi, alijsque opusculis Ingolstadij. 1600. 4. curante Henrico Canisio, deinde Tom. IV. Hispaniae illustratae Francisci Schotti Francof. 1608. fol. pag. 153. emendatius tamen in Thesauro Temporum Ios. Scaligeri, Amstel. 1606. et 1658. fol. Postea Tom. II. Concil. Hispaniae Cardinalis Aguirri, pag. 421. Postremo in nova Antiquarum Lectionum Canisij Editione Tom. I.

pag. 63.

Ioannes Cario obijt Berolini anno. 1538. notissimus Scriptor Chronici a Melanchthone retexti auctique, et aucti a genero Melanchthonis Caspare Peucero, de cujus Editionibus et interpretibus dixit Fabritius noster in Centifolio Lutherano pag. 796. seq.

Ioannes Casinensis, postea Capuanus Abbas Vita functus anno. 934. Vide sup.ª pag. 43. quae notata sunt in Ioanne. X. Papa.

pag. 64.

Ioannes de Cermenate Notar. Mediolan. superstes anno. 1330. Scripsit Historiam de situ, origine et cultoribus Ambrosianae Urbis, sive Mediolani, ac de Mediolanensium gestis sub Imperio Henrici. VII. ab anno. 1307. ad. 1313. Prodijt Tom. II. Anecdot. Latin. Murat. Mediol. 1698. 4. pag. 131. Inde recusa Tom. IX. Rer. Ital. ejusdem Murat. pag. 1221. et Tom. IV. Thesauri Graevio Burmanniani pag. 55

pag. 65.

Joannes Chraft Cambensis, Ord. Prædicat. qui Andreæ Ratisbonensis Chronicon interpolavit, continuavitque ab anno 1443. ad 1490. Extat Tom. I. Script. Med. Ævi Jo: G. Eccardi, pag. 1931–2176.

pag. 67.

Joannes de Cornazanis Ord. Præd. scripsit Latine Historiam Parmensem. Sed tantum Italice occurrunt ejusdem Fragmenta ab anno 1301. ad 1355. Tom. XII. Rer. Italic. Muratorii.

pag. 68.

Joannes Diaconus Neapolitanus circa annum 903. Scripsit Chronicon Episcoporum Neapolitanorum usque ad annum 872. Extat Tom. VI. sive Tomi I. Parte II. Rer. Ital. Murat. pag. 287. Scripsit quoque Martyrium S. Procopii Episcopi Tauromenitani, ejusque sociorum anno 903. Extat Tom. I. Part. II. pag. 267. Rer. Italic. ejusd. Murat. Tum Vita S. Athanasii Epis. Neapol. defuncti anno 872. extat Tom. II. Part. II. p. 1045.

pag. 72.

Joannes Ege, Monasterii Augiæ Majoris, sive Divitis Prior, defunctus anno 1643. 25. Julii, scripsit anno 1630. Librum de Viris Illustribus illius Monasterii. Prodiit Tom. I. Anecdotorum V. C. Bernardi Pez, Parte III. pag. 629. 773.

pag. 73.

Joannes de Ellenbogen, sive de Cubito, oppido Bohemico ad Egram fluvium, Prior, deinde ab anno 1313. ad 1325. Abbas Waldsassensis, Ord. Cisterc. scripsit Libellum de Vita Monachorum, Monasterii sui, editum a Bernardo Pez Tom. VIII. Biblioth. Asceticæ pag. 467. 490. Ratisbonæ 1725. 8.

pag. 74.

Joannes Ferrariensis Philosophus, Ord. Minorum, cujus Excerpta ex Annalibus Principum Estensium ab anno 1409. ad 1454. vulgavit Muratorius Tom. XX. Rer. Ital. Mediol. 1731. fol.

pag. 75.

Joannes Fordun Scotus, scripsit Scotichronicon Libris V. ab ultimis temporibus usque ad annum 1066. Prodiit Tom. I. Scriptorum XV. Thomæ Galei, pag. 565. 699. ac novissime Oxoniæ 1722. 8. quinque Volum. curante Thoma Hearne. – Vide Tom. VI. pag. 314.

pag. 79.

Joannes Margarita, Gerundensis Episcopus, junior, sub seculi XI. exitum, scripsit Libros X. Anacephaleoseos, et Paralipomenon Hispaniæ, a Thubale et ultimis originibus usque ad Augusti tempora. Prodiere inter Script. Rer. Hisp. Roberti Belii Tom. I. Francof. 1579. fol. et Tom. I. Hispaniæ illustratæ Andreæ Schotti, Francof. 1603. fol.

Ioannes Glastoniensis Confrater et Monachus Ord. Benedict. Anglus, scripsit Chronica de rebus Glastoniensibus, sive de Glastenbury, desinentia in annum. 1400. Prodiere Londini. 1726. 8. curante Thoma Hearne.

pag. 82.

Ioannes de Hexam, sive Hagustaldensis in Anglia, Dioecesis Dunelmensis, Prior Ord. Bened. scripsit Historiam. XXV. annorum ab anno. 1130. ad. 1154. qua Simeonem Dunelmensem continuavit. Ab anno. 1141. unius anni metachronismo semper peccare notavit Pagius ad annum. 1141. 8. et 1153. n.^ro 12. Prodijt Londini. 1652. fol. pag. 257. 272. Tom. 1. inter Scriptores. X. Histor. Anglic. Twysdeni et Seldeni.

pag. 85.

Ioannes Honsemius, aliis Hocsemius, continuator Chronici Ægidij Aureae vallis, Episcoporum Leodiensium, ab anno. 1251. ad. Extat Tom. II. Io: Chapeavilli de gestis Pontificum Leodiensium. Leodij. 1613. 4. pag. 272. 514.

pag. 87.

Ioannes Iperius, sive Iprensis patria, ex Ipra Flandriae, per annos. XVII. Abbas Bertinianus Audomaropoli apud Artesios, Ord. Benedict. defunctus anno. 1387. Scripsit Historiam sive Chronicon Monasterij Sythiensis S. Bertini, ac simul Episcoporum Morinensium, et Comitum Flandrensium, ab anno. 590. ad. 1296. Prodijt Tom. III. Anecdotorum Edmundi Martene pag. 446. 776.

Ioannes de Isenach, sive Isenacensis, scripsit Acta et Facta Praesulum Nueburgensium ab anno. 968. ad. 1493. Extant in Christ. Frid. Paulini Syntagmate Vet. Scriptorum pag. 125.

pag. 89.

Ioannes Lelandus, iunior, Londinensis, obijt Londini anno. 1552. Vir antiquitatum Anglicarum peritissimus. Cuius Collectaneorum Volumina tria prodiere Oxoniae. 1709. 8. curante Antonio Hallo. Itinerarium Oxoniae. 1715. 8. novem Voluminibus, curante Thoma Hearne. Et Collectaneorum de Rebus Britannicis Volumina duo Oxoniae. 1715. 8. sex parvis Tomis, cur.^te eod. Hearne. Cetera vide hic.

pag. 94.

Ioannes Leo, sic dictus a Leone. X. Papa, cum Mahumeden in Baptismo ejurasset, patria Eliberitanus Granatensis scripsit Arabice celebrem illam Descriptionem Africae, deinde Italice, quae Latine reddita a Ioanne Floriano prodijt Antverpiae. 1556. 8. Post lustratas Asiae Africaeque regiones captus fuerat a Piratis ac dono datus Leoni. X. At mortuo Leone. X. Roma relicta Tunetum se contulit et catholicam fidem cum Punica commutavit, ut prodidit. Io. Alb. Widmanstadius. Praef. ad Test. Nov. Syriacum editum Viennae Austriae. 1555. 4.

pag. 98.

Ioannes Maior, sive Mayr, natus anno 1478. Hadingtoniæ in Scotia, Doctor Parisiensis reversusque in patriam ibi defunctus anno. 1540. cujus quamplura extant Opera edita Lugduni anno. 1514. Extant et plura alia alibi edita, inter quæ De Historia gentis Scotorum Libri. VI. seu Historia majoris Britanniæ tam Angliæ quam Scotiæ in anno 1469. desinens. Prodijt Paris. 1521. 4. apud Iodocum Badium

pag. 100.

Ioannes Monachus Majoris Monasterij in Gallia circa annum. 1158. quo e vivis excessit, cujus scripsit Historiam, Gaufredus Dux Normannorum, et Comes Andegavorum, Turonum, et Cenomanorum, Libri. II. Prodijt Paris. 1610. 8. Incertum porro est an ejusdem Ioannis sit Chronicon Turonense, quod vulgavit P. Martene Tom. V. Veter. Monum. pag. 917.

pag. 160.

Videre est hunc Ioannem Monachum Turonensem scripsisse etiam Gesta Comitum Andegavensium. quæ extant Tom. X. Spicilegij Dacheriani pag. 399. 509. et Tom. III. Edit. novæ pag. 234. atque Librum de compositione Castri Ambasiæ, et ipsius Dominorum gestis. Extat Tom. X. ejusdem Spicilegij pag. 266. 286.

pag. 103.

Ioannes Monachus scriptor Chronici Besuensis Abbatiæ ab anno. 600. ad. 1119. Extat Tom. I. Spicileg. Dacheriani pag. 489. et Tom. II. Editionis novæ pag. 400. 463.

pag. 107.

Ioannes de Mussis, scripsit Chronicon De rebus in Lombardia, et speciatim Placentiæ ab anno. 1222. ad. 1402. gestis. Prodijt Tom. XVI. Rer. Ital. Muratorij

Ioannes Nauclerus, nobilis Svevus, scripsit sub finem Sæculi. XV. Chronicon ab Orbe condito digestum per Generationes. LI. usque ad annum 1500. Prodiit Tubingæ. 1515. fol. deinde Coloniæ 1544. 1564. 1579. cum supplementis ad annum usque. 1544. et sine supplementis ibid. 1614. fol. Denique cum Laurentij Surij supplementis ad annum usque. 1564. lucem vidit ibidem 1568. fol. deinde. 1603. 8. duob. Volum.

pag. 110.

Ioannes Nonantulanus, Monachus nempe Abbatiæ Nonantulanæ, scripsit Vitam S. Fortunati Episcopi circa annum. 620 Fanensis Ecclesiæ in Umbria, editam Tom. I. Ital. Sacræ ab Ughello, pag. 658. qui Ioannes auctor etiam fortasse est Opusculi de Fundatione Monasterij Nonantulani sub novissimis Regibus Longobardicis circa annum. 752. Edidit Mabillonius in Actis Sanctorum Ord. Benedict. Sæculo. IV. et cum ejus Notis Murator. Tom. I. Parte. II. Rer. Ital. pag. 185.

pag. 112.

Ioannes Parisiensis Augustinianus, qui et Ioannes Victorinus dictus, utpote Canonicus Regularis S. Victoris Paris. gente Anglus, scripsit Memoriale Historiarum ab Orbe condito ad annum. 1322. MStum in Bibliothecis Angliæ Galliæque. Ex quo Excerpta de Gallia Franciaque et origine Francorum, de Burgundionibus, Nortmannus, Flandria et Lotharingia, vulgavit Andreas du Chesne Tom. I. Script. Franc. pag. 128. 133.

pag. 120.

Ioannes de Polde Canonicus senior Ecclesiæ Hamelensis, scripsit Chronicon Ecclesiæ Hamelensis ab anno. 712. ad. 1383. Prodijt Tom. II. Meibomij pag. 511. Eius est et Historia Ecclesiæ Hamelensis ad annum. 1374. vulgata sine nomine a Io: Petro de Ludewig in limine Tomi. X. Reliquiarum MSS. et sub Ioannis de Polde nomine extat quoque Tom. III. Menckenij pag. 819.

Ioannes scriptor Chronici Polonorum circa annum. 1359. Extat inter Script. Rer. Silesiacarum Frider. Wilhelmi de Sommersberg, Lipsiæ. 1728. fol.

pag. 125.

Ioannes Rhode Archiepiscopus Bremensis ab anno. 1494. ad. 1511. scripsit Chronicon, sive Registrum bonorum et jurium Ecclesiæ Bremensis ex quo Excerpta edidit Leibnitius Tom. II. Script. Brunsv. pag. 253. 272.

pag. 135.

Ioannes Schiphoverus de Meppis, patre Gerhardo Consule natus anno. 1454. Ord. Eremit. S. Augustini, scripsit Chronicon Archi-Comitum Oldenburgensium, desinens in anno. 1505. Extat Tom. II. Meibomij, pag. 121. 191.

pag. 136.

Ioannes genere Scotus, sive Scotigena, ex Oppido Aire, unde Erigena alijs appellatur, perspicacis ingenij ac mellitæ facundiæ Philosophus, multas reliquit Opera scientiæ et eruditionis plena, inter quæ extant Excerpta de differentijs et societatibus Græci Latinique Verbi, nota in Macrobio Biblioth. Latinæ Tom. II. pag. Temporibus Caroli Calvi vixit, et sunt qui putant eum obijsse anno. 875.

pag. 139.

Ioannes Dunstonensis Anglus, a patria Duns, (quod vocabulum Græci σκότος) Scotus communiter appellatus. Docuit Oxoniæ primum, deinde ab anno 1304. Parisijs. Anno. 1308. ætatis. 63. Coloniæ Apoplexia correptus obijt. Auctor Scholæ Scotistarum fuit, ejusque Opera curante Wadingo, auspicijs Ministri Generalis Ordinis Minorum Io: Baptæ a Campanea lucem viderunt Lugduni. 1639. fol. Tomis. XII.

pag. 145.

Joannes Simonetta Calaber, Secretarius Ducalis, scripsit, Julium Cesarem imitatus, Libros. XXXI. De rebus gestis Francisci Sfortiæ Ducis Mediolanensium, ab anno. 1421. ad. 1466. quos disertissimos, ac fidei et sinceritatis plenos celebrant viri docti. Prodiere Mediolani 1479. curante Antonio Zarotto, recusi ibidem. 1486. Novissime vero Tom. XXI. Rer. Ital. Muratorij, Mediolani. 1732. fol

pag. 147.

Joannes Stella, Sacerdos Venetus scripsit Librum Augustalem de Imperatoribus Romanis usque ad Maximilianum. I. Venet. 1503. Et De Vita ac moribus Pontificum Romanorum usque ad annum. 1503. dicatum Antonio Suriano Patriarchæ Aquilejensi, et Rom. Ecclesiæ S. Marci Presbytero Cardinali, Venet. 1507. et Basil. 1570.

pag. 154

Joannes Trithemius, ita dictus a villa Trithenheim Trevirensis Diœcesis ad Mosellam fluvium, in qua natus est anno. 1462. Cal. Febr. patre Joanne de Monte, sive Heydenberg, inde Monachus Benedict. et anno. 1483. Abbas S. Martini Spanhemensis, Diœcesis Moguntinæ, denique postremis annis. X. Abbas S. Jacobi apud Herbipolim, diem obijt anno. 1516. Vir fuit impense doctus, et Antiquitatis investigator optime meritus, nisi honor aliquando apud eundem circa antiquiora tempora ipsis etiam fabulis esset. Laudat porro libenter et commendat studium Scriptorum quos refert. Id quod, inquit Fabricius noster, longe mihi videtur æquius, et præstare ignavo ingratoque silentio, vel acerbis et inhumanis indignisque aliorum censuris atque invectivis in eos, qui pro virili sua conati sunt aliquid conferre in communes usus Lectorum, et prodesse alijs sine cujusquam injuria. Ejus Opera Historica præcipue sunt Compendium seu Breviarium primi Voluminis Hunibaldi. De origine gentis Francorum ex ὑποβολιμαίῳ Hunibaldo decerptum: Fabulosa hæc quidem. Deinde Chronicon successionis Ducum Bavariæ et Com. Palatinorum: De Luminaribus Germaniæ, sive Catalogus Illustrium Virorum Germaniæ: Catalogus Scriptorum Ecclesiasticorum: Chronicon Cœnobij Hirsaugiensis, Diœcesis Spirensis ab anno. 830. ad. 1370. Chronicon Monasterij S. Martini Spanheimensis ab anno. 1124. ad. 1511. Epistolæ Familiares. Hæc omnia edidit M. Freherus. Francof. 1601. fol

Opera Pia Trithemij incipiens a Chronico S. Jacobi Majoris in suburbio Herbipolitano # collegit edidit que Joannes Busæus Soc. Jes. Moguntiæ. 1604. fol.

Paralipomena excusa, ejusdem Joannis Busæi cura, Moguntiæ. 1605. continent plura alia Trithemij Opuscula. Vide hic pag. 156. usque. 160. alia Trithemij Opera edita et inedita.

ac Libris. IV. De Viris illustribus Ordinis S. Benedicti.

pag. 160.

Ioannes Turocius, de Thwrocz, Turoczi, Hungarus, scripsit Chronica Hungarorum Libros. V. quorum primus in Attilæ obitu desinit: Secundus in anno. 1342. Tertius in anno. 1382. Quartus in anno. 1386. Quintus in anno. 1464. Prodijt Augustæ Vind. 1488. fol. apud Erhardum Radholt. deinde Venet. eodem anno. 1488. 4. typis Gothicis postea inter Script. Rer. Hungaric. Iacobi Bongarsij Francof. 1600. fol.

pag. 161.

Ioannes Turpinus, Tulpinus, Tilpinus, ex Monacho S. Dionysij Archiepiscopus anno 773. Remensis per annos amplius quadraginta. Huic Turpino adscribitur vulgo, atque etiam ab ipso Trithemio cap. 275. Liber de gestis Caroli Magni ac Rolandi. Fabulosum tamen hoc Opus, ac futile, minimeque dignum tam gravi Viro observarunt iampridem viri docti; non enim Eginhardus, non Hincmarus, Lupus, Flodoardus, aut unus quispiam ex tot alijs eius ac sequentis ætatis Scriptoribus, illarum quisquiliarum neniarumque mentionem facit. Io: Hermannus Schminckius, pag. 81. ad Eginhardum, conjectura non inverisimili suspicatur circa annum. 1100. hunc Pseudo-Turpinum prodijsse, quo tempore Expeditiones Cruciatæ in Palæstinam institui cœperant, ut sub gravi Auctoris nomine propinaretur vulgo Fabula de Carolo Magno Dominicum Sepulchrum visitante, quæ exstat apud hunc Scriptorem Cap. XX. Nec abludit ab hac conjectura Guilelmus Allardus, qui in Bibliotheca Delphinatus pag. 224. auctorem facit Monachum S. Andreæ Viennensis, anno. 1092. Nam post annum a Christo nato millesimum, esse ab imperito aliquo suppositum, non dubitabat etiam vir doctus Ludovicus du Four de Longerue, Abbas Iardonensis, ut notatum Iacobo Longo in Bibliotheca Historicorum Galliæ n.° 6671.

Edidit Seminarium hoc infinitarum neniarum cum præmissa Auctoris Epistola ad Leobrandum Decanum Aquisgranensem, primus Simon Schardius, et primo loco inter Chronographos quatuor, cum Reginone, Sigeberto, et Lamberto Schafnaburgensi, Francof. 1566. fol. Deinde Iustus Reuberus in Veter. Scriptor. Francof. 1584. et Hanov. 1619. fol.

pag. 164.

Ioannes Villanus, Florentinus, scripsit Libris XII. Chronicon Florentinum sive universale potius, a Nembrodi temporibus ad annum. 1348. quo diem obijsse traditur. Prodijt cum fratris Matthæi continuatione ad annum. 1363. Florentiæ. 1537. 1581. 4.

pag. 165.

Ioannes Villanus, a Florentino diversus, scripsit Chronicon, sive Historiam Neapolitanam Italice. Prodijt, Neapoli. 1526. seu. 1506

pag. 166.

Ioannes Vitoduranus, natus in Oppido Vitoduro Winterthur, in Helvetia, Pago Tigurino, et in Cœnobio S. Montis prope Vitodurum Ord. Minoris Monachus circa annum 1350. Scripsit Historiam ab anno 1215. sive ab Innocentio III. Papa, et a Federico II. Imperatore, usque ad sua tempora, sive ad annum 1348: Priorem partem desinentem in obitu Rudolphi Hasburgii, sive in anno 1292. vulgavit Leibnitius Tom. I. Accessionum Historicarum, Lipsiæ. 1698. 4. Integram ex Codice S. Galli, Jo. Georg. Eccardus Tom. I. Corporis Script. Medii Ævi, pag. 1733. Lips. 1723. fol.

pag. 167.

Ioannes Wallingfordus, Anglus, Abbas XXII. S. Albani, defunctus anno 1214. Scripsit Chronica Brevia ab anno 446. ad 1026. Prodiere Oxonii 1651. fol. inter Script. XV. Thomæ Galei.

pag. 176.

Iordanus Magister, cognomento Teutonicus ante annum 1291. scripsit Chronica qualiter Romanum Imperium translatum sit ad Germanos. Vulgatum a Schardio in Sylloge de auctoritate Imperiali, aliisque, de cujus Libri Editionibus vide Vossium pag. 788.

pag. 177.

Iornandes, sive Iordanes, de quo iam dictum in Biblioth. Lat. Lib. III. Capit. XVII. addendum tamen est ejus Opera utraque recensita a Murator. Tom. I. Rer. Ital. pag. 187. 222. Non Episcopus fuit, sed Monachus Iornandes, monente Muratorio in Præfat. ad eundem.

pag. 180.

Irenicus, sive Franciscus Irenicus (Friedlib) Ettelingiacensis in Marchionatu Badensi, scripsit Germaniæ Exegesin, sive Descriptionem non contemnendam Veteris, Medii et Recentis ævi Libris XII. edidit que Hagenoæ 1518. fol. recusa aliquoties, novissime vero Hanov. 1728. fol.

pag. 181

Irnerius, Guarnerius, Warnerius, &c. ac corrupte Irnerus, Germanus, ut vel ex nomine Teutonico Warner colligitur, licet Florentinum alii, alii Mediolanensem fuisse contendant. Primus Glossulis ius civile Romanum exposuit. Bononiæ docuit, Lucerna juris, et Lumen legum appellatus. Primus Formularium, sive formulas Instrumentorum, quæ utimur composuit. Præcipue tamen divi laus, quod cum ante illud tempus per Italiam alii Longobardica, alii Salica, alii Romana Lege uterentur, teste Sigonio de Regno Italiæ Lib. X. ad an. 1135. et 1137. auctor fuisse creditur Mathildis Comitissæ, vel Lotharii II. ut uno jure Civili Romano uterentur. Contra hanc traditionem tamen stant Frid. Lindenbrog. G. Calixtus, Conringius, Seldenus, aliique. Obiit Irnerius medio Seculo XIII. Cangius, Fichardus, Pancirollus aliique ad annum 1190. vixisse affirmant produxisse.

pag. 184

Isidorus Hispalensis, stirpe Gothica, Severiano patre Carthaginensis provinciæ genitus, vir egregius, et paucis superiorum seculorum inferior, post Leandrum germanum fratrem anno. 600. defunctum, Hispalensis Episcopus, in omni locutionum genere formatus, incomparabili eloquio clarus, ut verbis Ildefonsi utar, cujus ubertas admirandæ in stuporem verteret audientes. Grammaticus necessarius judicio etiam eorum, qui illi detrahunt, diem obijt anno. 636.

Extant ejus Originum, sive Ethymologiarum Libri. XX. præmissis tribus ad Braulionem Episcopum Cæsaraugustanum Isidori Epistolis, et duabus Braulionis ad Isidorum, quo defuncto deinde Braulio ultimam manum addidit Operi, inque Libros digessit, utilissimum sanè Opus, in quo ex optimis Scriptoribus, Ecclesiasticis etiam non paucis, collegit breviterque exposuit de omni fermè argumento pleraque scitu digna, et multa bonæ notæ vix alibi reperienda. Liber. I. est de Grammatica. Liber. II. de Rhetorica et Dialectica. Liber. III. de quatuor Disciplinis Mathematicis. Liber. IV. de Medicina. Liber. V. de Legibus et temporibus: ubi Cap. ultimo, breve Chronicon desinens in anno. X. Heraclij. Liber. VI. de Libris et Officijs Ecclesiasticis. Liber. VII. de Deo, Angelis et Fidelium Ordinibus. Liber. VIII. de Ecclesia et Sectis diversis. Liber. IX. de Linguis, Societatibus et Cognatione. Liber. X. Vocabula ordine Alphabeti, eorumque origines. Liber. XI. de Homine et Portentis. Liber. XII. de Animalibus. Liber. XIII. de Mundo et partibus. Liber. XIV. de Terra et partibus. Liber. XV. de Ædificijs et Agris eorumque mensuris. Liber. XVI. de Lapidibus et Metallis. Liber. XVII. de rebus Rusticis. Liber. XVIII. de Bello et Ludis. Liber. XIX. de Navibus, Ædificijs et Vestibus. Liber. XX. de Penu, Instrumentis Rusticis et Domesticis. Subjunguntur etiam Fragmenta tria de Ponderibus, de Mensuris, variisque Vocabulis.

In notatione originis Vocabulorum non semper rem tangit acu, uti nec Varro apud Latinos, neque apud Græcos Plato, vel Philo apud Judæos: unde acerbior Christoph. Becmanni censura, nil nisi nugas agere, et risum movere: et Salmasij ad Hist. Augustam pag. 28. improbantis Isidorum more suo ineptum in etymologijs tradendis; quem tamen in multis defendendum, alij eruditi docuere.

Cętera Isidori Opera contenta in Editione Parisiensi. 1601. curante Iacobo Breulio, Monacho S. Germani Parisiensis, recusa Colonię 1617. sunt:

Libri. III. De differentijs sive proprietate verborum

Libri. II. Synonimorum, sive Soliloquiorum, Meditationes nempe, et Præceptiones morales.

Libellus De contemptu Mundi.

Libellus De norma vivendi.

Exhortatio pęnitendi, cum consolatione ex misericordia Dei, ad animũ futura judicia formidantem

Lamentum pęnitentię rhythmis trochaicis alphabeto duplici

Oratio pro correptione vitę, flenda semper peccata. Oratio altera contra insidias Diaboli

Epistola ad Massanum, sive Massonem Emeritensem Episc. de lapsu Sacerdotis et reparatione, data anno. 609

Liber de Natura Rerum, ad Sisebutum Regem, unde multa Nigidij, Varronis, Svetonij et aliorum fragmenta hauriri possunt.

Chronicon ab origine rerum usque ad annum V. Imperatorum Heraclij.

Historias, sive Chronicon Gothorum ab ęra Hispanię. 214. Christi. 176. usque ad mortem Sisebuti Regis, qua Hisp. 666. Christi. 628. subjuncta Appendice de Vandalis. ┤Deest hic Breve Chronicon Wisigothorum Regum, adiunctum in Editionibus hujus Historię Gothorum a Vulcanio Lugd. Bat. 1597. et a Lindenbrogio Hamburgi. 1611

Liber Proœmiorum de Libris Veteris et Novi Testamenti.

Commentaria, sive Questiones, et mysticorum expositiones Sacramentorum in Vetus testamentum

Allegorię Veteris et Novi Testamenti.

Liber de Scriptoribus Ecclesiasticis. XXXIII.

De vita, vel obitu Sanctorum, qui Deo placuerunt, Veteris Testamenti. LXV. Novi. XXII.

De Nativitate Domini, passione et risurrectione, Regno atque Iudicio, ad Florentiam sororem suam.

De Gentium vocatione, ad eandem Florentiam

De Officijs Ecclesiasticis Libri. II.

Quodnam Episcopi et cęterorum sit officium in Ecclesia, ad Leudefredum, sive Leofredum Cordubensem Episcopum. ┤Deest hic Fragmentum De Prelatis editum. 1601. et cum Goldasti Notis, una cum Valeriani Cemeliensis Sermone de bono disciplinę.

Sententiarum Theologicarum Libri. III. ex Gregorij Magni Moralibus magnam partem excerpti.

Epistolę. VI. una ad Braulionem Archidiaconum, altera ad eundem jam Episcopum: tertia ad Helladium aliosque Episcopos: quarta ad Claudium Ducem: quinta ad Redemptum Archidiaconum: sexta ad Eugenium Episcopũ Toletanũ.

Regula Monachorum, Capitu. XXIII. ad Cęnobitas Honorancienses. ┤Deest hic Sententia de Regulis Devotarum, vulgata a P. Martene Tom. IX. Monum. Vet. pag. 160.

De conflictu Virtutum et Vitiorum Liber.

Liber Glossarum ex varijs Glossarijs, quę sub Isidori nomine circumferuntur, collectus.

pag. 191.

Isidorus Mercator auctor habetur Collectionis Canonum, et Epistolarum Decretalium a Clemente Romano, usque ad Gregorium Magnum; quam toties recusam, primus vulgavit Iacobus Merlinus in sua prima omnium Editione Conciliorum Paris. 1524. Testis est Hincmarus Remensis Opusc. 48. Cap. 21. Tom. II. Operum, pag. 793. eam sub nomine Isidori Hispalensis olim vendicatam fuisse; et de Hispania allatam fuisse a Riculfo Episcopo ab anno. 787. ad. 814. Moguntino, itidem testatur Opusc. 33. Cap. 24. Tom. II. pag. 476.

Cum autem indigna sit Isidori Hispalensis eruditione propter dictionis sordes et rerum imperitiam illa Collectio, et juniorum etiam Conciliorum meminerit, nullusque post celebrem illum fuerit Episcopus iunior Hispalensis Isidorus: praestat statuere, nomen Collectoris adhuc esse ignotum, quam ex confictis Luitprandi et Iuliani Toletani Chronicis fraudis architectum comminisci Isidorum Mercatorem Episcopum Setubensem (Xativa) qui anno. 805. obierit.

Plenas vero fraudis et indignas fide esse Epistolas sive merces illas, quae in dicta Sylloge offeruntur, ante Blondellum suboluit viris celeberrimis Nicolao Cusano Cardinali, Antonio Augustino: Baronio etiam ac Bellarmino: ex instituto autem evidenter demonstratum est a Davide Blondello in Pseudo-Isidoro Genevae. 1628. 4. ut doctissimorum in Romana Curia Virorum assensum meruerit, qui usurpationes Pontificum, falsis fultas Decretalibus, probare tamen coguntur.

pag. 192.

Isidorus Pacensis, sive Pacis Iuliae, vulgo Beja sive Bajados in Lusitania, Mauris adhuc subjecta Episcopus circa annum. 754. traditur Continuator Chronici Isidori Hispalensis ab anno 610. ad. 754. Prodijt Pampelonae. 1634. fol. una cum Idacio, et Isidoro, curante Prudentio Sandovallio Pampelonensi Episcopo, qui bus addidit Continuatores Sebastianum Salmaticensem, Sampirum Asturicensem, et Pelagium Ovetensem, de quibus suo loco.

Iso Magister, Monachus S. Galli, et Doctor nominatissimus, obijt anno. 871. teste Herm. Contracto in Chron. et Epidanno in Annalibus Tom. I. Goldasti. Scripsit Libros. II. de miraculis S. Othmari. Exstat Tom. eodem Goldasti Rer. Alamann.

pag. 193.

Italicae Historiae Breviarium Anonymi synchroni a temporibus Friderici. II. Imp. ad annum. 1334. vulgavit acceptum a Io: Burchardo Menckenio Muratorius Tom. XVI. Rer. Ital. pag. 275. 288.

Italiæ Thesauri Litterarij conspectum edidit Fabritius noster Hamburgi. 1730. 8. in quo inter cætera recensitus est Italiæ illustratæ Andreæ Schotti pag. 67. Thesaurus Grævio-Burmannianus Historicorum Italiæ pag. 78. et Corporis Mediolanensis Muratoriani Tomi. XI. priores, pag. 113. seq. Constat Sæc. 18.

pag. 198.

Iulianus, Hispanus, post Quiricum Toletanus Episcopus ab anno. 680. ad 690. Scripsit inter cætera Historiam de Wambæ sive Wambanis Regis Gothorum Toletani expeditione, qua anno. 674. rebellantem Paulum Ducem Narbonensem debellavit. Edita est ab Andrea du-Chesne Tom. 1. Script. de reb. Francor. pag. 821. 831.

pag. 200.

Iulianus Petri, anno. 1155. ut aiunt, Archipresbyter S. Iustæ Toletanæ Urbis, cujus nomine inventum primum in Bibliotheca Olivarensi ab Hieronymo de la Higuera Iesuita Toletano suppositum ab Hispanis Chronicon usque ad annum. 1160. ejusdem cum Pseudo-Dextro et Pseudo-Luitprando furfuris. Edidit Laurentius Ramiresius Paris. 1611. Præsulum vero Epistolas et cætera in eo conficta anno. 1628. 4 excudi curavit. Sirmondus honorificum ab eo testimonium Operi præfigendum rogatus, lepide elusit responso; negavit enim aliud dare se posse, quam esse Auctorem de Thesauro suo proferentem nova et vetera.

pag. 202

Iulius Pomponius Lætus Amygdalaria Calaber, discipulus Petri Montopolitani et Laurentij Vallæ, præceptor Sabellici, Peutingeri, aliorumque celebrium virorum, eloquentiæ Romanæ et antiquitatis peritissimus, charus Pio. II. Romæ, quo defuncto anno. 1464. suspectus in Paulum II. conjurasse, aufugit Venetias, indeque post triennium retractus Romam, innocens repertus, multis annis cum honore vixit usque ad annum. 1497. 21. Maij. Scripsit Libellum De Magistratibus, Sacerdotijs, et Iurisperitis, ac Legibus Romanorum. Alium Libellum De antiquitatibus Urbis Romæ: atque De Cæsaribus Compendium Libris. II. a Balbino et Pupieno anno Christi. 237. ad Constantem Heraclij Nepotem, annum. 668. Hæc tria Pomponij scripta junctim edita sunt Moguntiæ. 1521. 8. Alia ejus Opuscula edita et inedita, atque Epistolas Vide hic.

pag. 203.

Julius Severianus Afer Rhetor laudatus Sidonio IX. Epistolis. 14. et 15. et Carmine. IX. vers. 312. diversus a Julio Serviano Plinij Lib. VIII. Ep. VI. et Lib. X. Epist. II. Scripsit Syntomata, sive compendiosa Precepta Rhetorices ad Desiderium. Que edidit Celius Secundus Curio cum Partitionibus Oratorijs Ciceronis, Basilee apud Oporinum. Partem deinde sub falso Aurelij Cornelij Celsi nomine, et minus emendate Sixtus a Popma Phrysius, Colonie. 1569. 8. Integra postea, et Severiano auctori restituta Ianus Dousa. Antuerp. 1584. 8. Sixti Popme Pseudo-Celsum, erat enim rarissimus, Fabritius noster recudit Bibl. Lat. Lib. IV. Cap. VIII. p. 759. Extat quoque in Francisci Pithoei Rhetoribus Latinis Paris. 1599. 4. pag. 302.

Iulius Speratus, V.C. auctor Elegie de Philomela, cujus initium: Sum noctis socia, et sum cantus dulcis amica, edite a Goldasto inter Catalecta Ovidij, Francof. 1610. 8. pag. 74.

pag. 205.

Ivo sive Ivo Carnotensis Episcopus ab anno. 1090. ad. 1117. antea Abbas S. Quintini ad muros Bellovacenses, vir multarum virtutum et litterarum. Eius Opera prodiere Paris. 1647. fol. curante Ioanne Frontone. Inter eadem extat Decretorum Opus in Partes. XVII. tributum, in quo Ivonem jus Civile cum Canonico conjunxisse annotavit Petrus de Marca pag. 160. Extant deinde Epistole. 288. ex quibus Historicas sexaginta sex recensuit Andreas du Chesne Tom. IV. Script. Francor. pag. 217. 247. Eius Opus De gestis a tempore Regum Assyriorum usque ad Constantinum Magnum, cum brevi Chronico de Regibus Francorum a Pharamundo ad Philippum. I. seu annum. 1108. vide supra Tom. II. pag. 185. inter Scriptor. Marq. Freheri.

pag. 207.

S. Iustine Paduane Monachus, Scriptor rerum sub Ottone. IV. et Friderico. II. in Longobardia et vicina Marchia gestarum, ab anno. 1207. ad 1270. Libri. III. Prodijt Tom. I. Urstisij pag. 577. 626. Deinde emendatius ex Felicis Osij edit. Veneta 1636. fol. et ex Codice Bibl. Ambros. Tom. VIII. Rer. Ital. pag. 661. et Tom. VI. Thes. Burmanniani.

Iustinianus, sive Augustinus Iustinianus Ord. Pred. Genuensis, scripsit inter cetera Annales Genuenses, post ejus obitum prodiere Genue. 1537. fol.

pag. 208.

Iustinianus, sive Bernardus Iustinianus patricius, Miles, Orator, et Procurator Venetus. Scripsit De origine Urbis Venetiarum rebusque ejus ab ipsa ad quadringentesimum annum gestis, Historie Libros. XV. hoc est ad annum C. 821. Prodiere Venet. 1492. fol. vita functo Auctore anno. 1489. recusi ibi 1534. Scripsit etiam de Vita S. Marci, corpore Venetias translato, et sepulture loco Libros. III. Prodiere una cum ejus Historia Tom. V. Thes. Burmanniani. Scripsit quoque Vitam Laurentij Iustiniani patrui sui. Prodijt Venet. 1475. 4. et alibi

pag. 209.

Justinianus, sive Laurentius Justinianus non Ord. Coelestini Monachus, ut Trithemio Cap. 721. sed Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis S. Georgij in Alga, Venetiarum Episcopus anno. 1431. et anno. 1450. primus Patriarcha, defunctus anno. 1455. Sanctisque adscriptus anno 1524. Eius Opera junctim prodiere Basil. 1560. Venet. 1606. Coloniae. 1616. et Lugduni. 1628.

Omitto dicere de Leonardo Justiniano, Laurentij fratre, Bernardi patre, cujus varia erudita Opera; de Michaele Justiniano, cujus Notitia Scriptorum Ligurum prodiit Italice Rom. 1667. 4. de Pantaleone Justiniano anno. 1254. Latinorum Patriarcha Constantinopolitano a Gallis Venetisque capta, et de Petro Justiniano Scriptore Historiae Venetae ab Originibus Urbis ad annum. 1560. quae vertere quoque Italice a Josepho Horologio.

pag. 211.

Justinus Lippiensis e Lippia Civitate Westphaliae scripsit circa annum. 1260. Carmine elegiaco Lippiflorium, sive De rebus Comitum Lippiensium ad Simonem Comitem Lippiensem, et Episcopum. XXIII. Paderbornensem. Prodijt Francof. 1620. 4. cum Chronico Hermanni Lerbecij, curante Henr. Meibomio avo, et Tom. I. Script. Germ. Henr. Meibomij nepotis, pag. 578. 596.

pag. 212.

Iuvencus Poeta Christianus, nobilissimi generis, Presbyter, Hispanus, quem refert Hieronymus in Chronico ad annum. 329. floruit sub Constantino Magno, qui e vivis decessit anno. 337. Quatuor Evangelia Hexametris versibus pene ad verbum transtulit Libris. IV. Non tamen singulos Libros singulis impendit Evangelistis, sed Historiam, sive harmoniam Evangelicam Libris. IV. digessit, Matthaeo prae ceteris duce. Prodijt olim plcries, novissime vero Francof. 1710. 8. cum variorum Notis, curante Erhardo Reuschio. *

* Scripsit Iuvencus et Librum in Genesim, sive Librum Geneseos, Carmine Hexametro versuum. 1341. succincte expressum. Vulgavit primus ex Codice Corbejensi Edmundus Martene Tom. IX. novae Collectionis Vet. Monum. pag. 15. seq. Paris. 1733. fol.

pag. 213.

Iuvencus Coelius, Calanus Dalmata, scriptor Seculi aut. XII. aut. XV. aut multo ante Seculum. XV. varie enim de tempore sentiunt Auctores, scripsit Vitam Attilae Hunnorum Regis, sive potius eam ex Prisco Graeco Historico, alijsque Graecis Monumentis convertit. Prodijt Ingolstadij. 1604. 4. Anno. 1715. P. de la Porte promisit se in lucem daturum Scriptores et Monumenta Vetera Historiam Occitaniae, sive Languedociae illustrantia, primoque loco nominat: Historiam Gothorum ex MS. Codice Vaticanae Bibliothecae n. 1890. et Juventij Cellij Dalmatae Attilam conversum ex Graeco in Latinum a Pontico Bellunio, ex MS. Codice Bibl. Ambrosianae Lit. P. num. 267.

Liber X.

pag. 215.

Kemperlegiense breve Chronicon ab anno. 843. ad. 1279. edidit Baluzius Tom. I. Miscellaneor. pag. 520. 527. Paris. 1678. 8. De Abbatia Kemperlegiensi Ord. Benedict. in Gallia Arimorica vide Sammarthanos Tom. IV. Galliæ Christ. pag. 551.

pag. 223.

Kero, sive Gero, a Notkero Labeone sive Balbulo omnino distinguendus, Monachus S. Galli tempore S. Othmari Abbatis circa annum. 720. Hic in usum Monasterij sui vertit Theotisce Regulam S. Benedicti, ex qua Goldastus composuit, et alphabetico ordine digestum edidit Glossarium Tom. II. Rer. Alamann. pag. 69. 92. et novæ Editionis pag. 71. 95. Addita est ibi a Goldasto ejusdem Keronis Confessio fidei pag. 134. novæ Edit. pag. 145.

pag. 226.

Kusthuert, sive Ioannes Kusthuert Wissenstatensis ex Sabellici Enneadibus excerpsit Historiam Hebræorum ad Iesu Christi tempora. Prodijt Basil. 1515. fol. et Paris. eodem anno.

Liber. XI.

Lactantius, sive L. Cælius Lactantius Firmianus, cum Nicomediæ Rhetoricam docuisset, Arnobij Magistri sui exemplo desertis Idolis, nomen dedit Christo, tempore quo templum Dei eversum, et Maximus Philosophus atque Hierocles Christianos scriptis oppugnabant; et Eloquentiæ, qua præ ceteris valuit, meritam laudem ex asserenda Religione Christiana tulit. Scripsit post annum Christi. 300. Extat enim ejus Opus præcipuum Institutionum Divinarum adversus Gentes ad Constantinum Libri VII. Extat præterea ejusdem Operis Epitome. Extat Liber de opificio Hominis. Extat demum Liber de Ira Dei, contra Epicureos et Stoicos. Liber de mortibus Persecutorum, ad Donatum Confessorem primum inventus est in Abbatia Moissacensi a Nic. Ioseph Foucault, primusque edidit Baluzius Tom. II. Miscellaneorum Paris. 1679. 8. atque in Editionibus Lactantij recensis annis 1684. Oxonii. 8. Cantabrigiæ. 1685. 8. Lipsiæ. 1698. 8. cum Notis Christophori Cellarij. atque iterum Lipsiæ. 1715. 8. cum Notis Io: Georgij Walchij.

Edit. Cantabr. 1685. 8. constat Scel. 1½. Edit alia Traject. ad Rhenu. 1692. 8 Scel. 5.

pag. 235.

Ladislai Sandheimij ex Oppido Bavensburg, circa annum. 1511. Canonici Viennensis, Brevis Historia de Familia Welphonum, sive Guelforum edita a Leibnitio Tom. I. Script. Brunsv. pag. 800. 806.

pag. 236.

Lambeciani Annales, sive Annales Francorum Pithœani integriores, ab anno. 717. ad. 875. cum Supplemento ab anno. 882. ad. 887. ex MSS. Codd. Cæsar. Biblioth. per Petrum Lambecium olim excerpti et evulgati cum Animadvers. Lib. II. de Biblioth. Vindobon. pag. 345. 359. et Annales Fuldenses, sive Laureshamenses Pithœana et Freheriana editione meliores, ex eodem Lambecio, pag. 365. 377. recudi curavit Cl. Muratorius, Tom. II. Parte. II. Rer. Italic. pag. 817. cum Additamentis, et una cum Crisi in eosdem Annales Io: Benedicti Gentilotti post Lambecium et Nesselium Cæsar. Biblioth. Præfecti.

Lambertus Ardensis Ecclesiæ Presbyter, scriptor Historiæ Comitum Ardensium et Guisnensium ab anno. 800. ad. 1200. ad Arnulfum II. Comitem Guisnensem et Ardæ Dominum. Eius ampla Fragmenta edidit Andreas du-Chesne ex Codice Thuano in Historia Comitum Guisnensium, Ardæ, Gandavi et Cancy, sive Caciaci: Gallice edita Paris. 1631. fol. Ex alio Codice integram dedit Io: Petrus de Ludewig Tom. VIII. Belgicarum Vet. Evi, pag. 369. 606.

Lambertus Atrebatensis Episcopus, ab anno 1093. ad. 1115. quo tempore Ecclesia illa Cameracensi subesse desijt, scripsit Gesta quibus Atrebatensium Civitas sub Urbano II. excusso Cameracensium subiectionis jugo in antiquam reformatur dignitatem. Prodiit Tom. V. Miscellaneor. Baluzij, pag. 227.

Lambertus Parvus, Monachus S. Iacobi Leodiensis Ord. Benedict. Scripsit Res gestas Episcoporum Leodicesium, imo Chronicon generale ab anno. 988. ad. 1194. quo diem obijt, quod continuavit Rejnerus Monachus ejusdem Monasterij ad annum. 1230. Prodijt Tom. V. Vet. Monum. PP. Durant et Martene, pag. 1.

pag. 237.

Lambertus Schafnaburgensis, ordinatus Presbyter Schafnaburgi Franconiæ anno. 1058. a Luipoldo Archiep. Moguntino, Hierosolymam adijt, unde reversus anno. 1059. Monachus Hirsfeldensis in Buchonia Silva efficitur, ibique scripsit Historiam Germanorum, sive Chronicon, in quo ab Orbe condito summa gestorum capita breviter percurrit, Bedæ et aliorum vestigijs insistens usque ad annum. 1050. Sed inde ad annum usque. 1077. longe diligentius res persequitur, ita ut, teste Melanchthone, nihil quicquid a Germaniæ Scriptoribus eo argumento diligentius sit compositum. Prodijt Tubingæ. 1533. 8. Deinde Francof. 1566. fol. cum Turpino aliisq. et Tom. I. Script. Pistorij Francof. 1583. recus. ibid. 1613. et ex Struvij recensione Ratisbonæ. 1726. fol.

Vide Lamberti Continuatorem infra Tom. V. pag 132. Nicolaum de Syghen.

Landulfus Senior, Mediolanensis, auctor Chronici, sive Syntagmatis in Libros. IV. tributi De rebus Mediolanensibus, usque ad annum fere. 1085. quod in lucem primus protulit e Biblioth. Ambros. Muratorius Tom. IV. Rer. Italic.

Landulfus Junior, de S. Paulo, Mediolanensis Scriptor Historiæ Mediolanensis, ab anno. 1095. ad. 1137. quam ex eadem Biblioth. Ambros. primus vulgavit laudatus Muratorius Tom. V. Rer. Ital.

Landulfus Sagax, idem qui etiam Landulfus Romanus de Columna, Canonicus Carnotensis. Hujus Breviarium Historiale ab Orbe condito ad annum. 1320. dicatum Ioanni. XXII. Papæ. Prodijt Pictavii. 1479. 8. non diversum fortasse ab Opere de temporum Pontificum Romanorum Historia, quod Ioanni. XXII. ab eo dicatum scribit Volaterranus Lib. XXII.

De Historia Miscella, quam et ipsam ab anno. 725. maxime ad annum. 805. Landulfo huic debemus, atque de ejus editionibus dictum est in Biblioth. Latina Lib. III. Cap. IX. ubi dee Eutropio, cujus Breviario, et Pauli Diaconi Auctario, a Libro. XVI. ad. XXIV. iungi consuevit. Libellus De translatione Imperij ad Græcos, sub falso Radulphi de Columna nomine, prodijt in Sylloge Simonis Schardij De Iurisdictione et Auctoritate Imperiali, Basil. 1566. fol. pag. 284. 297. et Argent. 1618. et Tom. II. Goldasti De Monarchia Imperij pag. 88. b. 95. b. Alijs itidem falso Pandulphus dicitur.

His Fabritij verbis de Historia Miscella, Io: Dominicus Mansi propriam addit sententiam in hunc modum: An (Landulfus) scripserit Historiam Miscellam viderint docti. Mihi quidem compertum est, Historiam, quæ Miscella dicitur, nihil aliud esse, quam Eutropij Breviarium interpolatione Pauli Diaconi aliquanto amplificatum, tum demum nova alia alterius Scriptoris, forte Landulphi Sagacis, insersione amplificatum, cum additione Librorum quorundam Pauli Diaconi, et accessione ad hos Libellos alterius cujusdam Scriptoris, forte Landulphi Sagacis. Quæ Additamenta Paulo Diacono debeantur, quæve dein ex tertio aliquo accesserint, hæc a me non infeliciter detecta sunt, et indicata in Dissertatione de hoc argumento scripta, et forte non post multos hos dies typis vulganda.

pag. 242.

Langen, sive Tidericus Langen, Canonicus Eimbeccensis et Goslariensis, scripsit post medium Seculum. XIV. Carmen Rhythmicum De Saxonia, quod incipit: Restat laudanda Saxonia magnificanda. Prodijt Luneburgi. 1652. 4. cum Henrici Rosle Herlingsberga, curante Henrico Meibomio avo, et Tom. I. Script. Rer. Germ. Henrici Meibomij nepotis, pag. 806. 812.

pag. 247.

Lauriacensium et Pataviensium sive Passaviensium Episcoporum Chronicon breve, et Catalogi Veteris extant Tom. I. Script. Rer. Austr. Hieronymi Pez, statim in limine, Lips. 1721. fol.

pag. 248.

Laurentius Byzinius Cancellarius novæ Urbis Pragensis sub Wenceslao Imperat. Eius origo et Diarium Belli Hussitici ab anno. 1414. ad. 1423. extat Tom. VI. Reliquiarum Vet. Ævi, Io: Petri de Ludewig, pag. 124. 216.

pag. 249.

Laurentius Monachus S. Laurentij Leodiensis Ord. Benedict. scripsit ad Alberonem Virdunensium Præsulem Gesta Episcoporum Verdunensium in Lotharingia, et Abbatum S. Vitoni Virdunensis ab anno. 1048. ad. 1197. sive ad annum. 1144. cætera enim inde usque ad annum. 1197. ab alio Monacho anonymo addita monet Dacherius. Extat Tom. XII. spicilegij Dacheriani pag. 274. et Tom. II. novæ Edit. pag. 241. 262. et in Historia Civili et Ecclesiastica Lotharingiæ, Augustini Calmet Paris. 1723. fol.

pag. 250.

Laurentius de Monacis, Senatus Veneti a Secretis, et Magnus Cancellarius Regni Cretensis, circa annum. 1419. Ex ejus Historiæ Venetæ Libro. XIII. Excerptum de Ezerino. III. qui vivere desijt anno. 1256. vulgatum a Felice Osio cum Albertino Mussato Venet. 1636. fol. pag. 79. Recusum Tom. VI. Thes. Ital. Burmanniani, et Tom. VIII. Rer. Ital. Muratorij.

pag. 251

Laurentius Veronensis, Diaconus Pisanus, tempore Petri. II. Archiepiscopi ab anno. 1103. ad. 1120. scripsit Carmine Heroico De bello Balearico Libros. VII. sive de rebus Pisanorum in Majorica gestis, ac de eorum Triumpho Pisis habito anno. 1115. Edidit Ughellus Tom. III. Ital. Sacræ, pag. 897. et Tom. X. novæ Editionis, pag. 127. 172.

Laurishamensis Cœnobij Antiquitates, Georgij Helwichij, Moguntini Vicarij defuncti anno. 1631. editæ Francof. 1631. 4. Recusæ sunt in limine Tomi. IX. Scriptorum Historiæ Moguntinensi maxime inservientium, Francof. 1727. fol. curante Georgio Christiano Ioannis.

Lautenbergense Chronicon Sanpetrinum Cœnobij Montis Sereni S. Petri Ord. Benedict. in Diœcesi Magdeburgensi ab anno. 1124. ad. 1225. vide supra Tom. I. pag. 415 in Conrado Lautenbergensi

pag. 252.

Laziardus, sive Ioannes Laziardus, Cœlestinus, scripsit Historiæ universalis Epitomen usque ad annum. 1503. Prodijt Parisijs, fol. Ex alio Breviario Historiali desumpto ex Landulpho Sagace, consutam magnam partem observat Vossius pag. 666.

pag. 253.

Leander Albertus, Bononiensis, Ord. Prædic. propter Libros. VI. de Viris Illustribus Dominicanis Bonon. 1517. fol. editos celebris, sed iunior quam ut hic referri debeat, cum vitam produxerit usque ad annum. 1550. Est et ejus Descriptio Italiæ toties Italice recusa, et a Guilelmo Kyriandro etiam Latine versa, exceptis Insulis, prodijt Coloniæ. 1567. fol.

pag. 254.

Lemovicense Chronicon breve, ab anno. 539. ad. 1037. Extat Tom. I. Bibl. novæ MSS. Labbei, pag. 332.

pag. 261.

Leo Marsicanus, cognomine a patria petito, Monachus Casinensis, et ab anno. 1101. ad. 1115. Cardinalis Episcopus Ostiensis, scripsit in gratiam Oderisi Abbatis anno. 1087. Casinensis, eique dicavit Chronici Casinensis Libros, ab obitu S. Benedicti, quem in annum. 542. ait incidisse, usque ad annum circiter. 1078. Nam quæ a Capite. XXXIV. Libri. III. usque ad Caput LXXIV. seu ad finem ejusdem Libri sequuntur, ad defunctum usque Desiderium Abbatem seu Victorem. III. Papam anno. 1087. illa addita sunt a Petro Diacono ejus Continuatore, quem tamen Leone longe gravitate et auctoritate inferiorem notat Mabillonius. Adiecit Petrus Diaconus et Librum. IV. Chronicon Casinense perducens ab Oderisi Abbatis electione, usque ad mortem Anacleti. II. Antipapæ incidentem in annum. 1138. 7. Januarij, et electionem Raynaldi. II. Abbatis Casinensis, cui Librum eundem dicavit. Prodijt hoc Chronicon præcipue Paris. 1668. fol. cum Notis et recensione Angeli de Nuce Abbatis Casinensis. 136. ex duobus MSS. Codd. et uberrima Monumentorum Appendice. Recusum Mediolani 1723. fol. retenta Editione et Appendice utraque integra Angeli de Nuce, Tom. IV. Rer. Italic. Muratorij.

Scripsit etiam Leo Historiam Consecrationis Ecclesiæ Casinensis ab Alexandro. II. peractæ, editam a Caracciolo inter antiquos quatuor Chronologos, et a Muratorio in nova Editione eorundem Chronologorum Tom. V. Rer. Ital. pag. 76. Utrobique tamen Auctoris nomen silet; legitur nihilo secius sub expressa Leonis Marsicani appellatione in MS. Cod. Biblioth. Casinensis signato n. 47.

pag. 263.

Leo, sive Ambrosius Leo, Nolanus, Medicus et Philosophus, a Leandro Alberto et a Vossio commendatur ob Libros III. Antiquitatum et Historiarum Urbis et agri Nolani, ac de montibus Vesuvio et Abella. Prodierunt dedicati Henrico Ursino Principi, Venetijs. 1514. et 1594. fol. et in Andreæ Schotti Italia Illustrata, Francof. 1600. fol. et Tom. IX. Parte IV. Thes. Italici Burmanniani.

pag. 264.

Leobiensis Anonymi, Ordin. Prædicatorum Chronicon amplum Libris VI. a nato Christo incipiens, sed præcipue ab anno 935. res Austriacas, Styricas, Carinthiacas, aliarumque finitimarum Regionum persequens usque ad annum 1343. Leobium vero est Civitas Styriæ, vulgo Leuben, sive Leoben. Prodijt Tom. II. Script. Rer. Austr. Lips. 1721. fol. pag. 751. subiuncta pag. 968. Continuatione annorum 1345. 1346. 1347. Hunc Anonymum observat diligentissimus editor Hieronymus Pez, præcipue profecisse ex Claustroneoburgensi Chronographo Augustiniano in Austria inferiore, cujus Chronicon ab anno 978. ad 1348. vulgavit idem Pezius hoc eodem Tomo, pag. 436. 492. atque ex Joannis de Victoria Monachi Cœnobij Vitring in Carinthia, Ord. Cisterc. Chronico Carinthiæ ab anno 1217. ad 1339. adhuc inedito, nisi quod Præfationem ad Albertum II. Ducem Austriæ exhibuit idem Pezius, pag. 753.

Leodiense Chronicon breve ab anno 400 ad 1132. extat apud Labbeum Tom. I. Biblioth. Novæ MSS. pag. 334. 339.

Leodrisius Cribellus, Patricius Mediolanensis scripsit Opus de Vita rebusque gestis Sfortiæ Ducis, et initijs filij ejus Francisci Sfortiæ primi Mediolanensium Genuensiumque Ducis, quod non integrum, sed ab anno circiter 1369. ad 1424. edidit Cl. Muratorius Tom. XIX. Rer. Italic. Mediol. 1731. fol. Produxit quoque idem Muratorius aliud Leodrisij Opus De Expeditione Pij II. Pontificis in Libros II. digestum Tom. XXIII. Rer. Italic. pag. 21.

pag. 265.

Leonardus Justinianus Chiensis, Lesbi Metropolita Mytilanensis Ord. Præd. Scripsit Historiam, sive Epistolam ex Chio Insula 15. Augusti 1453. missam ad Nicolaum V. De capta per Mahumedum II. Urbe Constantinopoli die 29. Maij ejus anni. Prodijt separatim Norimb. 1543. 4. Argentor. 1551. Basil. 1556. 8. et in Abrahami Bzovij Annalibus ad annum 1453. num. VI. et in Annalibus Turcicis Phil. Leonicери Franc. 1578. 8. Tom. II. p. 84. et 1584. Tom. I. pag. 315.

pag. 270.

Leovoldus a Northa Westphalus, Eques Marianus, Canonicus Leodiensis, et Abbas Visetensis, Leodicensis Diœcesis, scripsit in gratiam Engelberti Archiepiscopi Coloniensis, anno 1358. ipse annos natus jam octoginta Chronicon Comitum de Marca et Altena, a quibus descendunt Duces Iuliacenses, Clivenses, et Bergenses, a temporibus Ottonis III. ad annum 1358. cum alterius Continuatione ad annum 1390. Prodijt primum Francof. 1613. 4. curante Henrico Meibomio avo, deinde Tom. I. Script. Rer. Germ. Henrici Meibomij nepotis pag. 377. 410.

pag. 273.

Liberatus Gerundensis, Monachus Benedictinus, et Abbas Pampilonensis, anno 614. ut ajunt, Pampilone defunctus, commentitius Scriptor Chronici, ad Dextri, Maximi, Iuliani, Hauberti commenta stipanda, ne perpherent, in lucem producti, et Pseudo-Hauberto subjuncti a Gregorio Argairio, Benedictino, Matriti. 1667. fol. Quod ab ipsis sagacioribus Hispanis explôditur, ut nominatim a Nicolao Antonio Tom. I. Biblioth. Vet. Hispanæ pag. 210. 316. 400. &c. Vide supra pag. 200. Iuliani Petri aliud Chronicon commentitium, in hanc ipsam rem confictum.

pag. 275.

Ioannes de Lignamine, sive Philippus de Lignamine Eques Siculus, pater Antonij de Lignamine anno 1514. Messanensis Archiepiscopi, Sixti IV. Archiater eidem Sixto dicavit Compilationem Chronologicam, sive Epitomen Pomarij Ricobaldi Ferrariensis, sine Autoris nomine editam Romæ. 1474. fol. continuavitque ab anno 1316. ad 1469. Emendatiorem utramque vulgavit Io: Georgius Eccardus Tom. I. Script. Medij Ævi, pag. 1225. 1299. Lipsiæ 1723. fol. et emendatiore etiam Codice usus illustris Muratorius Tom. IX. Rer. Italicarum Mediolani 1726. fol.

pag. 277.

Lipsiense Chronicon breve ab anno 1301. ad 1497. extat Tom. III. Script. Rer. Germ. Io: Burchardi Menckenij pag. 55. 63. et Chronicon Lipsicum Thomanum, sive Chronicon terræ Misnensis in annum 1486. desinens Tom. II. fasciculorum Actorum Literariorum pag. 313. 370. editionis Ienensis Struvianæ 1720. et ad illud Supplementa Tom. III. pag. 166. 168. Vide infra Tom. V. pag. 81.

Lisiardus, Liziardus, sive Lictardus, Turonensis Clericus, et ab anno 1153. ad 1168. Decanus Laudunensis, cui Barthius Lib. 167. Adversar. Cap. 7. tribuit Historiam Hierosolymitanam, quam sine nomine Auctoris edidit Bongarsius in Gestis Dei per Francos, pag. 594. 621. in qua res ab anno 1100. ad 1124. Auctor persequitur.

pag. 278.

Loiseliani Annales Regum Francorum ab anno. 741. ad. 814. quibus usus Regino, et Bertinianorum Annalium Scriptor: editi ab Andrea du-Chesne Tom. II. Script. Rer. Francorum pag. 24. 49. ex MS. Antonij Loiselij.

Lombardiæ et Marcæ Trevisanæ Chronicon ab anno. 1207. ad. 1270. auctore Monacho Paduano sive Patavino S. Justinæ, editum in Christiani Urstisij Scriptoribus Basil. 1584. et Francof. 1570. fol. pag. 577. et deinde a Felice Osio cum Mussati Historia atque Mantissa de Civitate Paduæ Venet. 1636. fol. et Tom. VI. Thes. Italiæ Petri Burmanni, ac denique emendatius Tom. VIII. Rer. Italic. Muratorij.

pag. 280.

Fundatio Monasterij Puellarum Sororum Ordinis Prædicat. in Lonthen, Mindensis Diœcesis anno. 1265. postmodum in Oppidum Lemgo translati, extat Tomo. III. Script. Rer. Germ. Meibomij, pag. 535. Chronicon ejusdem Monasterij ab anno. 1265. ad. 1447. extat Tom. I. ejusdem Meibomij, pag. 526. 532.

pag. 281

Lucas Legionensis patria, Hispanus, Canonicus Regularis Cœnobij Legionensis S. Isidori, et Diaconus Tudensis, deinde ab. anno. 1239. ad. 1288. Episcopus Tudensis. Scripsit adhuc Diaconus, sive potius continuavit interpolavitque Chronicon ab origine Mundi ad Æram Hispanicam. 1274. Christi. 1236. et distinxit in Libros. IV. Quæ Libro. I. II. et III. ad annum usque. 680. continentur, ea ex Isidoro Hispalensi, Ildefonso Toletano, et Juliano Toletano Episcopis descripsit. Quæ sequuntur Lucam auctorem habent. Prodijt Tom. IV. Hispaniæ illustratæ Andreæ Schotti, Francof. 1608. fol.

pag. 287.

Ludovici Regis Germaniæ, Ludovici Pij Imp. filij, Formula Fœderis cum fratre Carolo Calvo Galliæ Rege anno. 842. initi Lingua Theotica et Romana, sive Gallica cum Freheri Notis prodijt Heidelbergæ 1611. 4. et Tom. I. Script. Rer. Germ. ejusdem Freheri pag. 71. et Tom. II. Script. Franc. du Chesnij pag. 385.

pag. 288.

Ludovicus Barbus, Nobilis Venetus ex Abbate S. Justinæ de Padua ab anno. 1437. ad. 1443. Episcopus Tarvisinus, scripsit Librum de initio et progressu Congregationis Benedictinæ S. Justinæ de Padua. Extat Tom. II. Parte. III. Anecdotorum Bernardi Pez. pag. 267. 307. Augustæ Vindel. 1721. fol.

pag. 291.

Liuitbrandus, Litobrandus, Eutrandus, alijs aptius veriusque Liutprandus Ticinensis, atque ex Diacono Ticinensi Episcopus Cremonensis, et duabus Legationibus Constantinopolin perfunctus, una a Berengario . II . Marchione ad Constantinum Porphyrogenitum Imp. anno . 946 . dum adhuc Diaconus esset, et altera jam Episcopus ab Othone . I . Imperat. ejusque filio Othone . II . ad Nicephorum Phocam Imp. anno . 968 .

Scripsit Historiam de gestis Regum et Imperatorum sui temporis, quam attitulavit Antapodosin, idest Retributionem, luculento et alterno stylo, partim soluta partim stricta oratione, ad Regimundum Episcopum Eliberitanae Ecclesiae Hispanorum. Libris . VI . Prodijt presertim Tom . III . du-Chesnij pag . 562 . et inter Liutprandi Opera Antuerp . 1640 . fol . et Tom . II . Rer . Ital . Muratorij, pag . 417 . ~~Continet autem Historiam ab anno 951 . ad~~ Continet autem res utriusque Imperij ab anno . 891 . ad . 946 . quas exaravit ab anno . 957 . ad . 960 .
Extat preterea ejus Descriptio Legationis ad Nicephorum Phocam anno . 968 . susceptae, dicata Othonibus Augustis, et Adelheidi Imperatrici. Prodijt in dicta Editione Laurentij Ramirezij de Prado Antuerp . 1640 . fol . et Tom . II . Rer . Ital . Muratorij.

Ceterum alia contenta in Edit . Antuerpiana, Chronicon nempe ab anno . 606 . ad . 960 . et Adversaria, supposita Liutprando, et conficta ab Hieronymo de La Higuera Soc . Jes . qui ea etiam Notis illustrando, fraudem suam satis se occultasse opinatus est, dudum Viri docti animadverterunt, ac falsitatis convicta sunt a Labbeo, Caveo, alijsque : sed maxime a Nicolao Antonio Tom . I . Biblioth . Vet . Hispanae, pag . 585 . seq .

Etiam Vitas Pontificum Romanorum a S. Petro usque ad Formosum Papam anno . 895 . defunctum, Moguntiae . 1602 . 4 . sub Liutprandi nomine editas a ~~[illegible]~~ Joanne Busaeo, alium quam Liutprandum, et potius Germanum habere auctorem, et ipsas quoque ex Anastasio excerptas notarunt Vossius alijque.

pag . 294

Lupus Protospatha, sive Protospatharius, aut Primipilus Palatinorum Militum Regni Neapolitani, Apulus, scripsit Chronicon breve rerum in Regno Neapolitano gestarum ab anno . 860 . ad . 1102 . quod cum Appendice incerti auctoris usque ad annum . 1519 . cum Herchemperto, Anonymo Casinensi, et Falcone Beneventano, edidit Antonius Caracciolus Neapoli . 1626 . 4 . atque inde Tom . V . Rer . Ital . Muratorij, additis Camilli Peregrini castigationibus, Mediol . 1724 . fol . Extat et Tom . IX . Thes . Burman . et Tom . I . Biblioth . Siculae Carusij Panormi . 1720 . fol .

Libr. XII. pag. 3.

Magdeburgensis Archiepiscopatus institutio anno. 967. a Ioanne. XIII. extat apud Meibomium Tom. I. Script. Germ. pag. 731.

Magdeburgense Chronicon Anonymi, ab exordio Archiepiscopatus ad. annum. 1512. extat apud eundem Meibomium Tom. II. pag. 269. 371. ejusque Emendationes ex Codice Dresdensi apud Menckenium Tom. III. Script. Rer. Germ. pag. 359. 374. et Fragmenta quedam ab anno. 990. ad 1000. apud Canisium edit. Basnagianæ Tom. III. pag. 64. 65.

pag. 4.

Ministerialium Magdeburgensium jura videre est in Lunigij Corpore Juris Feudalis, pag. 2022.

Magdeburgensis obsidionis narratio Sebastiani Besselmeieri anno. 1550. seqq. prodijt Magdeburgi 1552. 4. et Tom. II. Script. Rer. Germ. Simonis Schardij.

pag. 5.

Magnus, sive Ioannes Magnus, Svecice Stor, Lincopensis Gothus, Hadriani. VI. quem, cum Lovanij docentem audiverat, Nuncius anno. 1522. in Sveciam, atque inde Archiepiscopus Upsalliensis usque ad annum. 1527. quo, multis Chartis et Monumentis secum asportatis, Romam petijt, Gustavum. I. Regem Romana Sacra abrogantem non ferens, obijtque exul Romæ anno. 1544. Scripsit Gothorum, Svenonumque Historiam, a Magogo et primis originibus usque ad sua tempora Libris. XXIV. Prodijt Romæ. 1554. fol. cum Iconibus, curante Olao Magno ejus fratre. Deinde sine Iconibus Basil. 1558. 1567. 8. Argentor. 1607. 8. Scripsit et Historiam Metropolitanam, seu Episcoporum et Archiepiscoporum Upsaliensium. Prodijt Romæ 1557. fol. curante eodem Olao ejus fratre.

Edit. Rom. 1554. æstimari solet Scel. 12.

Magnus, sive Olaus Magnus, Præpositus Strignensis, Ioannis supradicti frater et comes in exilio, Operumque ejus editor, et post fratris obitum anno. 1544. a Paulo. III. missus in Concilium Tridentinum, et Archiepiscopus Upsaliensis designatus, sed nunquam usus illa dignitate, exul et ipse Romæ defunctus: Scripsit Tabulam Terrarum Septentrionalium, et rerum mirabilium in eis, et Oceano vicino. Prodijt Venetijs. 1539. cum varijs animalium figuris. Scripsit et De Gentium Septentrionalium varijs conditionibus, statibus, et moribus Libros. XXII. Prodiere Romæ cum figuris. 1555. fol. Basil. 1567. fol. Inde missi in compendium a Cornelio Scribonio Graphæo Flandro; Antuerp. 1558. 1562. Ambergæ. 1599. Francof. 1618. 1622. Lugd. Bat. et Amstel. minore forma.

Edit Antuerp. 1558. constat Scel. 1½.

pag. 6.

Magnus Richobergensis, in Bavaria, Noricus sub Imp. Henrico VI. qui ab anno 1190. ad 1198. imperitavit, cujus Chronico usum se testatur Aventinus Libro VI. auctor esse conjicitur a Vossio Chronici Reichersbergensis, incipientis ab Adamo ac desinentis in annum 1194. de quo Aventinus intellexerit. De hoc Chronico vide suo loco.

pag. 7.

Mailrosensis, sive Melrosensis Monasterij in Scotia Chronicon, sive Chronica de Mailros, incertis auctoribus, prodijt Oxoniæ e Theatro Scheldoniano 1684. fol. in Ioannis Felli Script. Rer. Angl.

pag. 9.

Malaspina, sive Ricordanus Malaspina Patricius Florentinus scripsit Italice non Latine Historiam antiquam Florentinam ab Urbis originibus, usque ad annum 1281. Prodijt Florentiæ 1568. 4. et 1718. castigatius, quod recudi fecit Clar. Muratorius Tom. VIII. Rer. Ital. una cum Continuatione Iacchetti Malaspinæ ex fratre Nepotis, usque ad annum 1286. non 1296. ut perperam in Ephemeridibus Erud. Paris. 1743 pag 490.

pag. 10.

Malaspina, sive Saba Malaspina, Romanus, Decanus Malthensis, et Secretarius Ioannis XXI. Pontificis, scripsit Rerum Sicularum Libros VI. ab anno 1250. ad 1276. Prodiere Tom. VI. Miscellaneorum Baluzij, Paris. 1713. 8. pag. 197. 348. deinde recusi Tom. VIII. Rer. Ital. Muratorij, et Tom. II. Biblioth. Hist. Siculæ Carusij, ac denique Part. V. Thes. Siciliæ Burmanniani, subiuncti Continuationi Loco Libri VIII Nicolai Specialis, de quo infra suo loco.

Malleacense Chronicon, Abbatiæ S. Maxentij in Pictaviensi Diœcesi: sive Excerpta ex Chronico majore ab Orbe condito, ad annum 1140. ex Iulij Flori floribus Historiarum, alijsque, edita a Labbeo Tom. II. Biblioth. novæ Manuscr. pag. 190. 221.

pag. 11.

Malvetius, sive Iacobus Malvetius, Nobilis Mutinensis, dicitur tamen Brixianus Tom. IV. pag. 14. hujus Biblioth. Scripsit Chronicon Brixianum ab origine Urbis ad annum 1332. Quod auctor anno 1412. propter pestilentiam apud Brixienses grassantem, in amenas Benaci oras profugum se composuisse testatur. Vulgavit Clar. Muratorius Tom. XIV. Rer. Ital. Mediol. 1729. fol.

pag. 20.

Marcellinus, Comes sub Iustiniano Imperat. ejus adhuc Patricij, teste Cassiodoro Lib. I. Cap. XVII. Instit. Divin. Litterarum, fertur egisse Cancellos, hoc est Cancellarius fuisse. Ibidem a Cassiodoro Marcellinus Illyricianus appellatur. Scripsit Chronicon ibi incipiens ubi desinit Hieronymus, ab anno scilicet. 379. usque ad quartum Consulatum Iustiniani, sive ad annum. 534. Cetera enim, quę usque ad Iustiniani finem sive ad annum. 557. sequuntur, ea ab alio licet antiquo Scriptore addita esse Sirmondus non dubitat. Prodijt primum Paris. 1546. 8. typis Wechelianis, curante Antonio Schonhovio. Deinde integer fere in Io: Cuspiniani Commentarijs ad Cassiodorum, Basil. 1553. fol. Postea recusum in Bibliothecis Patrum, Bignganis, Parisiensibus et Coloniensi: atque ex recensione Onufrij Panvinij ad calcem ejus Fastorum, Heidelbergę. 1588. fol. et in Eusebio Iosephi Scaligeri, Lugd. Bat. 1606. fol. Denique ex Codice Tiliano integrius et emendatius hoc Chronicon vulgatum est a Iacobo Sirmondo, cum Chronico Fastisque Idacij, Paris. 1619. 8. atque inde ex Sirmondo in nova Editione Eusebij Scaligerani, Amst. 1658. fol. et inter Sirmondi Opera Tom. II. pag. 349. Paris. 1696. et Venet. 1729. fol. ubi novę quędam varię lectiones et emendationes.

pag. 23.

Marculfus, Monachus, ut ajunt, Parisiensis, scripsit De formulis publicorum privatorumque negotiorum Libros. II. non ad Landericum Parisiensem anno. 660. Episcopum tempore Dagoberti Regis, ut cum multis alijs putat Labbeus Tom. VI. Concil. pag. 530. Formulam de Privilegio, et Concessionem Regis ad Privilegium ex Marculfo referens: sed ad Landericum Episcopum Meldensem, qui circa ętatem Pipini et Caroli Magni floruit. Longe utilissimas esse hasce Formulas ad Francicas et Germanicas antiquitates illustrandas, multi jam monuerunt. Formula vero proprie est norma judicij, quam Princeps vel Magistratus Iudici sententiam dicturo priscribit: Unde interdum et pro Sententia sumitur. Vide Valesium ad Ammiani Librum XIV. Cap. I. Formulas istas una cum alijs incertorum Auctorum Formulis edidit Hieronymus Bignonius. 1613. 8. Paris. eodem quo Lindenbrogius tempore vulgaverat Franc. 1613. fol. in Legum Antiquarum Codice. At meliore atque auctiore Editione Bignonianę Marculfi Formulę prodiere Paris. 1666. 4 recusę postea in Bibliothecis Patrum, Coloniensi Tom. VII. Parisiensi Tom. II. Supplem. et Lugdunensi Tom. XII. et curante Baluzio. Tom. II. subiectę Capitularib. Reg. Franc. pag. 369. Paris. 1677. fol.

pag. 24.

Marcus Maximus, Episcopus, ut ajunt, Caesaraugustanus, Scriptor commentitius Chronici, sive Continuationis Pseudo-Dextri ab anno. 430 ad. 612. Prodijt Madrit. 1651. fol. cum amplis Commentarijs Francisci Bivarij. Marco Maximo fidei quantum sit tribuendum, pete a Nicolao Antonio Lib. V. Biblioth. Vet. Hispanae Cap. II.

Marcus Paulus, Venetus cum fratre suo, anno 1269. adijt Regiones Orientales, Persiam Tartariamque, et apud Magnum Cham Presbyteri Ioannis victorem per annos. XVII. negotijs Imperij illius, Legationibusque gratibus, per diversas terras quidem obeundis dexteritatem suam probavit, Venetias deinde cum alijs popularibus suis anno. 1295. reversus, lectu iucundos Libros. III. de Regionibus Orientalibus scripsit Italice, non Latine. Titulus est: Delle maraviglie del Mondo da lui vedute. Primo: Del costume di varj Paesi, et dello strano viver di quelli. Secondo: Della descrizione di diversi Animali. Terzo: Del trovar dell' oro e dell' argento. Quarto: Delle pietre preziose. Prodijt pluries in Collectionibus Itinerariorum, ut Io: Baptistae Ramusij Venet. 1559. fol. aliisque. Latine vero redditus cum recensione Andreae Mülleri Greifenhagij, prodijt Coloniae Brandenb. sive Berolini. 1671. 4.

pag. 26.

Marganensis Abbatiae in Walia Annales extant Tom. II. Script. Rer. Angl. Thomae Galei pag. 1-19. Oxon. 1687. fol. ab anno. 1066. ad. 1232.

pag. 28.

Marianus Scotus, sive Hibernus, Monachus Ordin. Benedict. Coloniae, Fuldae, Moguntiae, et Ratisbonae, ubi Mathematicas et Sacras Litteras docuit, atque iterum Moguntiae, ubi defunctus anno. 1088. Extant ejus Chronicorum Annalium Libri. III. quorum Primus acephalus, et Capitibus VII. primoribus mancus, ab Hexaemero incipit tamen, Tertiusque desinit in annum. 1083. Prodijt Basil. 1559. fol. curante Io: Heroldo; et Tom. primo Io: Pistorij Francof. 1613. fol. Vide ejus Continuationem Tom. II. hujus Biblioth. pag. 411. in Dodechino, usque ad annum. 1200

pag. 29.

Marinus Sanutus, cognomento Torsellus, Patricius Venetus, quinque Itineribus in Palaestinam atque Orientem clarus, unde scribere potuit Opus inscriptum: Secreta Fidelium Crucis Libris. III. distinctum, dicatumque anno. 1321. Ioanni. XXII. Regibus Franciae Angliae et Siciliae, pluribusque Cardinalibus. Prodijt in Bongarsij Gestis Dei per Francos Tom. II. pag. 289. seq. cum Marini Epistolis XXII. ad Pontificem, Andronicum Palaeologum Imp. Constantinop. aliosque Viros Principes.

Marinus Sanutus, Iunior, Leonardi filius, itidem Patricius Venetus, post annum 1522 adhuc superstes, teste quo Vossio, et Auctor Appendicis ad Trithemium de Scriptoribus Ecclesiasticis Capite VIII. Scripsit De Vitis Principum Venetorum omnium ab anno 421 usque ad sua tempora, sive ad annum 1493. Quod Opus eximium Italice vulgavit Clar. Muratorius Tom. XXII. Rer. Ital.

pag. 31. Marius Aventicensis, sive Ecclesiæ Aventicæ, seu Aventicorum, hodie Lausannensis in Helvetia Episcopus, ante annum 598 defunctus, anno 585 Concilio Matisconensi subscripsit. Scripsit Chronicon ab anno 455 ubi Prosper desinit, usque ad annum 581. Quod cum Appendice Anonymi usque ad annum 624 ex pervetusto Codice Petri Francisci Chiffletii edidit Andreas du Chesne Tom. I. Script. Rer. Francorum. pag. 210-261. Paris. 1636. fol.

pag. 37.

Martinus Minorita, Alvericus, sive de Alvewick, Anglus, defunctus anno 1336. Scripsit Flores Temporum, sive Chronicon ab Orbe condito ad annum 1290. Prodiit Tom. I. Corporis Script. Medii Ævi Io: Georg. Eccardi pag. 1551 addita pag. 1631 ad 1640. Continuatione Hermanni, Ord. S. Guilelmi Ianuensis, usque ad annum 1346. de qua supra Tom. III. pag. 219.

Pag. 39.

Martinus Fuldensis, incertum an Monachus. Scripsit Chronicon a Nato Christo ad annum 1379. Dignum habuit Io: Georg. Eccardus, quod in lucem proferret ab anno 716 ad 1379 edidit que Tom. I. Script. Med. Ævi, pag. 1641-1732. Proclivior in Imperatores, liberior in Pontifices, notante ipso Eccardo, fuit.

pag. 41.

S. Martini Masciacensis, Ord. Ben. Diœcesis Bituricensis Chronicon breve ab anno 732 ad 1013 extat Tom. II. Bibl. nov. MSS. Labbei pag. 732-733. et ex ejusdem S. Martini Codice, Annales Francorum ab anno 726 ad 1296 ibidem, pag. 733-736.

Martinus Polonus, sive Martinus Strepus, Oppaviensis è Silesia, quæ Regno Bohemiæ adhærens, Poloniæ etiam computabatur, unde Poloni cognomen, Ordin. Prædicat. Monachus, Pontificum Clementis IV. Gregorii X. Innocentii V. Ioannis XXI. ac denique anno 1277 Nicolai III. Major Pœnitentiarius, et anno interjecto Archiepiscopus Gnesnensis, nec diu post defunctus. Scripsit Chronicon Summorum Pontificum atque Imperatorum Romanorum, per annorum quinquagenas: cujus quidam Codices in Clemente IV. Papa ab anno 1265 ad 1269 desinunt, ipse profitetur se illud perduxisse usque ad annum 1277. Primus auctor Martinus perhibetur traditionis de Ioanna Papissa. Rem dubiam facit Fabricius noster. At Io: Dom: Mansi Codice Seculi XIII. frequ rem pene certam reddit. Huic Chronico solent conjungi Opuscula ejusdem Martini De quatuor majoribus Regnis, et de Romanæ Urbis exordio, incremento, ædificiis et regimine usque ad Imper. Augustum. Prodiit Basil. 1559. fol. cum Marianno Scoto. Antuerp. 1574. 8 quo tulo ... consentium titulo. Coloniæ 1616. fol. et Argentorati 1685. fol. cum Ænea Silvio de Reb. Friderici III.

Seculi XIII. Codex MS. Lucensis, proximus ad Martini Poloni ætatem accedens, fabellam de Ioanna Papissa retinet, non quidem margini adiectam, ut in aliis Codicibus, sed scriptioni reliquæ conjunctam et cohærentem, ut notat hic Mansius pag. 44. Unde nil mirum, si in eum tamquam Fabellæ ejusdem præcipuum promulgatorem exierint Io: Hardingi aliorumque invectivæ.

pag. 45.

Martinus Scotus, Ordinis, ut ajunt, Cisterciensis Scriptor Chronici, confecti ut videtur, ex Martino Polono, et Mariano Scoto. Hoc Chronicon cum Martini Chronico primum lucem vidit. Consule Vossium pag. 474. seq.

Martiburgensium Episcoporum Chronicon ab anno. 968. ad. 1500. Prodijt Tom. IV. Reliquiarum Veteris Aevi Io: Petri de Ludewig pag. pag. 587. subiuncto pag. 588. Alexandri V. Diplomate, anno. 1409. de Merseburgensis Episcopi Cancellariatu Academiae Lipsiensis. Ad Chronicon istud conferendae Emendationes et Supplementa ex Cod. Archivi Electoralis Dresdensis Tom. III. Script. Rer. Germ. Menckenij, pag. 161. 164.

pag. 46.

Marcus Marulus, Patricius Spalatensis, anno. 1510. misit ad Dominicum Papalem versa a se Latine ex Dalmatico idiomate, Regum Dalmatiae et Croatiae gestas ab anno. 538. ad 1079. Edidit Ioannes Lucius ad calcem Librorum. VI. Historiae Dalmaticae, quos ipse scripsit, publicavitque Amstel. 1666. fol. pag. 302. 309.

pag. 47.

Masca, sive Pandulfus Masca, Pisanus Rom. Eccl. Presbyt. Cardinalis defunctus anno 1198. scripsit Supplementum Libri Pontificalis Damasiani a Leone. IX. ad Innocentium. III. sive ab anno. 1049. ad. 1198. Prodijt Venet. 1547. 1600. ke novissime vero Tom. III. Rer. Ital. Muratorij. Scripsit et Vitas Rom. Pont. ab ~~Alexandro~~ Gregorio. VII. ad Alexandrum. III. ex quibus Vita Gelasij. II. prodijt apud eundem Muratorium Tom. III. Part. I. Rer. Italicarum. Vide pag. 193. duos fuisse Mascas, unum Hostiarium, alterum Cardinalem. Cardinalis obijt anno. 1198. Hostiarius scripsit Vitas Pontificum.

pag. 50.

Mattheus Palmerius Florentinus, post summas Dignitates, variasque Legationes obitas cum honore et laude, diem obijt anno. 1475. Scripsit De temporibus, ab origine rerum ad annum. 1448. Prodijt ab anno. 449. ad. 1449. post Eusebij Hieronymique ac Prosperi Chronicon, Basil. 1536. fol. cum Matthiae Palmerij Pisani, aliorumque Continuatione ab. anno. 1450. ad. 1536. Scripsit quoque Librum De captivitate Pisarum a Florentinis expugnatarum anno. 1406. Prodijt Slesvici. 1656. 8. atque inde ad MS. Cod. emendatus Tom. VIII. Thesaur. Italiae Burmanniani, et Tom. XIX. Rer. Italic. Muratorij.

pag. 51.

Matthæus Pappenheim de Bieberbach J.U.D. sive Mareschallus de Pappenheim, Canonicus Augustanus, defunctus anno. 1511. cui debemus Chronicon Australe, sive Austriæ ab anno. 852. ad. 1348. editum minus integre in prioribus Edition. Script. Rer. Germ. Marq. Freheri: integrum vero, et Locis etiam parallelis aliorum Veterum Annalium et Historicorum illustratum in nova ejusdem Freheri Editione Burchardi Gotthelf Struvij Tom. I. pag. 431. 491. Extant præterea, cura et diligentia ejusdem Struvij, hoc eodem Tom. I. Freheri, pag. 493. 508. Chronici Augustensis antiqui Excerpta ab anno. 973. ad. 1104. Et pag. 509. 536. Pars Chronici Monasterij S. Udalrici et Afræ, Ord. Ben. apud Augustam Vindelic. ab anno. 1152. ad. 1265. Et pag. 675. 699. ejusdem Matthæi Pappenheim Excerpta ex Chronico Elwangensis Monasterij in Suevia, ab anno. 1095. ad. 1477.

Scripsit idem Matthæus Historiam De antiquitate et initio Civitatis Episcopatus Augustani: et Tractatum de origine et familia Dominorum de Calatin, qui hodie sunt Domini a Pappenheim. Prodiere August. Vindelic. 1553. fol.

Matthæus Paris, Anglus, Monachus S. Albani Ord. Benedict. Cluniacensis, inter Historicos rerum Anglicarum, judicio, fide ac libertate nulli secundus, obijt anno. 1259. Scripsit Historiam Rer. Anglicarum ab anno. 1066. ad. 1259. Prodijt Londini. 1571. fol. cum Guilelmi Rishangeri Continuatione ad annum. 1273. Recusa Tiguri. 1606. fol. Deinde Lond. 1640. Paris. 1644. atque iterum Lond. 1684. fol.

pag. 53.

Matthæus Spinellus de Juvenatio, vulgo Giovenazzo, Civitate Apuliæ, natus anno. 1230. atque in Castris Conradini versatus anno. 1268. quo ille victus est a Carolo die. 24. Augusti. Scripsit Italice Ephemerides Neapolitanas, sive Chronicon ab anno. 1247. ad. 1268. Versionem Latinam vulgavit Papebrochius Tom. VII. Act. Sanct. Maij, Parte. II. Conatus ad Catalogum Pontificum pag. 40. 49. atque inde Io: Bapt. Carusius, Tom. II. Bibl. Hist. Regni Siciliæ, pag. 1089. Italicum vero Spinelli originarium Opus, dialecto Apula vulgavit Muratorius Tom. VII. Rer. Italic. pag. 1055.

pag. 55.

Matthæus Westmonasteriensis, Anglus, Mon. Ord. Ben. Scripsit Flores Historiarum, ab Orbe condito ad annum 1307. nec diu ultra videtur ætatem protulisse. Prodiere Londini. 1567. fol. et emendatius Francof. 1601. fol. una cum Florentio Wigorniensi, de quo sup. Tom. II. pag. 172

pag. 56.

Matthias a Michou, sive de Michovia, Canonicus et Medicus Cracoviensis, scripsit Chronicon Rerum Polonicarum, Libris IV. desinentibus in anno 1506. dicatum Sigismundo Regi. Prodiit Cracoviæ 1521. fol. Scripsit et Libros II. de Sarmatia Asiatica et Europæa. Prodiere Basil. 1553. fol. pag. 482. in Ioannis Huttichij Sylloge Navigationum et Itinerum, et Tom. I. Corporis Historiæ Polonicæ Io: Pistorij, pag. 121-150. Basileæ 1582. fol.

Matthias Palmerius, Pisanus, Continuator Chronici Matthæi Palmerij Florentini; Vide sup.^a pag. 50.

pag. 59.

Maxentius Patriarcha Aquilejensis circa annum 813. ad 827. Scripsit Epistolam ad Carolum Magnum De ritibus Baptismi eorumque significatu, editam Tom. II. Anecdotorum Bernardi Pez, Parte II. pag. 7

pag. 60.

Maximilianus I. Friderici III. filius, ab anno 1494. ad 1519. Imperator, traditur scripsisse Cæsari exemplo, Latine, Commentarios de rebus a se gestis. Sub hoc Imperatore, teste Cuspiniano, ejusque ductu Litteræ Hebraice, Græce ac Latine, elegantiores quoque Disciplinæ, quasi in Germania primum ortæ sunt. Melchior Pfintzingius, Patricius Norimbergensis composuit Poema de varijs Maximiliani gestis ac periculis, Germanico idiomate, cuius Latina Metaphrasis auctore Richardo Sbrulio Utinensi extat MS. in Bibliotheca Cæsarea, teste Lambecio Tom. II. pag. 986. atque incipit:

Magnanimum canimus, rutilans quem tollit Olympo
Gloria, Phœbeis redimitum tempora lauris.

Hoc Poema Germanicum Maximiliano offerens Pfintzingius, in Epistola dedicatoria se auctorem ejus liserte profitetur. Confer Io: Davidis Koeleri Dissertat. de inclyto hoc Poemate editam Altdorf. 1719. 4. Prodierat idem Poema Germanice, Norimbergæ 1517. fol. Augustæ 1519. ac deinde minoribus typis Francof. 1553. 1564. 1598. Ulmæ 1679. 1693. fol.

Videndus est interim Io: Iosephus Liruti Tom. II. Forojuliensium Litteratorum pag. 95. ubi Riccardum Sbrulium non Poematis hujus Metaphrastem, sed verum ac primum auctorem refert.

pag. 61.

Maximus Cæsaraugustæ in Hispania Episcopus anno 599. Barcinonensi, 610. Toletano, et 614. Egarensi Concilijs interfuit. Perperam in Chronico ei supposito a P. de la Higuerra Marcus Maximus appellatur, subiunctis ei etiam Additionibus commentitijs S. Braulionis, Helecanis, Tajonis et Valderedi Episcoporum scilicet Cæsaraugustanorum. Vide sup.^a pag. 24.

pag. 68.

Mecklenburgicorum, sive Megapolitanorum Scriptorum Historic. Biblioth. expectamus a V. Clar. Davide Richtero, Lycei Gustroviensis Rectore.

S. Medardi Suessionensis Chronicon, Auctore Monacho ejusdem Cœnobij Ordin. Bened. ab anno 497. ad 1260. extat Tom. II. Spicileg. Dacheriani, pag. 781. et Tom. II. novæ Editionis, pag. 486. 492.

Mediolanense Chronicon, sive Annales ab anno. 1230. ad. 1302. Capita. CLXIV. Prodiere Tom. XVI. Rer. Ital. Murat. pag. 641. 840.

Mediolanensis Civitatis et S. Ambrosij res spectantia nonnulla extant Tom. II. Part. II. Rer. Ital. ejusdem Muratorij pag. 688. 689.

Mediolanensis Historia Typographico-Literaria Iosephi Antonij Saxij. Prodijt Mediolani, Anno. 1745. Incipit ab anno. 1465. vel 1469. desinitque in anno. 1500.

Mediolanensium Scriptorum Bibliotheca Philippi Argelati. Prodijt Mediolani. 1745. fol. 4. Voluminibus.

pag. 67.

Meinwerci Paterbrunnensis, sive Paderbornensis ab anno. 1009. ad. 1036. Episcopi ex stirpe Magni Ducis WitiKindi oriundi, Vita. Prodijt Moguntiae. 1616. 4. in Sideribus Germaniae Christoph. Broweri. Deinde integrior Neuhusij. 1681. 8. cum Notis Adolphi Overham. Novissime vero Tom. I. Script. Rer. Brunsv. Leibnitij pag. 517. 564.

Meisterlini, sive Sigismundi Meisterlini Chronicon Norimbergense ab anno. 1360. ad 1480. Prodijt Tom. VIII. Reliquiarum Veteris Aevi Io: Petri de Ludewig, pag. 1. 149.

Mellicenses, sive Medlicensis Monasterij Ord. Ben. in Austria inferiore Chronicon a nato Christo incipiens, sed scribi ceptum anno. 1123. et a varijs continuatum usque ad annum. 1564. Prodijt Tom. I. Script. Rer. Austriac. Hieronymi Pez, pag. 166. 288.

Mellicensis Anonymus De Scriptoribus Ecclesiasticis. CXVIII. Scriptor Seculi. XII. Prodijt ad calcem Biblioth. Benedictinae Bernardi Pez Bibliothecarij Mellicensis Augustae Vindel. 1716. 8. atque inde Hamburgi 1718. fol. in Fabritij nostri Biblioth. Ecclesiast.

pag. 68.

Mellicenses Annales, desinentes in Abbate quinquagesimo secundo, qui electus est anno 1700. auctore P. Anselmo Schramb, prodiere Viennae Austriae. 1702. fol.

pag. 71.

Merula, sive Gaudentius Merula, Novariensis, seculi. XV. Scriptor Scripsit De antiquitate et origine Gallorum Cisalpinorum Libros. III. Prodiere Lugduni. 1536. Mediolani. 1537. Bergomi. 1592. 8. Deinde in Andreae Schotti Italia illustrata, Francof. 1600. fol. et in Graevij Thesauro Antiquitatum Italiae Tom. I. Lugd. Bat. 1704. fol.

Merula, idest Georgius Merula, Alexandrinus Statiellensis in ditione Mediolanensi, Francisci Philelphi, sed parum gratus, discipulus, praeceptor Tristani Chalci, quem non magis gratum fuit expertus, humaniores Litteras cum laude per multos annos docuit Venetijs, et ab anno 1482. Mediolani, diemque obijt anno. 1494. major septuagenario. Multa ejus celebranda Opera, quę in Veterum scriptis emendandis atque illustrandis elucubravit. Sed pręcipuam ingenij laudem tulit scriptis eleganter Libris X. Antiquitatis Vicecomitum Mediolanensium, ab origine Urbis usque ad annum. 1322. Prodiere post editiones duas Mediolanenses et duas Parisienses, Tom. III. Thes. Antiquit. Italię Graeviani, Lugd. Bat. 1704. fol. Verum cum hęc Fabritius noster scribebat prior tantum Decas harum Merulę Antiquitatum lucem aspexerat; secundam adhuc detexerat nemo. Prodijt ista, quamquam non integra, cum imperfectum Opus auctor reliquerit, atque Librum. IV. et annum. 1342. non superans, Tom. XXV. Rer. Ital. nuper anno. 1751. excuso. Extat pręterea ejusdem Merulę Bellum Scodrense, de Scodra a Turcis obsessa, et a Venetis fortiter defensitata, mense Majo anni 1474. Prodijt Venetijs in. 4. dicatum Jacobo Merulę et Francisco Lambarino.

pag. 73.

Messinę in Sicilia a Saracenorum dominatu Liberationis anno. 1063. per Comitem Rogerium Normannum factę, Historiam scriptam anno. 1160. vulgavit Baluzius Tom. VI. Miscellan. pag. 174. 196.

Metensium Episcoporum Chronicon ab Apostolorum temporibus ad annum. 1260. Extat Tom. VI. Spicileg. Dacheriani pag. 661. et Tom. II. novę Editionis, pag. 224. 228. Tres Chronici hujus Auctores notat Dacherius: primum ad annum usque 1120. alterum ad. 1200. circiter: tertium ad. 1260.

Metense Chronicon S. Vincentij ab anno. 511. ad. 1279. Extat Tom. I. Bibl. novę MSS. Labbei, p. 344. 347. — De Metensibus Annalibus editis a du Chesne Tom. I. Script. Rer. Franc. vide Tom. VI. hujus Biblioth. pag. 54. in Ratleico.

Metzlerus, sive Iodocus Metzlerus, Monachus Sangallensis, scripsit anno. 1606. Libros. II. de Viris Illustribus Monasterij S. Galli, vulgatos Tom. I. Anecdotorum Bernardi Pez, Parte. III. pag. 557. 626.

pag. 76.

Michael, sive Marcus Antonius Michael, Patricius Venetus, scripsit anno. 1516. Descriptionem agri et Urbis Bergomatis, quę cum Francisci Bellafini De origine et temporibus sive fatis Urbis Bergomi, prodijt Venet. 1532. 4. atque inde Tom. IX. Thes. Script. Ital. Burmanniani.

pag. 77.

Michael Ritius, Patricius Neapolitanus, Iurisconsultus, et Ludovici XII. Galliarum Regis a consilijs, ejusque ad Iulium II. Pont. Orator, de quo vide Vossium de Hist. Latinis, pag. 667. edidit Romæ anno 1505. Libros III. de Regibus Francorum. Eiusdem sunt Libri III. de Regibus Hispaniæ; quos perduxit usque ad Philippum, Caroli V. patrem. Composuit etiam Librum unum de Regibus Hierosolymorum, et de Regibus Neapolis et Siciliæ Libros IV. Item de Regibus Hungariæ Libros II. quos ex Bonfinij primis Decadibus tribus contractos, cum Bonfinij Historia conjungere consueverunt. Post Mediolanensem, et Basileensem 1517. 4. aliasque tres editiones, sexta editio horum Ritij scriptorum, lucem vidit Neapoli. 1645. 4.

pag. 78.

Michas Madius de Barbazanis de Spalato scripsit Chronicon de gestis Pontificum et Imperatorum. Quod non integrum, sed Partem secundæ Partis ab anno 1290. ad 1330. vulgavit Ioannes Lucius in Historia Dalmatica pag. 370. 380.

pag. 80.

Mindensis Ecclesiæ Chronicon, Auctore Anonymo ab anno 780. ad 1474. extat Tom. I. Script. Rer. Germ. Meibomij, pag. 550. 574.

pag. 81.

Misnensis terræ Chronica desinentia in annum 1486. extant Tom. II. Actor. Litterar. Fasciculo 7. Burchardi Gotthelf Struvij, Ienæ. 1720. 8. una cum Annalibus Vetero-Cellensibus Historiam Misniæ Marchionum complexis usque ad annum 1375. Prodiere utraque non sine Auctario, Tom. II. Rer. Germ. Menckenij, pag. 313. 317. addito Tom. III. pag. 165. seq. alio Misnensi Chronico, ab anno 1301. ad 1497. Vide ibi, pag. 55. 64.

pag. 82.

Moguntinas Res medij et recentioris ævi præclare illuminatas accepimus a duumviris Clariss. Georgio Christiano Ioannis, et Valerio Ferdinando Gudeno Tomis III. fol. Prodijt Tomus postremus Francofurti. 1727.

pag. 84.

Moissiacense Chronicon, sive ex illo Chronico Excerpta, ab initio Regni Francorum ad annum 819. Extat Tom. III. Script. Rer. Franc. du-Chesnij pag. 130. 148. Et ex Moissiacensis Cœnobij Codice Chronologia et Series Regum Gothorum, qui tam in Gothia Gallica, quam in Hispanijs regnarunt, usque ad Caroli Martelli tempora, extat in ejusdem du-Chesnij Tom. I. pag. 818. 820. Moissiacense Monasterium celebre in Gallia, in Diœcesi Cadurcensi, Ordinis Benedictini.

pag. 85.

Monachus Florentinus, Archiepiscopus Acconensis, sive Ptolemaidis in Phenicia, De recuperatione anno 1191. Ptolemaide, editus a Basilio Ioanne Heroldo Basil. 1564. fol. cum Guilelmo Tyrio.

pag. 86.

Monsterbergius, sive Ioannes Monsterbergius, Monachus Chemnicensis, Auctor vel Continuator Chronici Chemnicensis, cujus Fragmentum ab anno 1408. ad 1516. ex Codice Petri Albini, hodie Archivi Dresdensis, vulgavit Car. Menckenius Tom. III. Script. Rer. Germ. pag. 157. 159.

Montaldo, sive Adamus de Montaldo, Genuensis, Ord. Eremitarum S. Augustini, circa annum 1480. Scripsit De laudibus Familię de Auria. Quod scriptum publici juris fecit Car. Muratorius Tom. XXIII. Rer. Italic.

pag. 87.

Montignius, sive Nicolaus Montignius, ex Canonico Viconiensis Ecclesię in Hannonia, Abbas Monasterij de Castello S. Martini ad Scarpum fluvium prope Montigneam. Scripsit Annales, sive Supplementum Annalium Monasterij Viconiensis ab anno 1217. usque ad sua tempora: Historiam martyrij et translationis Sanctarum undecim millium Virginum: De miraculis S. Blasij: Memoriale reliquiarum Viconiensis Ecclesię. Vulgavit hęc omnia P. Martene Tom. IX. Veter. Monument. pag. 296.

pag. 88.

Morena, sive Otho Morena, Lotharij III. et Conradi II. Legatus. Scripsit Historiam Rerum Laudensium in Ducatu Mediolanensi, cui ultimam manum addidit filius, Acerbus Morena. In hac Historia illustrantur res gestę a Friderico I. Imperat. ab anno 1153. ad 1168. Prodijt primum Venet. 1639. fol. curante Felice Osio, ac ejusdem Notis illustrata. Deinde Tom. III. Thes. Antiquit. Italię Grevriani, et Tom. I. Script. Brunsvic. Leibnitij pag. 806. Postremo ex Codicibus Biblioth. Ambros. multa variantibus, cum Editione Osiana ex adverso posita, et ejusdem Osij Notarum loco, adiunctis novis Notis Iosephi Antonij Saxij, prodijt Tom. VI. Rer. Italicar. Muratorij.

Morigniacense Chronicon, idest Maurigniacensis Monasterij in Diœcesi Senonensi, auctoribus Theulfo et alijs Monachis, Libris II. ab anno 1108. ad 1147. Prodijt Tom. IV. Script. Rer. Franc. Andreę du-Chesne pag. 359. 389.

pag. 89.

Morimundensis Cœnobij, Ord. Cisterciensis a Papiensibus desolati anno. 1237. Historia a synchrono scripta, edita ab Ughello Tom. IV. Ital. Sacræ, pag. 183. 196.

Morus, sive Thomas de la Moor, Miles sive Nobilis Anglus. Scripsit Commentarios de Vita et nece Eduardi. II. Angliæ Regis ab anno. 1307. ad. 1326. Gallico idiomate. Extant Latine ex versione Walteri Bakeri inter Script. Rer. Angl. Cambdeni Francof. 1602. fol.

Mosomensis Monasterij Ord. Benedict. in Diœcesi Remensi Chronicon. Extat Tom. VII. Spicileg. Dacheriani pag. 623. ab anno. 971. ad. 1033. cum Appendice ad annum. 1212. et Tom. II. novæ Editionis, pag. 561. 573.

pag. 91.

Murensis Cœnobij, Ord. Benedict. in Helvetia Origines circa annum. 1130. et Acta Fundationis. Extant Tom. II. Script. Rer. Bamberg. Io: Petri de Ludewig, pag. 399. Francof. 1718. fol.

pag. 92.

Mutinenses Annales ab anno. 1131. ad 1336. vulgavit Muratorius Tom. XI. Rer. Italic. pag. 53.

Mutinensis Urbis descriptionem subiunctam Vitæ S. Geminiani, Episcopi Mutinensis, auctore Anonymo, qui circa annum. 910. floruit, edidit idem Muratorius Tom. II. Rer. Italic. Parte. II. pag. 691.

Mutius, sive Huldricus Mutius, Professor Basileensis, scripsit Chronicon ex probatioribus Germanicis Scriptoribus in Latinam Linguam translatum, atque Germanorum origines, mores, instituta, leges, et memorabilia pace belloque gesta, usque ad mensem Augustum anni. 1539. Libris. XXXI. persequutus est. Prodijt Basil. 1539. et Tom. II. Script. Rer. Germ. Pistorij, Francof. 1584. 1613. et Ratisbonæ. 1726. fol.

Liber. XIII.

Naldus Naldius Florentinus, circa annum 1470. Historicus et Poeta. Scripsit Vitam Iannotij Manetti. Prodijt Tom. XVIII. Rer. Italic. Muratorij et Tom. IX. Thesauri Burmanniani.

pag. 94.

Nazariani Annales breves de rebus Francicis ab anno. 707. ad. 790. scripti in Cœnobio Laurishamensi ad Rhenum, in quo S. Nazarij Corpus collocatum traditur. Prodiere inter Script. Rer. Franc. Freheri: inde in du-Chesnij Tom. II. pag. 3. 6. Et ex pleniore Codice Guelpherbytano, curante Struvio, inter Annales Fuldenses et Chronicon Laurishamense, in nova Editione Script. Rer. Germ. Freheri Tom. I. pag. 71. 82.

Nebrissensis, sive Ælius Antonius Nebrissensis, vulgo de Lebrixa, inter primos litterarum instauratores in Hispania, diem obiit Compluti apoplexia correptus, anno·1522. ætatis·77. die·2. Julij. Inter cetera scripsit Rerum a Ferdinando Catholico et Elisabetha, Hispaniarum Regibus gestarum, Decades duas, sive potius Decadis primæ Libros·VII. primores, et Decadis secundæ Libros·IV. primores, sive tres cum parte quarti, desinente in anno·1485. Scripsit quoque Belli Navaricensis, sive Navarrensis, sive de occupata anno·1512. Navarra superiore, Libros·II. Majori diligentia et fide, quam dictionis elegantia scripsisse, testatur Io: Mariana Lib.XXVI. Hist. Hisp. Cap.V. Profitetur sane ipsemet in Prologo ad Ferdinandum scripto anno·1509. se ijs quæ tradit interfuisse, vel illa accepisse ab ijs qui præsentes interfuere. Prodijt Granatæ utrumque Opus·1545. fol. una cum Roderici Archiepiscopi Chronicis. Deinde Tom·II. Script. Rer. Hispanic. Roberti Beli, Francof.·1579. et Tom·I. Hispaniæ Illustratæ Andreæ Schotti, Francof.·1603.

pag·96.

Nennius, Bannochorensis Cœnobij Monachus, postea Abbas circa annum·620. sive quispiam alius scripsit Eulogium Britanniæ, sive Historiam Britonum. Capitibus·LXV. Prodijt inter Scriptores XV. Galei Tom·I. pag·93·115. cum duplici Appendice pag·116·118. Excerpta ex Nennio de Anglo-Saxonum introitu in Britanniam exhibet etiam Leibnitius Tom·I. Script. Brunsvic. pag·32·40. cum Notis suis.

pag·97.

Nerius Capponius, nobilis Florentinus, Cini Capponij filius Monumenta Historica de rebus Florentinorum, quæ Pater ab anno·1378. ad 1419. deduxerat, continuavit ad annum·1456. Utriusque lucubrationes vulgavit Muratorius Tom·XVIII. Rer. Italic. addita Tom·XX. Vita Nerij Capponij, scripta a Bartholomæo Platinensi.

Nerius Donati filius, cujus et Patris Annales Senenses ab anno·1352. ad·1381. sed Italice scriptos, vulgavit idem Muratorius Tom·XV. Rer. Italic.

pag·106.

Nicolaus de Braja, post obitum Ludovici·VIII. Francorum Regis, qui ab anno·1223. ad·1226. præfuit, scripsit ejus Gesta Carmine Heroico, quod dicavit Guilelmo Arverno, ab anno·1228. ad·1248. Parisiensi Episcopo. Prodijt Tom·V. Script. Rer. Franc. Francisci du-Chesne, pag·290·322.

Nicolaus Botrontinensis, sive Buthroti in Albania Episcopus, natione Germanus, scripsit ad Clementem. V. Relationem de Itinere Italico Henrici. VII. et de rebus ab anno. 1310. ad. 1313. quibus ipse vixit. Edidit Baluzius Tom. II. pag. 1143-1230. Paparum Avenionensium; atque inde Muratorius Tom. IX. Rer. Italic.

Nicolaus Cantolupus, vulgo Cantilowe, Anglus Carmelitarum Prior, obijt Northamtoniæ, anno 1441. Scripsit Historiam de Antiquitate et Origine Universitatis Cantabrigiensis. Prodijt Londini 1719. 8. cum Thomæ Sprotti Chronico, curante Thoma Hearne.

pag. 107.

Nicolaus Canussinus, Cividalensis, sive Forojuliensis circa annum. 1516. scripsit Res Cividalenses in Libro de Patriæ restitutione adversus Sabellicum. Scriptor ineditus, atque non notus, nisi ex Vossio, pag. 682.

pag. 108.

Nicolaus de Curbio Ord. Minor. postea Episcopus Asisinatensis, scripsit Vitam Innocentij. IV. ab anno. 1243. ad. 1254. Papæ. Prodijt Tom. VII. Miscell. Baluzij pag. 353. 403.

pag. 112.

Nicolaus de Iamsilla, Gibellinorum addictus partibus, scripsit Historiam de rebus gestis Friderici. II. Imperat. et filiorum Conradi et Manfredi ab anno. 1210. ad. 1258. Prodijt Tom. VIII. Ital. Sacræ Ughelli, pag. 752. et Tom. X. novæ Editionis pag. 562. Deinde Tom. I. Corporis Medij Ævi Io: Georg. Eccardi pag. 1025. et Lacunis quibusdam suppletis, Tom. II. Biblioth. Siculæ Carusij pag. 675. At melior denique et integrior Tom. VIII. Rer. Italic. Muratorij, pag. 489. qui nomen Auctoris etiam restituit, docuitque Supplementum de rebus gestis ejusdem Manfredi, Caroli Andegavensis et Conradini Regum ab anno. 1258. ad. 1265. deberi Sabæ Malaspinæ scriptori Guelphicarum partium, de quo supra pag. 10. Vide Tom. II., pag. 207.

pag. 113.

Nicolaus Lanckmann de Falckenstein, Capellanus Cæsareus, et Orator in Portugalliam, scripsit Historiam Desponsationis Friderici. III. factæ anno. 1451. cum Eleonora Lusitanica. Prodijt Augustæ Vindelic. 1503. 8. atque inde Tom. II. Script. Rer. Germ. Freheri, pag. 51.

pag. 125.

Nicolaus Rosselli, illustriori Cardinalis Aragonij nomine notior, ex Balearium Insula Majoricensi, Ordinis Prędicat. Magister in Theologia, et Lector in Conventu Barcinonensi: et ab anno. 1351. Inquisitor in Aragonia Generalis: et ab anno. 1356. ad. 1362. S. R. E. Cardinalis. Servatur in Bibliotheca Canonicorum Majoris Ecclesię Urbis Lucensis Codex MS. ejusdem Cardinalis hoc Titulo: Excerpta ex varijs Libris Romanę Curię per Nicolaum Cardinalem Aragoniensem. Inter hęc Excerpta extant n.[ro] XXXII. Gesta Romanorum Pontificum, quę ex Chronicis alijsque Libris et Chartis Apostolici Archivi Cardinalis Aragonius collegit, desumpsitque Vitas Romanorum Pontificum, sed non omnium. Illi enim, quorum Vitam digessit, sunt Leo. IX. Stephanus. IX. Nicolaus. II. Alexander. III. Gregorius. VII. Hinc omisso Victore. III. et Urbano. II. Paschalis. II. Gelasius. II. Calixtus. II. Honorius. II. Innocentius. II. Cęlestinus. II. Lucius. II. Eugenius. III. Anastasius. IV. Adrianus. IV. Alexander. III. et omissis deinde reliquis, Gregorius. IX. Omnes hasce Romanorum Pontificum Vitas ex Cardinali Aragonio vulgavit Clar. Muratorius Tom. III. Rer. Italic. pag. 274.

pag. 131.

Nicolaus Smeregus, Notarius Vicentinus de Burgo Berice, scripsit Chronicon Vicentinum ab anno. 1200. ad. 1279. cum Continuatione Anonymi ad annum. 1312. Prodijt Venet. 1636. fol. ex recensione Felicis Osij una cum Albertino Mussato alijsque, curante Laurentio Pignorio. Deinde Tom. VI. Thes. Scriptor. Italię Burmanniani Lugd. Bat. 1722. fol. Et ex duobus Codicibus Bibl. Ambrosianę castigatum, Josephi Antonij Saxij studio, Tom. VIII. Rer. Italic. Muratorij, Mediol. 1726. fol.

Nicolaus Specialis, Netinus, Senior, Friderici. II. Regis Sicilię ad Benedictum. XII. Papam Legatus, scripsit Historię Siculę Libros. VIII. quibus Bella inter Reges Sicilię et Aragonię gesta ab anno. 1282. ad. 1337. continentur. Prodiere in Stephani Baluzij Appendice ad Marcam Hispanicam Petri de Marca, Paris. 1688. fol. pag. 597. Deinde Tom. XI. Rer. Italic. Muratorij, Mediol. 1727. fol. et Parte. V. Thesauri Antiquitatum Sicilię Burmanniani, Lugd. Bat. 1722. fol. et Tom. II. Biblioth. Historicę Regni Sicilię Jo: Baptistę Carusij, Panormi. 1723. fol.

In eodem Codice Lucensi MS. n.[ro] IX. hęc habentur:

Donatio facta Innocentio. III. et Romanę Ecclesię per Joannem Regem Anglię ~~...~~ de toto Regno Anglię, et Insulę Hibernię: quę deinde due, Rex et sui Successores tenebunt in Feudum ab Ecclesia Romana, cujus erunt Vassalli et Feudatarij sub censu annuo mille Marchorum Sterlingorum, quę faciunt quatuor millia Florenorum, quę Donatio facta fuit per modum satisfactionis et emendę concordi consilio omnium Baronum et Nobilium Anglię et Hibernię in Londonis apud. S. Paulum. 13. Octobris. 1213. Regni Joannis. XIV.

pag. 132.

Nicolaus de Syghen, Professor Erfurtensis circa annum. 1470. Continuator Chronici Lamberti Schafnaburgensis ab anno. 1068. ad. 1352. Prodijt cum eodem Lamberto in Script. Pistorij Francof. 1583. 1613. et Ratisbonę. 1726. fol.

Nicolaus Tegrimius, Lucensis Patricius scripsit Vitam Castruccij Castracani, Lucensis Urbis Domini, sive Tiranni. Prodijt Mutinę 1496. 4. Paris. 1546. 16. et Tom. XI. Rer. Italic. Muratorij. Demum Lucę. 1742.

pag. 133.

Nicolaus Trivettus, Anglus, Ord. Prędicat. diem obijt proximus septuagenario anno. 1328. Scripsit Historiam Plantagenistarum, sive Sex Regum Anglię Stephani, Henrici. II. Richardi. I. Joannis, Henrici. III. et Eduardi. I. a Comitibus Andegavensibus originem ducentium, sive Annales ab anno. 1136. ad. 1307. in quibus gesta Anglicana potissimum persequitur, ita tamen ut Pontificum, et Imperatorum res, Regumque Gallię plerumque conferat. Prodijt Tom. VIII. Spicileg. Dacheriani, et Tom. III. novę Edit. pag. 143. 231. Novissime vero separatim Oxonię. 1719. 8. curante Antonio Hallo.

pag. 136.

Niem, sive Theodorus de Niem, aut Nihem, Westphalus Germanus, per annos XXVII. et amplius Curiam Romanam sectatus, sub quinque Pontificibus, Gregorio. IX. Urbano. VI. Bonifacio. IX. Innocentio. VII. et Gregorio. XII. ex Clerico Lucensi, et Litterarum Apostolicarum abbreviatore, Episcopus electus Verdensis, contra Ottonem, Magni, Ducis Brunsvicensis filium: quo prevalente Romam reversus, et Episcopatus Cameracensis dignitate ornatus, diem obijt in Concilio Constantiensi ante annum. 1417. Scripsit Libros. III. de Schismate, quibus res ab anno. 1378. ad. 1410. laudato studio persequitur. Prodiere Norimb. 1532. fol. Basil. 1560. fol. addito Libro. IV. Omnes recusi, Basil. 1566. Norimb. 1592. Argent. 1608. 1629. Scripsit quoque De necessitate reformationis Ecclesię in Capite et Membris. Prodijt Tom. I. Concilij Constantiensis Hermanni ab Hardt, Parte. VII. Eius quoque extat Exhortatio ad Rupertum Regem Romanorum, ut a diuturno somno excitatus Pontificum Schisma extirpet, et Imperij iura reformet, apud Goldastum Tom. II. de Monarchia Imperij pag. 1381. 8. 1384. 6. Extant preterea ejusdem Privilegia sive jura Imperij circa Investituras Episcopatuum et Abbatiarum, restitutas per Papas Imperatoribus Romanis, et simul varię Historię ad eorum illustrationem utiles, in Sylloge Simonij Schardij de Iurisdictione Imperiali, Basil. 1566. pag. 785. 859. Argent. 1609. 1618. 4. Extant et Vitę Pontificum Romanorum a Nicolao. IV. ad Urbanum. V. una cum Continuatione Anonymi ad annum. 1418. additis Imperatorum Gestis, Tom. I. Corporis Script. Medij Ævi Io. Georg. Eccardi pag. 1461. 1550. Quanquam diversum ab Auctore Librorum de Schismate Vitarum harum auctorem putet hic Io. Dom. Mansi. Extat demum Historia et Vita Ioannis. XXIII. Papę. Prodijt Francof. 1620. 4. curante Henrico Meibomio avo. et Tom. I. Script. Rer. Germ. Henrici Meibomij nepotis, pag. 5. 30. Helmstadij. 1688. fol.

pag. 139.

Niger, sive Julius Niger, Ferrariensis Soc. Jes. defunctus anno. 1720. ætatis. 72. cujus extat postuma Historia de Scriptoribus Florentinis. Prodijt Ferrariæ. 1722. fol.

pag. 140.

Nithardus S. Angilberti filius, Caroli Magni ex Bertha filia nepos, quem Scriptores Gallici olim sibi persuaserunt fuisse Monachum, quin et Abbatem S. Richarij Ord. Ben. in Galliæ Diœceseos Ambianensis, atque in prælio adversus Danos extinctum, anno. 853. nulla alia conjectura, nisi quod ejus Cadaver eamdem cum Angilberto patre suo, Abbate S. Richarij sepulturam habuerit. At Historiæ Litterariæ Gallicæ Scriptores Tom. V. pag. 205. cum ex vulnere in bello accepto Nithardum obijsse constet, multo probabilius hinc suspicantur, Militem egisse, atque obijsse, quo tempore Normanni Neustriam et Ambianensem tractum hostiliter excurribant anno. 858. vel. 859. Caspare Barthio judice, Lib. XLVI. Advers. Cap. IX. cordatus fuit Scriptor et prudens, proque iis temporibus egrigie disertus, qualem sane decuit virum tanto genere oriundum, tanta rerum experientia subnixum: nam et Legationibus inter filios Ludovici Pij functus est, et turmis nonnullis a partibus Caroli Calvi præfuit hic Nithardus, satis cætera laudatus, modo odio in Lotharium minus indulgeret suo.

Scripsit ad fratrem Lotharij, Carolum Calvum, ut videtur, De dissensionibus filiorum Ludovici Pij Libros. IV. ab anno. 814. quo Carolus Magnus obijt, ad annum usque. 843. Prodiere inter Scriptores. XII. Petri Pithoei, Parij. 1588. Francof. 1594. 8. Inde emendatiores ex MS. Alexandri Petavij, Tom. II. Script. Rer. Franc. Andreæ du-Chesnij, pag. 359. denique in Script. Rer. Germ. quos Æneæ Silvio de Rebus Friderici. III. subiecit Jo: Georgius Kulpisius Argentorati. 1685. et. 1702. fol. pag. 82.

pag. 141.

Nogarola, sive Ludovicus Nogarola, Comes Veronensis. Extat ejus Epistola ad Adamum Fumanum, Canonicum Veronensem, De Illustribus Italis, qui Græce scripserunt. Prodijt Cantabrigiæ. 1671. 8. curante Thoma Galeo: et Hamburgi. 1709. 8. curante Fabritio nostro.

pag. 142.

Nordgaviensium Antiquitatum Codex Diplomaticus, sive Diplomata. CCCCXX. quibus res Episcopatus Aureatensis, sive Eichstettensis in Franconia Germaniæ, usque a Sæculo. VIII. quo condi illum contigit, præclare illustrantur, prodiere Francof. 1733. fol. curante Jo: Henrico de Falckenstein, Consiliario, et Nobili Aulico Eichstettensi.

pag. 143.

Notkerus, sive Notgerus Balbulus, Monachus Sangallensis, obijt anno. 912. Scripsit De Interpretibus divinarum Scripturarum. Prodijt Tom. I. Anecdotor. Bernardi Pez, pag. 17. 41. Scripsisse etiam putatur Libros. II. de Vita Caroli Magni, qui prodiere Tom. II. Antiquar. Lect. Canisij, Edit. Basnagianæ, pag. 57.

pag. 145.

Notkerus Labeo, Monachus Sangallensis, defunctus anno. 1022. auctor veteris Theoticæ versionis atque expositionis Psalmorum Davidis, Canticorum Biblicorum, Symboliique Apostolici atque Athanasiani; quam Latine redditam a Ioanne Schiltero, recensuit, vulgavitque Io. Georgius Scherzius Tom. I. Thes. Antiquitatum Teutonicarum, Ulmæ. 1727. fol.

pag. 146.

Novaliciensis Monasterij Chronicon, Ord. Benedict. ad radices montis Cenisij in Segusina Italiæ Valle, vulgo la Novalesa, scriptum circa annum. 1060. Ex quo Fragmentum de expeditione Caroli Magni in Longobardos, et alijs ejusdem in Italia gestis, et de obitu ejus ac Sepulchro per Ottonem. III. Imperat. visitato, exhibet Andreas du Chesne Tom. II. Script. Rer. Franc. pag. 223. 229. atque alia Fragmenta ex Libro. IV. V. et VI. ab anno. 906. ad. 1024. pag. 635. 654. Integriora cum emendationibus extant Tom. II. Rer. Italic. Muratorij, Parte. II. pag. 694.

pag. 147.

Nuenarius, sive Hermannus Comes Nuenarius, sive de Newenare, Neætius, sive de nova Aquila, Canonicus primum, deinde Præpositus Coloniensis diem obijt anno. 1530. in Comitijs Augustanis. Extat ejus Brevis Narratio de origine et sedibus Francorum in Gallia Belgica; vulgata sæpe cum Eginhardo, et in Collectione Script. Germ. Hervagiana Basil. 1532. fol. et in Andr. du Chesne Tom. I. Script. Rer. Franc. pag. 172. 175.

Liber. XIV.

pag. 148.

Obbo, sive Otto, alijs Ouvo, Obo, Presbyter Ravennatensis sub initia Seculi. XIII. Scriptor Historiæ universalis sui temporis, quam cum Annalibus Venetis conspirantem in rebus Alexandri. III. Papæ et Friderici. I. Imperat. sequi se profitetur Sabellicus Ennead. IX Lib. V. Tom. II. Opp. pag. 719. 720. Loca ex ejus Operis adhuc inediti Libro. VII. et. VIII. produxere Hieronymus Bardus Florentinus, et Fortunatus Olmus sive Ulmus Casinensis. Ex utrisque vero Thomas Reinesius Epist. LVII. ad Rupertum, pag. 517. seq.

pag. 150.

Odericus, sive Odoricus de Forojulio, sive e Portu Naonis, Oppido Forijulij, Ord. Min. defunctus Utini anno. 1331. Scripsit Historiam Peregrinationis suæ, sive Itinerarij sexdecim annorum per partes sive Regiones Infidelium. Extat Tom. III. Annalium Wallingi ad annum. 1331. n. XI. et Tom. I. Ianuarij pag. 986. 991. ac Tom. I. Aprilis. I. pag. 52. apud Bollandum. Scripsisse fertur et Chronicon a Mundi exordio ad finem ferme Pontificatus Joannis. XXII. At Baluzius Tom. I. in Notis ad Papas Avenionenses, Col. 411. Chronicon istud Odorico nostro abjudicat. Vide tamen quæ Baluzio opponit Io: Joseph Liruti Tom. I. de Forijulij Litteratis, pag. 290.

pag. 151.

Odericus, sive Oldericus Vitalis, Scriptor eximius, composuit Historiæ Ecclesiasticæ, sive ut ipse vocat, Uticensis, Libros. XIII. a Christo nato, ad annum. 1087. sive. 1097. Ex hoc Olderico sive Orderico multas ad supplendos Annales Ecclesiasticos se mutuasse testatur Antonius Pagi ad annum. 1141. n. 7. Prodijt in Script. Rer. Normann. Andreæ du-Chesnij Paris. 1619. fol. pag. 319. 925.

pag. 15[illegible].

S. Odilo Abbas Cluniacensis, defunctus anno 1049. scripsit Vitam S. Adheleidis Imperatricis, cui morienti ipse adfuit die. 16. Decembris. anni 999. et Librum de ejusdem miraculis. Extat Tom. III. Ant. Lect. Canisij pag. 73. Edit. Basnag. et Tom. I. Script. Brunsvic. Leibnitij, pag. 262.

pag. 158

Odo Monachus Fossatensis, scripsit anno. 1058. Vitam Domni Burchardi Comitis Melodunensis, apud Hugonem Capetum, et Robertum ejus filium gratiosi, et anno. 1012. defuncti. Extat Tom. IV. Script. Rer. Franc. du Chesnij pag. 115.

pag. 160.

Odo Tusculanensis Episcopus, cujus Epistola ad Innocentium IV. Papam de gestis anno. 1249. in Insula Cipro contra Infideles ab Exercitu Christiano. Extat Tom. VII. Spicil. Dacheriani pag. 213. et Tom. III. novæ Edit. pag. 624.

Odorannus Monachus S. Petri Vivi Senonensis Ord. Bened. scripsit anno. 1045. scripsit Chronicon ab anno. 675. ad. 1032. Extat Tom. II. du Chesnij, pag. 636. 641. Fragmentum ediderat P. Pithœus in XII. Scriptor. pag. 214. 215.

pag. 162.

Olivarius, sive Oliverius, Westphalus, ex Canonico Paderbornensi Scholasticus Coloniensis, et ab anno 1223. Episcopus Paderbornensis, denique ab anno 1226. Episcopus Sabinensis et Cardinalis. Extat ejus Epistola de captione Damiatæ, et de iis quæ vidit in Oriente gesta, ad Engelbertum Archiepiscopum Coloniensem, recusa in Bongarsij Gestis Dei per Francos, pag. 1185–1219. Extat præterea ejus Historia Regum Terræ Sanctæ ab anno 1095. ad 1212. Prodijt Tom. II. Corporis Script. Medij Ævi Io: Georg. Eccardi, pag. 1355–1399. Sed quæ ibi pag. 1397–1450. subjicitur Historia Damiatina, divisa Capitibus XLV. et usque ad annum 1332. producitur, a Capite XI. ad XIX continet Olivarij Epistolam, non appellato ejusdem nomine.

pag. 165.

Onufrius Panvinius, Veronensis, Eremita Augustinianus, obijt Panormi anno 1568. 18. Cal. Aprilis, cum ætatis annum 39. tantummodo attigisset. Pater Historiæ Romanæ, Pater omnis Historiæ, Vir ad omnes et Romanas et Ecclesiasticas antiquitates eruendas natus, antiquarum helluo Historiarum, a viris doctis appellari consuevit.

Extant sequentia ejus Opera:

Augustiniani Ordinis Chronicon, a S. Augustino ad annum 1550. excusum Romæ, apud Ant. Bladum in 4.

Chronicon Rom. Pontificum a S. Petro usque ad sua tempora, editum sæpius cum Platina.

Chronicon Rom. Pontificum et Cardinalium a Leone IX ad Paulum IV. creatorum. #

De Episcopatibus, titulis et Diaconijs Liber, cum superiori Chronico excusus Venet. 1567. 4. Paris. 1609. 4.

Chronicon Ecclesiasticum a Iulij Cæsaris temporibus ad Maximil. II Coloniæ 1568. fol. Lovan. 1573. fol.

Platina de Vitis Pontificum restitutus, cum addit. Pontificum a Sixto IV. ad Pium IV. Venet. 1557. 4. 1562. 4. Lovanij 1572. fol. aliisque pluries.

De primatu Petri, et Apostolicæ Sedis potestate contra Centuriarum Magdeburgensium Auctores Libri III. Veronæ 1589. 4. Venet. 1591. 4. et Tom. XVII. Biblioth. Pontificiæ Io: Thomæ Roccaberti.

De Bibliothecæ Vaticanæ initiis, Bibliothecariorum et Custodum Catalogus. Tarraconæ 1587. 4. et in Ioach. Io: Maderi Syntagmate de Bibliothecis Helmst. 1666. et 1702. 4.

Elogia et Imagines XXVII. summ. Pontificum. Romæ 1568. fol. Antverp. 1572. fol.

Imagines Imperatorum XXIV. a Iulio Cæsare. Romæ 1578. fol.

Fasti Magistratuum Libris V. a Romulo ad Ferdinandum I. Fastorum Appendix, qua sex alij Fasti Consulares Auctoris excusi sunt. Fasti continentes M. Verrij Flacci consularia et Triumphalia Fragmenta, Cassiodori, Prosperi, Incerti Auctoris, et Marcellini Comitis Chronica. Libri III. unus De Ludis secularibus, alter De Sibyllis, tertius De antiquis Romanorum nominibus et familiis. Prodiere hæc omnia Venet. apud Valgrisum. 1558. 1573. fol. et Heidelberg 1588. fol. Liber de Ludis separatim Tom. IX. et de ant. Rom. Nom. Tom. II. Ant. Rom. Grævij.

Resp. Romana, idest Urbis, Civitatis et Imperij Commentariorum Libri III. Venet. 1558. 8. Paris. 1588. 8. et Grævij Tom. I pag. 193. Tom. III. p. 204.

Eorum quorum maxima in Italia Imperia fuere a Cæsare ad Ferdinandum I. Libri III. Basil. apud Oporinum. 1558. fol.

De Comitijs Imperij, et potestate Imperatoris Liber. Basil. 1558. fol. De Antiq. Christian. in Urbe Basilicis, sive de septem Ecclesijs. Rom. 1570. 8. Col. 1584. 8.

De Urbis Romæ Stationibus, ad calcem Platinæ, ut supra editi. Antiquitatum Veronensium Libri VII. additio VIII Inscript. Veronæ 1647. fol.

De Ludis Circensibus Libri II Antverp. 1596. Ven. 1600. Paris. 1601. De Triumpho Liber, ibidem, et Tom. IX. Thes. Grævijani.

Descriptio Triumphi Romanorum Antverp. 1556. 4. De ritu sepeliendi mortuos apud Vet. Christianos, et de Cœmiterijs, etc. cum Chron. Eccl. et Pont. Vitis.

De Baptismate Paschali origine et ritu consecrandi Agnos Dei. Romæ 1560. 4. 1630. 8.

Baluzius Tom. I. de Papis Avenionensibus, hæc habet de hoc Onufrij Opere pag. 751: Ego sane scio Onuphrium sæpe errasse in Opere suo de Pontificibus Romanis et Cardinalibus. Et tamen non facile ab ejus opinionibus discedo, quando mihi testimonia non suppetunt adversus ea quæ ab illo traduntur. Puto enim deberi magnam Viro doctissimo reverentiam.

Annalium Ecclesiasticorum Volumina duo, sive Centurias duas primores delineasse traditur Onufrius, quas deinde perfecit atque elaboravit Cæsar Baronius. Emanuel Schelstratenus se evolvisse innuit Onufrij autographon in Biblioth. Vaticana.

pag. 181.

Otbertus Dux Bullonij, Episcopus Leodiensis ab anno. 1091. ad. 1119. Eius Epistola de Vita et obitu Henrici. IV. Imperatoris, et Ducis Bavariæ, extat apud Goldastum in Apologia pro Henrico. IV. Hanov. 1611. 4. pag. 204. 207.

pag. 186.

Otto Frisingensis Episcopus ab. anno 1138. ad. 1156. post quem abdicato munere Episcopali, Monachus Cisterciensis, et in Cœnobio Burgundiæ Murimundensi Abbas diem obijt anno 1158. Fuit Henrici. IV. Imperatoris nepos, ac filius S. Leopoldi Marchionis Austriæ, et Agnetis Henrici. V. Imperatoris Sororis; quæ nupta postmodum Friderico Suevorum Duci, ex eo Fridericum peperit patrem Friderici. I. Imperatoris, et Conradum Germaniæ Regem, ac huius nominis tertium Imperatorem. Igitur uterinus frater fuit Conradi. III. et patruus Friderici. I. Ænobarbi Imperatorum.

Scripsit Chronicon Rerum ab initio Mundi usque ad annum. 1146. gestarum Libris. VII. ad Singrimum, subiuncto Libro. VIII. de fine Mundi, Antichristi persecutione, Resurrectione mortuorum, Iudicio finali, Gloria Beatorum atque Supplicijs Damnatorum. Libro. VII. Cap. XI. hæc habet Otto: Hucusque tam ex Orosij quam Eusebij et eorum qui post ipsos usque ad nos scripserunt Libris, lecta posuimus. Cæterum quæ sequuntur (ab anno 1106. quo Henricus. V. patrem exuit Imperio) quæ recentis memoriæ sunt, a probabilibus Viris tradita, vel a nobis ipsis visa et audita ponemus. Scripsit præterea Libros. II. de gestis Friderici. I. Barbarossæ, eius nepotis usque ad annum. 1157. Præclarum est Æneæ Silvij de Ottonis fide testimonium, in Historia Friderici. III. in qua profitetur eundem licet hostibus Pontificum tam arcto nexu iunctum, tamen Historiæ legem ita servasse, ut neque cognatio veritati, nec cognationi veritas officeret.

Utrumque Opus vulgavit Argentorati. 1515. fol. Ioannes Cuspinianus, adiuncta Appendice Radevici in Libros. II. distributa usque ad annum. 1160. Recusa Basileæ. 1569. fol. addito Gunthero, et Melanchthonis Præfatione. Denique Christianus Urstisius recudit Tom. I. Script. Rer. Germ. Basil. 1584. Francof. 1670. fol. addita Continuatione Ottonis de S. Blasio Capitibus. LII. constante usque ad annum. 1212. et Radevico Appendice Anonymi annorum. XI. et Epistola de Asiatica Friderici expeditione in Terram Sanctam, obituque. 10. Junij. 1190.

pag. 187.

Otho Kultzing, Ord. Præmonstr. Præpositus in Hilgenthal anno. 1423. De fundatione et translatione Monasterij sui in Luneburg, extat Tom. II. Script. Brunsvic. Leibnitij. pag. 383.

pag. 192.

Paltrami, sive Vatzonis, Consulis Viennensis, Chronicon Austriacum a nato Christo ad annum 1301. inde a Nicolao Vischel, Cœnobita Sancrucensi Ord. Cisterc. in Austria inferiore continuatum ad annum 1310. et ab Anonymo ad annum 1454. Extat Tom. I. Script. Rer. Austr. Hieronymi Pezij pag. 707. 778.

pag. 194.

S. Pantaleonis Monachorum Coloniensium Ord. Benedict. Chronicon Regium ab Orbe condito scriptum primum a Collectore tempore Ottonum, Sæculo X. postea continuatum a Papia Grammatico Lombardo ad annum 1162. de quo Papia vide in Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 462. Extat Tom. I. Scriptor. Medij Ævi Io: Georgij Eccardi, pag. 683. 944. Continuavit deinde hoc Chronicon ab anno 1162. ad 1237. Godfridus Monachus S. Pantaleonis, de quo et ejus editione vide Tom. III. pag. 68. hujus Biblioth.

pag. 195.

Parisius de Cereta scripsit Chronicon Veronense ab anno 1117. ad 1278. Hoc cum Continuatione nescio cujus ad annum 1375. ex MS. Codice vulgavit Muratorius Tom. VIII. Rer. Italic.

pag. 198.

Paschasius Rathbertus Abbas Cœnobij S. Petri Corbejensis ad Samonam in Diœcesi Galliæ Ambianensi, Ord. Benedict. ab anno 844. ad 851. cujus Opera omnia Ecclesiastica vulgavit Sirmondus Paris. 1618. fol.

pag. 200.

Petrus Passerinus Utinensis Notarius circa annum 1500. traditur fuisse Scriptor inediti Diarij Rerum Forojuliensium, teste Antonio Bellono, Vossio, Cangio, alijsque ab anno 1258. ad 1386. At verus Auctor est Julianus Canonicus Civitatensis, novissime vulgatus a P. de Rubeis in Appendice Monument. Ecclesiæ Aquilejensis, edit. Argentinæ, seu Venetijs 1740. num. 8. et a Muratorio, Tom. XXIV. Rer. Ital. pag. 1193.

pag. 201.

Patavientium sive Passavientium Pastorum Indiculi ab anno 722. ad 1148. et 128. Extant Tom. I. Script. Rer. Austr. Hieronymi Pezij.

pag. 204.

Paulinus Forojuliensis, sive Aquilejensis Patriarcha, qui Felicem Urgelitanum, et Elipandum Toletanum oppugnavit, obijt anno 804. Prodiere ejus Opera Venet. 1737. fol. ex Typograph. Pitteriana, cura Io: Francisci Madrisij Utinensis Congr. Oratorij ejusdem Urbis Presbyteri. In qua Editione desideratur Versus de Herico Duce Forojuliensi, vulgatus a Le Beuf in Dissertat. sur l'Histoire Ecclesiastique et Civile de Paris. Tom. I. pag. 426. Parisijs. At accuratius a P. de Rub. Dissertat. varia. Venet. 1762. pag. 340.

Paulus. I. Pontifex Romanus a die. 28. Maij 757. ad diem. 29. Junij. 767. Cujus Epistolæ XXXI. ad Pipinum Regem extant Tom. III. Script. Rer. Franc. Francisci du Chesne pag. 725. 760.

pag. 210.

Paulus Diaconus Aquilejensis Ecclesiæ, Warnefridi filius, Forojuliensis, Desiderij ultimi Langobardorum Regis Notarius, sive Cancellarius, post Desiderium a Carolo Magno anno. 774. captum, captivus et ipse, inde ob fidem atque amorem constantem erga Desiderium invisus et exul, quod tamen in dubium revocat Mabillonius Annal. Benedictinorum Tom. II. Lib. XXIV. §. 72. mox circa annum. 787. Monachus Casinensis efficitur, ibique circa annum. 799. e vivis decessit. Scripta ejusdem sunt:

Epitome Librorum. XX. Verrii Flacci nobilis veteris Grammatici De Verborum significatione, a Pompejo Festo iam in breviorem formam redactorum. Carolo Magno Paulus dicavit hoc Opus, præmissa eidem Regi Epistola. Cujus Editiones vide Tom. II. Cap. VI. Biblioth. Latinæ in Pompejo Festo.

Continuatio Historiæ Eutropij a Valente et Valentiniano Impp. usque ad Justinianum Augustum Libri. VIII. rogatu Adelbergæ Desiderij Regis filiæ, atque Arichis Beneventi Ducis uxoris. Cujus editiones vide Tom. I. Biblioth. Latinæ Cap. IX. pag. 81. in Eutropio

Homiliarius, sive Homiliæ per annum legi solitæ, in qua Collectione, teste Mabillonio Lib. I. de Re Diplomatica Cap. XI. §. 15. Carolus Magnus adhibuit Paulum Diaconum, non Alcuinum, ut præter rem a nonnullis traditum est. Prodijt Spiræ. 1482. alibique passim, postremo Paris. 1537. 1569 fol.

Libri. VI. De gestis Langobardorum, usque ad mortem Liutprandi Regis, sive ad annum. 744. Prodiere pluries: novissime vero Tom. I. Rer. Ital. Muratorij. 1723. fol. pag. 395. Nam Supplementum usque ad annum. 773. quod extat in præclara Pauli aliorumque Editione Lindenbrogiana Hamburg. 1611. 4. et in Marq. Freheri Corp. Historiæ Franciæ, Hanov. 1613. fol. pag. 178. sub Pauli Diaconi nomine, recusum Tom. II. Rer. Italic. Muratorij, ejusdem Muratorij judicio in Præfat. verisimiliter Paulo Diacono attribui nequit; de quo Pagius in Critica Baroniana ad annum. 774. num. VII. hæc habet: Non dubito, quin Additamentum illud sit alicujus junioris Auctoris.

Paulo Diacono Emeritensi, Fabritius tribuit hic, et jure quidem, ut suspicor, Vitas et Miracula Patrum Emeritensium, qui Sæculo VII. vixit in Hispania. Quas tamen Jo: Joseph Liruti, pag. 187. tribuit Aquilejensi nostro Paulo Diacono. Vide hic Fabritium, pag. 214. et Editiones harum Vitarum sub Pauli Diaconi Emeritensis nomine, Madrit. 1633. 4 et cum Notis Thomæ Tamajo de Vargas Antuerp. 1638. 4. Titulus hujus secundæ Editionis, præferentis Pauli Diaconi nudum nomen, fucum fortesse fecit, in Bibliotheca Vittiana, erudito Auctori.

Libellus de Episcopis Metensibus, ab Apostolicis temporibus, sive a Clemente ad annum usque. 777. flagitante Angilramno Episcopo Metensi scriptus. Extat apud dictum Freherum pag. 171. et in Biblioth. Patrum Lugd. Tom. XIII. pag. 329. Ex hoc Libello Fragmentum de Caroli Magni Majoribus et Liberis extat Tom. II. Script. Rer. Franc. Andreæ du Chesne, pag. 201.

Vitam. S. Gregorij Magni: Vitam S. Arnulphi primo Majoris Domus Regum Francorum, postea Metensium Episcopi defuncti anno. 632. Poema S. Scholasticæ: Vitas S. Cipriani Carthaginensis, S. Germani Patriarchæ Constantinopolitani: S. Petri Damasceni: Vitas et Miracula Patrum Emeritensium: Hymnum quod incipit: Ut queant laxis, aliaque Pauli Opuscula vide hic in Fabritio, et Tom. I. Forojuliensium Litteratorum Jo: Josephi Liruti pag. 163. Segg.

pag. 218.

Paulus Scordilius, Præpositus Ravennatensis Ecclesiæ, scripsit Continuationem Libri Pontificalis Archiepiscoporum Ravennatensium ab Agnello cepti, et ab Anonymo continuati ad annum 1286. desinentem in anno 1410. Prodijt Mutinæ 1708. 4. pag. 110. 138. curante Benedicto Bacchinio in Appendice ad Agnellum.

pag. 225.

Pelagius Ovetensis Episcopus in Hispania, qui anno 1115. Concilio Ovetensi interfuit, supersites adhuc anno 1124. Continuavit Chronicon Idatij, Isidori Pacensis, Sebastiani Salmaticensis, et Sampiri Asturicensis ab anno 1072. ad 1109. Prodiit cum prædictis Pampelonæ 1615. 1634. fol. curante Prudentio Sandovallio.

pag. 224.

Pennafortius, sive Raymundus de Pennaforti, Barcinonensis, ex Regibus Aragonum ducens originem, tertius Generalis Ordin. Prædicat. et Gregorij IX. Pœnitentiarius, centenario propior defunctus anno 1256. cui Gregorio suasit constituere in Hispania parum humanum Inquisitionis Tribunal adversus Hæreticos: laudandus magis quod auctor fuerit Seminarij Linguarum Orientalium in Regno Aragoniæ, ex quo prodiere viri insignes: et quod S. Thomam impulerit, ut præclaram illam adversus Gentes Summam conderet. Præter cætera ejus Scripta

Extant Libri V. Extravagantium Decretalium a Gregorio IX. approbati anno 1230. Pars Iuris Canonici, toties in ejus Corpore recusa.

pag. 226.

Petavianum Chronicon ab anno 688. ad 1115. ex MS. Alexandri Petavij editum Tom. III. Script. Rer. Franc. du-Chesnij, pag. 349. 354.

pag. 231.

Petrarca, sive Franciscus Petrarca scripsit Italice Opus inscriptum: Cronica delle Vite de' Pontefici et Imperatori Romani. Prodijt Veronæ 1476. Florentiæ 1478. fol. Venet. 1534. 8. Mirandulæ 1624. 4. Genev. 1625. 4.

pag. 244.

Petrus Azarius Iacobi filius, Notarius Novariensis, clarus circa annum 1360. Scripsit Chronicon de gestis in Lombardia Principum Vicecomitum et Dominorum Mediolani; ab anno 1250. ad 1362. Prodijt Tom. XVI. Rer. Italic. Muratorij, pag. 297. una cum ejusdem Petri De Bello Canapiciano, anno 1339. et Comitatu Masini, pag. 425.

pag. 246.

Petrus Bibliothecarius, Scripsit Historiam Francorum abbreviatam ab anno 715. ad 898. Extat Tom. III. Script. Rer. Franc. Francisci du Chesne, pag. 540. 543.

pag. 247.

Petrus Blesensis, ex Canonico Gallico Bituricensi, Bathoniensis in Anglia, atque inde Londinensis Archidiaconus, et Cancellarius Archiepiscopi Cantuariensis, Regisque Procancellarius ab anno. 1160. ad. 1200. quo diem creditur suprimum obiisse. Prodiere ejus Opera Paris. 1519. fol. curante Iacobo Merlino. Deinde Mogunt. 1600. 4. curante Ioanne Busæo. [venunt duobus ...] Postea Tom. II. de Script. Ecclesiast. Labbei, pag. 187. repetita in Biblioth. Patrum Coloniensi Tom. XII. Pleniorem dedit Editionem Petrus de Gussanvillas Paris. 1667. fol. quæ recusa est Tom. XXIV. Maximæ Biblioth. Patrum Lugdunensis. 1677.

pag. 251.

Petrus Diaconus Ostiensis, Monachus et Bibliothecarius Casinensis, et apud Lotharium. III. gratiosus circa annum. 1137. Cujus Extat

Continuatio Chronici Leonis Ostiensis, sive Marsicani, ab anno. 1086. ad. 1140. edita ut supra Tom. IV. pag. 261. cum Leone Ostiensi Paris. 1668. fol. et Tom. IV. Rer. Italic. Muratorii. Mediol. 1723. fol.

Liber de Viris Illustribus Casinensibus, quem cum Placidi Romani Supplemento edidit Io: Baptista Marus additis eruditis Notis, Romæ. 1655. 8. recusum Paris. 1666. 8. et Tom. XXI. Biblioth. Patrum maximæ editæ Lugduni. 1677. pag. 347. et in Biblioth. Ecclesiast. Fabritii nostri Hamburg. 1718. fol. et Tom. VI. Rer. Italic. Muratorii. et Tom. IX. Thes. Italiæ Burmanniani.

Disciplina Casinensis, inter Scriptores Veteris Monasticæ disciplinæ, Paris. 1726. 4. pag. 2. 4. ex ejus Clausula brevi Commentationis in Regulam S. Benedicti, adhuc inedita.

Historica Relatio de Corpore S. Benedicti Casini; in Actis Sanctorum Tom. III. Martii pag. 288. 298.

Libellus de Notis, sive Siglis Romanorum ad Conradum. III. Imperatorem. Prodiit inter Auctores Linguæ Latinæ Dionys. Gothofredi, Genev. 1595. 1602. 1622. 4. ~~pag. ...~~ et inter Putschii Grammaticos Veteres, Hanov. 1605. 4. ~~pag. ...~~

Vita S. S. Quinizonis et Ianuarii, in Actis Sanctorum Tom. VI. Maii, pag. 456.

pag. 259.

Petrus de Dusburg, scripsit Historiam Prussiæ atque Ordinis Teutonici, cujus ipse Frater ac Sacerdos fuit, ab Ordinis institutione, anno. 1190. ad. 1326. dicatam Wernero de Orselen Magistro ejus Ordinis ab anno. 1324. ad. 1330. Prodiit Ienæ. 1679. 4. curante Christophoro Hartknochio, qui non semper tuto stari fidei hujus Dusburgii docet.

pag. 261.

Petrus Langtostus, Anglus. Scripsit Chronicon a Roberto Brunne illustratum a morte Cadwalderi ad Edwardum I. Prodijt Oxoniae. 1725. 8. curante Thoma Hearne.

pag. 262.

Petrus Ladoiensis Episcopus in Languedocia inferiore Galliae, Scripsit Chronicon Simonis Comitis Montisfortis, sive Librum, cui titulus: Praeclara Francorum facinora, variaque ipsorum certamina pluribus in Locis tam contra orthodoxae Fidei quam ipsius Franciae gentes non impigre gesta ab anno Domini. 1201. usque ad annum. 1212. Prodijt Paris. 1623. fol. in Guilelmi Catelli Historia Comitum Tolosae. Deinde Tom. V. Script. de reb. Francicis Duchesnianorum, Paris. 1649. fol. pag. 764. 792.

pag. 265.

Petrus Malleacensis Monachus, Gallus, Ord. Benedict. Scripsit Libros. II. de antiquitate et commutatione in melius Malleacensis Insulae, et translatione corporis S. Rigomeri: ad Goderannum ab anno. 1070. ad. 1074. Abbatem. Prodiere postrima parte mutili Tom. II. Biblioth. novae MSS. Labbei, pag. 222. 238.

pag. 266.

Petrus Marcellus Antonij filius, Venetus, scripsit Librum de Vitis Principum et gestis Venetorum, a primo Paulutio Anafesto, ad Augustini Barbadici Ducis LXXIV. obitum anno. 1502. Prodijt Venet. 1554. 8. Francof. 1674. 8. et Tom. I. Chronici Chronicorum Politici Iani Gruteri Francof. 1614. 8. 678. 681. 728. additis Vitis Principum Venet. IV. Leonardi Lauretani, Antonij Grimani, Antonij Gritti, et Petri Landi, per Silvestrum Girellum Urbinatem, pag. 729. 791.

Petrus Martyr ab Angleria, Mediolanensis Protonot. Apostolic. Prior Archiepiscopatus Granatensis, atque a consilijs Rerum Indicarum Hispanicis Regum Ferdinandi et Elisabethae, et liberorum Regiorum Magister. Extant ejus Epistolarum Libri. XXXVIII. rerum varietate et dictionis culta ac nitore conspicui. Prodiere Compluti. 1530. fol. et ex meliore Edit. Elzeviriana Amstel. 1670. fol. Extant praeterea ejus Libri. LXXX. sive Decades. VIII. De rebus Oceanicis et Orbe Novo. Prodiere Paris. 1536. fol. et. 1587. 4. Extat rursus Liber de Insulis nuper inventis, et Incolarum moribus. Prodijt Basileae. 1533. fol. Coloniae. 1574. 8. Extant demum Libri. III. de Legatione Babylonica, ex Granata ad Soldanum Babylonicum. Prodiere Hispali. 1500. fol. cum Rerum Oceanicarum prima Decade, et Carminibus, quae sunt Ianus, Inachus, Pluto Furens, Hymni, et Epigrammata, curante Aelio Antonio Nebrissensi. De hoc Petro et ejus Scriptis diligentius prae caeteris tractavit Niceronus Tom. XXIII. Memoriarum de viris Eruditis pag. 202. seq.

pag. 267.

Petrus Martyr Vermilius, Florentinus, natus anno. 1500. Scripsit Palæstinorum, Tyriorum, et Sidoniorum Historiam. Prodijt Tiguri. 1592. 4.

pag. 268.

Petrus Matthæus Carrantus Latine ex Italico vertit Vitam Francisci Sfortiæ primi Mediolanensium et Genuensium Ducis, scriptam a Marco Attento. Prodijt Rec. Verrio Bononiæ. 1526.

pag. 274.

Petrus Ransanus, sive Ranzanus, nobilis Panormitanus, Ord. Prædicat. Siculæ Provinciæ præfuit ab anno. 1457. Episcopus Lucieriensis ab anno. 1478. inde ad Matthiam Corvinum Hungariæ Regem Legatus per triennium, obiit anno 1492. Scripsit Commentarios de Rebus Hungaricis, Matthiæ Corvino nuncupatos, dum apud eum Regis Siciliæ Ferdinandi Legationem obiret. Prodiere Viennæ Austriæ. 1558. fol. inter Script. Rer. Hungaric. Ioannis Sambuci. Tum postea Francof. ad Mœnum. 1600. fol. typis Vechelij, curante Ioanne Bongarsio. Scripsit et Opus grande Annalium omnium temporum, ab origine Mundi ad annum usque. 1448. Libris. LXI. quod octo permagnis Voluminibus fol. MSS. servatur in Bibliotheca S. Dominici, Panormi. Ex quo suas multi Scriptores Historias locupletarunt, inter quos Leander Albertus.

Ex hoc Opere prodijt tandem Panormi. 1731. 4 Commentarius de antiquitate, primordijs et progressu Urbis Panormi. opera Antonij Mongitorij.

pag. 279.

Petrus Russus Senensis, Philosophus insignis, Auctor continuationis Historiæ Senensis a Ioanne Bandino de Bartholomeis ab anno. 1402. productæ ad annum. 1422. et a Francisco Thomasio ejus nepote peractæ usque ad annum. 1468. Prodijt Tom. XX. Rer. Italic. Muratorij, Mediol. 1731. fol.

pag. 280.

Petrus Sarnensis, sive Vallis Sarnaij seu Cernaij, vulgo des Vaux de Cernay, Monachus Cistercieniensis in finibus Diœcesis Carnotensis et Parisiensis, Scripsit Historiam Albigensium et Belli Sacri contra eos, anno. 1209. suscepti, Duce et Principe Simone de Monteforti, dicatam Innocentio. III. Prodijt Trecis. 1615. 8. deinde Tom. V. Script. Rer. Franc. du-Chesnij, pag. 554. 665.

pag. 282.

Petrus Tudebodus, Presbyter Civriacensis, vulgo Civray in Gallia, in Diœcesi Pictaviensi, circa annum. 1100. scripsit De Hierosolymitano Itinere, sive De prima Expeditione Hierosolymitana, Libros. V. [...]rum ex quibus Excerpta, sine nomine Auctoris, dedit Bongarsius Tom. I. De gestis Dei per Francos, pag. 1. 29. Integros vero vulgavit Franciscus du-Chesne Tom. IV. Script. Rer. Franc. pag. 777. 815. addito Auctoris nomine.

pag. 284.

Petrus de Vineis, Simonis Schardij sententia Italus, Capuanus, Friderici II. Imperatoris Cancellarius Cujus Epistolæ XXXIII. Libri primi, prodiere Hagenoæ apud Io: Secerium. 1529. 8. hunc titulum præse ferentes: Querimonia Friderici II. Imperatoris, qua se a Romano Pontifice et Cardinalibus immerito persecutum et Imperio dejectum esse ostendit: a doctissimo Viro D. Petro de Vinejs ejusdem Friderici II. Cancellario, anno. 1230. conscripta.

Extant ejusdem Epistolarum Libri VI. quos vulgavit Simon Schardius Basil. 1566. 8. Recusi deinde Ambergæ. 1609. forma octava minori curante Germano Philalethe. Novissime vero Basileæ. 1740. 8. Tomis II. curante Io: Rudolfo Iselio J.C. Additamentum ad has Epistolas curaverat Mabillonius ex Cod. MS. Bibliothecæ Reginæ Sueciæ, edideratque E. Martene Tom. II. Veter. Monument. An istud Additamentum in Edit. Iseliana contineatur investigandum esset.

pag. 288.

Philelphus, sive Franciscus Philelphus, natus anno. 1398. 8. Cal. Augusti apud Tolentinates, obijt prid. Cal. Augusti anno. 1481. ætatis. 84. Florentiæ. Cujus Epistolæ Litterariæ Historiæ admodum utiles, editæ Venetijs. 1502. fol. recudi a Stanislao Meuccio Florentino cœptæ, edito priori Volumine. Florentiæ 1745.

pag. 299.

B. Pipini Ducis et Majoris Domus Austriæ Vita, sub Clothario, Dagoberto, et Sigeberto. Extat Tom. I. Script. Rer. Franc. du Chesnij, pag. 594.

Pisana gesta triumphalia adversus Saracenos extant apud Ughellum Tom. X. Editionis novæ pag. 91. et Chronicon breve Pisanum ab anno. 688. ad. 1136. pag. 97. et ab anno. 971. ad. 1176. pag. 99. et ab anno. 1101. ad. 1268. pag. 121. 126.

Piscariensis Monasterij Historia apud Ughellum Tom. X. novæ Editionis pag. 393.

Pistoriani Anonymi Compilatio Chronologica ab Orbe condito ad annum. 1474. extat in Tomo Script. Rer. Germ. Pistorij pag. 705. 754. et Tom. III. Script. Brunsvic. Leibnitij, pag. 558. sub titulo Chronicorum S. Ægidij in Brunswiga.

pag. 300.

Pithœani Annales Francorum emendati ex MS. in Io: Friderici Christij Noctibus Academicis Halæ Saxonum. 1728. 8.

pag. 303.

Platina, sive Baptista, aut potius Radulphus Bartholomeus, vel certe Bartholomeus Platina, a patria Piadena, vico ditionis Cremonensis dici maluit, cum nomine proprio Sacchus diceretur. Hic ingenij laude commendatus Cardinali Bessarioni, atque sub Pio. II. Abbreviatoris functus munere, post iras Pauli. II. apud Sixtum. IV. gratiosus, atque anno. 1475. præfectus Bibliothecæ Vaticanæ, diem obijt anno. 1481. ætatis. 60. Epitaphium ejus:

Quisquis es, si pius, Platinam et suos ne vexes.
Anguste jacent, et soli volunt esse.

Scripsit Vitas Romanorum Pontificum, iussu Sixti. IV. a Petro Apostolo usque ad Paulum. II. Prodiere Romæ, Venetijs, Basileæ, Coloniæ. 1479. Norimbergæ. 1481. ac deinde sæpius.

Scripsit Historiam inclytæ Urbis Mantuæ usque ad annum. 1464. et Serenissimæ Familiæ Gonzagæ Libris. VI. Prodijt Viennæ Austriæ. 1675. 4. cum Notis Petri Lambecij, sed præter spem interruptis. Deinde Tom. IV. Thes. Script. Italiæ Burmanniani, Lugd. Batav. 1722. fol. et Tom. XX. Rer. Italic. Muratorij, pag. 609

Scripsit Vitam Nerij Capponij. Prodijt Tom. XX. Muratorij, pag. 1395.

Cætera Platinæ Opuscula vide hic si lubet, et Tom. I. Dissertat. Vossianar. Apostoli Zeni pag. 255.

pag. 305.

Poggius Puccij, sive Arrigucij filius, Bracciolinus, natus Terræ Novæ in ditione Florentina anno. 1380. Ab anno. 1404. ab Epistolis Innocentij. VII. postea Ioannis. XXIII. quem comitatus est ad Concilium Constantiense, ac deinde aliorum sex Pontificum, anno demum. 1453. ætatis. 72. Roma relicta, Florentiam repetijt, ubi Leonardo et Carolo Aretino successit in munere honestissimo Cancellarij Reipublicæ, diemque obijt anno. 1459. die. 30. Octobris.

Extant ejus Historiæ Florentinæ Libri. VIII. a primis initijs Urbis, et speciatim ab anno. 1350. ad. 1455. scripti jussu et auctoritate Reipublicæ. Prodiere primum Florentiæ. 1715. 4. Notis et Auctoris Vita illustrati a Io: Baptista Recanato. Deinde Tom. VIII. Thes. Script. Italiæ Burmann. et Tom. XX Rer. Italic. Muratorij. Italica Versio, quam ipse adornavit Poggius, prodierat Venet. 1476. fol. Florent. 1492. fol. et emendatior. 1598. 4. Alia ejus Opera vide hic si lubet, pag. 306. 307.

TOMUS. VI. quem defuncto post annum. 1736. Fabricio, Supplementi loco addidit Christianus Schoettgenius Dresdensis anno. 1746.

Libro. XVI. pag. 1.

Polentonus, sive Xicco Polentonus ab anno 1405. Cancellarius Urbis Patavinæ, vita functus anno. 1461. Ex cujus Libris. XVIII. De Illustribus Scriptoribus Linguæ Latinæ, ineditis, Vitam Albertini Mussati vulgavit Muratorius Tom. X. Script. Rer. Italic.

pag. 3.

Polydorus Vergilius, Urbinas, Bononiæ bonas Litteras didicit et docuit: deinde ab Alexandro VI. Pontifice in Angliam missus, ut ibi Quæstoris agerit, ab Henrico VIII. Rege Archidiaconus Wellensis constitutus in Anglia mansit, donec in senium ætate vergente Urbinum reversus, ibidem anno. 1555. fato suo functus est. Vide Bælium.

Extat ejus Proverbiorum Libellus. Prodijt Venet. 1498. 4. per Mag. Christophorum de Pensis. Deinde recognitus et locupletatus Basil. 1521. 1525. fol. apud Frobenium.

Extant ejus De Inventoribus rerum Libri. III. Prodiere Venet. 1499. 8. apud eundem de Pensis. Argent. 1516. 4. ex Ædibus Schureriani. Basil. 1546. 8. Paris. 1529. 4. 1537. 4. apud Robertum Stephanum. Libros hos, ait Miræus, Heretici corruperunt; sed purgati prodierunt Romæ. 1575. et. 1585.

Extant ejus De Prodigijs Libri. III. Prodiere Basileæ. 1531. apud Bebelium.

Extant ejus Historiæ Anglicæ Libri. XXVI. Prodiere Basil. 1534. fol. apud Bebelium, et. 1570. fol. apud Thomam Guerinum.

Extant ejus Dialogorum de patientia et ejus fructu Libri. III. De Vita perfecta Liber unus. De Veritate et Mendacio Liber unus: qui cum dictis Libris. III. de Prodigijs prodiere Basil. 1545. 8.

Extat ejus Commentariolus in Dominicam precem. Prodijt Basileæ. 1536. apud Bebelium, cum Libro de Inventoribus.

Extat ejus D. Chrysostomi Comparatio regij potentatus, divitiarum ac prestantiæ, ad Monachum in verissima Christi Philosophia acquiescentem. Prodijt Basileæ. 1533. 8.

pag. 4.

Pontanus, sive Io: Iovianus Pontanus, Cerretanus ex agro Spoletano, natus anno. 1426. Ioviani nomen ex more illorum temporum Neapoli assumpsit, ibique Ferdinandi I. Regis ac postea Alphonsi. II. ejus filij a secretis: obiit anno. 1508. ætatis. 77. Vide Niceronum Tom. VIII. pag. 265. segg. Prodiere ejus Opera omnia Basil. 1538. 8. Voluminibus. 4. Inter quæ extant Tom. II. Belli, quod Ferdinandus Senior, Neapolitanorum Rex, cum Ioanne Andegavinsi Duce gessit, Libri. VI. Prodierant separatim Venet. 1519. 4. cum Bartholom. Facio, de Gestis Alphonsi I. et Basil. 1566. 8. novissime vero Inserti Tom. IX. Parte. III. Thesauri Script. Ital. Burmann. Vertit Italicæ Anonymus Venet. 1524. et Iac. Maurus Venet. 1544. 8. Neap. 1590.

pag. 5.

Ponticus Virunius, Pontici nomen habet, quia ex illustri familia da Ponte, quæ Belluni floruit, prognatus est: Virunij vero, quia patriam suam Bellunum olim Virunum dictum fuisse credidit. Cæterum prænomen quod in baptismo accepit omnino nos latet, quum et Andreas Ubaldus, qui Vitam ejus descripsit, editam Bonon. 1655. 4. per Ovidium Montalbanum, illud omiserit. Vulgo Tarvisinus creditur, sed perperam. Patre natus est nonagenario nobili viro, qui et Venetis militavit: matre annos nata. 54. Catinia, Radichij Macedoniæ Principis filia. A matre, Græca Lingua instructus, a Georgio Valla, Baptista Guarino aliisque in reliquis studijs. Docuit in multis Civitatibus, præcipue Arimini, Ferrariæ, Regij, Forlivij. Deinde Regij anno. 1506. Typographiam instruxit, quamvis Libri, qui ex eadem prodierunt, admodum sint rari, quia inimici ejus post brevi tempus illam dissipaverunt. Mortuum dicunt Bononiæ. anno. 1520.

Scripta ejus longa serie recenset laudatus Ubaldus, non autem addit, quænam ex illis impressa fuerint, sicuti nec Simlerus. Inter quæ Historica sunt quæ sequuntur: Historia Italiæ recondita, Libri. XI. Vita Emanuelis Chrysoloræ. De laudibus Beatricis, Uxoris Ludovici Sforciæ Ducis Mediolanensis. Historiæ Britannicæ Libri. V. Compendium Historiæ Galfredi Monumetensis, impressum est Augustæ Vindelic. 1534. 8. Heidelbergæ. 1587. fol. et Londini 1585. 8.

pag. 6.

Pontiniacensis Monasterij Historia, in Diœcesi Antissiodorensi. Extat Tom. III. Thes. novi Anecdotorum Edmundi Martene et Ursini Durand, pag. 1221.

pag. 7.

Porcellus, alias Porcellius, Neapolitanus, qui se Romanum Poetam appellare maluit, Alphonsi I. utriusque Siciliæ Regis Scriba, sive Secretarius, a quo, fervente Bello inter Venetos et Mediolanenses, anno. 1452. in Castra Venetorum missus est, ut singula, quæ ibi gererentur, nunciaret. Scripsit hoc Bellum sequenti titulo: Commentaria Comitis Jacobi Picinini, vocati Scipionis Æmiliani, edita et missa Alphonso Regi Aragonum. Extat Tom. XX. Rer. Italic. Muratorij, pag. 68.

pag. 9.

Possidius, Afer, per annos fere. 40. familiaris S. Augustini, et Episcopus Calamensis in Numidia. Scripsit Vitam S. Augustini, et Indiculum Librorum ejus, quos studiose collegit et conservavit. Utrumque Opusculum imprimi consuevit cum Operibus Augustini. Emendatius vero in calce Tom. X. Operum Augustini Parisij. 1690. recuso Venetijs. 1723. Typis Albrizzianis.

pag. 18.

Provinciæ Comitum ex familia Comitum Barcinonensium brevis Historia, extat Tom. I. Biblioth. MSS. Labbei, pag. 353.

pag. 19.

Prudentius Tricassinus, sive Trecensis Episcopus in Gallia, natione Hispanus, vernaculo nomine Galindo dictus, interfuit Synodo Parisinæ anno 846. Concilio Turonensi IV. anno 849. et Suessionensi II. anno 853. Obijt, ut ex Annalibus Bertinianis constat, anno 871. Extant varia ejusdem Opuscula: inter quæ numerantur Annales gestorum Regum Francorum, teste Hincmaro Remensi in Epistola ad Egilonem Tom. II. Operum pag. 292. Quum vero verba ab Hincmaro ex ijsdem citata, in Annalibus Bertinianis occurrant, Io: Georgius Eccardus Lib. XXXI. Rerum Francicarum, Cap. 79. concludit, partem eorundem Bertinianorum Annalium a Prudentio nostro esse conscriptam. Vide infra in Rudolpho Fuldensi, pag. 129.

pag. 20

Prumiensis Monasterij breve Chronicon extat Tom. IV. Anecdot. P.P. Martene et Durand, pag. 517.

Ptolomeus Lucensis patria, sive Ptolomeus de Fiadonibus, vero nomine Bartholomeus in Ptolemeum decurtato nomine, natus anno 1236. obijt anno 1327. Ordinis Prædicat. et S. Thomæ Aquinatis discipulus fuit; post varios ejus Religionis gradus, Episcopus Torcellensis in Dominio Veneto est renunciatus. Extant ejus Annales ab anno 1060. ad 1303. Prodiere Lugd. 1619. 8. deinde ibidem in Biblioth. Patrum maxima Tom. XXV. pag. 949. Tandem Tom. XI. Rer. Italic. Muratorij pag. 1245. Extat prætera ejus Historia Ecclesiastica a nato Christo usque ad annum 1312. cum Continuatorum duorum Additionibus. Hanc vulgavit Muratorius Tom. XI. Rer. Italic. pag. 741. Unus ex primis fuit qui fabulam de Ioanna Papissa protulerunt, teste Pagio ad annum 853. § 14.

Vide hic Annalium hiatus varios ex MS. Codice suppletos a Io: Dominico Mansi, pag. 21.

pag. 23.

Pulex, sive Confortus Pulex scripsit Historiam Vicentinam, cujus Fragmentum ab anno 1371. ad 1387. edidit Muratorius Tom. XIII. Rer. Ital. pag. 1233.

Q.

Quedlinburgense Chronicon a Seculo V. usque ad annum 1205. edidit Leibnitius Tom. II. pag. 272. et Menkenius Tom. III. pag. 169. Ad Historiam Universalem pertinet, non ad res Quedlinburgenses, et a Clerico ibi commorante compilatum et denominatum creditur.

pag. 25.

Rabanus Maurus, dictus etiam
Magnentius, vel a stirpe gentilitia, vel potius
a patria Moguntinensi, scilicet Magentina,
ut vult Trithemius, et post hunc alij. Mauri
nomen in honorem S. Mauri inter Benedictinos
non incelebris, ipsi adiectum est ab Alcuino Præ=
ceptore, teste Rabano ipso in Præfat. ad Comment.
in Libros Regum. Natus est anno. 788. Moguntiæ,
ut ex ejus Epitaphio apparet. Novennis Monasterium
Fuldense est ingressus, et in Monasterio S. Martini Turo=
nensis Alcuinum præceptorem habuit. Juvenis in Orientem
profectus est, ut ipsemet testatur in Librum Josue
Cap. XI. 8. Monachus anno. 810. Scholam Fuldensem
aperuit, tunc temporis longe celeberrimam. Abbas
factus anno. 822. Monasterium per annos XX. rexit,
et Professionem Scripturæ Sacræ sibi reservavit.
Postea consensu Abbatis et Monachorum montanus
factus, idest reclusus in Cella, quæ in monte S. Petri
sita, duodecim stadijs a Monasterio aberat, tandem
anno. 847. Episcopus Moguntinus renunciatus
diem suum obijt anno. 856. ætatis. 71.

Opera ejus prodiere Coloniæ. 1627. Inter
hæc: Excerptio de arte Grammatica Prisciani. De
Universo Libri XXII. sive Etymologiarum Opus,
ad Ludovicum Regem, anno. 844. Glossæ Lati=
no-Barbaræ de partibus corporis humani, editæ
separatim a Goldasto Tom. II. Rer. Alemann. De
inventione Linguarum ab Hebræa usque ad Theo=
tiscam Liber, editus ibidem a Goldasto eodem Tomo.
Hæc Opera extant inter alia Rabani in Tomos VI.
distributa, atque edita Coloniæ. 1627. fol tribus Volum. curante Georgio Colvenerio.

Extat præterea ejus Glossarium Latino-Theotiscum
in multas voces Biblicas, et aliorum quoque Auctorum,
cujus Specimen extat apud Lambecium Tom. II. pag. 415. Bibl. Vindob.
majus vero apud Jo: Diecmannum, Bremæ 1721. 4. Sed integrum tandem
edidit Jo: Georgius Eccardus Tom. II. Rer. Francic. pag. 950. 976.

pag. 30.

Radevicus Frisingensis, Ottonis Frisingensis
Episcopi amanuensis, post Ecclesiæ Frisingensis Canonicus,
ac deinde Præpositus, continuavit ejusdem Ottonis
Vitam Friderici I. Barbarossæ Libris II. usque ad
annum. 1160. Ejus Editiones vide supra in Ottone
Frisingensi, Tom. V. pag. 186. quibus addenda est
Editio Muratorij Tom. VI. Rer. Italic. pag. 739.

pag. 31.

Radulphus Cadomensis, natus est Cadomi anno
circiter. 1080. Ab Arnulpho, post Patriarcha Hierosolymitano,
institutus militiæ nomen dedit, et anno. 1107. Cruce signatus sub Boamundo Principe
et Tancredo Rege militavit. Scripsit Gesta Tancredi Siciliæ Regis, præcipue
in Expeditione Hierosolymitana. Prodijt Tom. III. Thes. novi Anecdotorum
E. Martene et Durand. pag. 107. Stylus ejus satis est elegans, et Historia multarum rerum cognitionem suppeditat.

pag. 132.

Radulphus Coggeshale, sive Abbas Coggeshalensis, ante hanc Dignitatem Canonicus Barnevelensis, profectus in Terram Sanctam, quæ vidit et audivit, scripsit in Chronico Terræ Sanctæ, sive in Libello de expugnatione Terræ Sanctæ. Extat Tom. V. Collectionis amplissimæ PP. Martene et Durand, pag. 543. cui addidere pag. 801. Chronicon Anglicanum ab anno. 1066. ad. 1200. et pag. 871. Libellum de motibus Anglicanis sub Ioanne Rege.

Radulphus de Columna, nomen habens a Vico Coloumellæ Regionis Carnotensis, vixit anno. 1290. Scripsit ad Lampertum de Castello Tractatum de translatione Imperij a Græcis ad Latinos. Prodijt in Collectione Schardij De jurisdictione Imperij Romani, et Tom. II. Goldasti De Monarchia S. Imperij, pag. 88.

Radulphus de Diceto, Anglus, post peragratas plures Europæ Academias, Archidiaconus Londinensis, et anno. 1283. Decanus Paullinus. Scripsit sequentia, quæ edita sunt:

Historia compendiosa de Regibus Britonum usque ad Sæculum VII. Extat Tom. I. Script. Rer. Brit. Galei, pag. 553.

Abbreviationes Chronicorum ab anno. 589. ad. 1147. Extatt apud Twisdenum, in Script. Rer. Angl. pag. 429.

Imagines Historiarum, sive Continuatio superioris Operis ab anno. 1148. ad. 1199. ibi, pag. 525.

Series causæ inter Henricum Regem, et Thomam Archiepiscopum Cantuariensem, ab anno. 1162. ad. 1172. ibi, pag. 711.

Indiculus de Successione Archiepiscoporum Cantuariensium, et a quibus Apostolicus Pallia susceperitt. Extat Tom. I. Angliæ Sacræ Wartoni, pag. 87.

pag. 137.

Raimundus de Ageles, vel Agiles, Canonicus Podiensis, et Episcopi sui, qui simul Comes Tolosanus erat, Capellanus: cum quo anno. 1095. in Terram Sanctam abijt, et res ibi per quinquennium gestas, testis oculatus, sub titulo Historiæ Hierosolymitanæ descripsit. Extat Tom. I. Bongarsij de Gestis Dei per Francos, pag. 139. Vir bonus, quod ad visa, notante Barthio, præstigijs illusus fuisse videtur: quod autem ad credita, Credito dici pone observat etiam falsissima. Nihil enim tam stulte fingi fere potuit, quod superstitio idiotica non aliqualenus crediderit.

pag. 42.

Raimundus Turcus Scriptor Rer. Estensium Sæculo XII. frustra quæsitus a Clar. Muratorio, ut ipse testatur Tom. XI. Rer. Ital. pag. 136. iam tandem prodijt beneficio doctissimorum Virorum, qui MSS. Codicum Taurinensium Indicem ediderunt. Vide Volumen. II. ad Codicem. 647. Absolvitur hæc Historia anno. 1091.

pag. 46.

Rainerius Granchi, vel de Grancis, Pisanus, Ordin. Prædicat. Sæculo XIV. scripsit De Prælijs Tusciæ Libros VIII. carmine admodum obscuro et impolito, sed quod tamen Historiarum studiosis non est inutile. Prodijt Tom. XI. Rer. Italic. Muratorij, pag. 283.

pag. 49.

Raphainus, sive Raphael Caresinus, Magnus Venetiarum Cancellarius, unus inter eos fuit, qui anno. 1379. in Bello Genuensi Rempublicam opibus suis adiuverunt, ac proinde in Nobilitatem Venetam cum posteris receptus est. Scripsit Continuationem Chronici Venetorum Andreæ Danduli, ab anno. 1280. ad. 1388. Prodijt Tom. XII. Rer. Italic. Muratorij, pag. 417. 486.

pag. 51.

Raphael Maffeus Volaterranus, a patria Volaterra Hetruriæ Urbe nomen habens, vitam privatam egit, et in patria mortuus est anno. 1521. Eius Opera sunt quæ sequuntur:

Oeconomicum Xenophontis Lat. cum Iacobi Fabri Stapulensis Introductione in Politica Aristotelis, Paris. 1516. fol. apud Henr. Steph.

Epiphanij quædam ab eodem Latine versa, in Edit. Operum Coloniæ. 1542. fol.

Metaphrasis Odysseæ Homeri, Lugd. 1541. 8. apud Gryphium.

Commentarij Rerum Urbanarum Librj. XXXVIII. cum Oeconomico Xenophontis. Basil. 1530. 1544. fol. per Frobenium. Paris. 1526. per Iodocum Badium. Venire solet Scel. 5.

De Principis Ducisque officio. Basil. apud Robertum Winter, et cum Onosandro apud Oporinum.

De Fide Christiana Libri. X. Romæ, ut Gesnerus ait, impressi.

Procopius de Bello Persico et Vandalico Latinitate donatus, in Edit. Operum Procopij, Basil. 1531. fol. apud Hervagium.

Vitæ Sixti. IV. Innocentij. VIII. Alexandri. VI. et Pij. III. Venet. 1518. fol.

Transtulit præterea e Græco Gregorij Nazianzeni Monodiam, Basilij Oratiunculas. X. et eiusdem Instituta Monachorum.

Eius Opera prodijsse dicuntur Romæ. 1506. fol. apud Ioannem Besiken, Alemannum.

pag. 52.

Rastedense Chronicon, quod olim fuit Monasterium Diœcesis Bremensis, anno. 1059. fundatum. Extat Tom. II. Script. Rer. Germ. Meibomij, pag. 87.

pag. 54.

Ratleicus Coloniensis, familiaris Rabano Mauro, Eginhardi Notarius, et ejus in Abbatia Seligenstadiensi Successor, Ludovici. I. Germaniæ Regis Archi-Cancellarius, mortuus anno. 952. cui Eccardus audaciori, ut solet, conjectura, partem tribuit Annalium Metensium ab anno. 838. ad. 852. quem vide Rerum Francicarum Lib. XXX. Cap. 99. Annales Metenses prodiere Tom. I. Script. Rer. Franc. du-Chesnij.

Ravennas Anonymus, Geographus, de quo dictum est Tom. I. Biblioth. Latinæ Cap. VIII. in Melao, et in præsenti Biblioth. Tom. III. Lib. VII. pag. 134. in Guidone Ravennate, alio ab aliis tempore floruisse contenditur.

Caspar Berettus in Dissertat. Choragraphica laudata dicto Tom. III. pag. 134. disserit Sect. II. statuitque verum Operis auctorem esse Guidonem Ravennatem Presbyterum, ac Seculo. IX. vixisse: qua in parte ipsum sequuti sunt Petrus Wesselingius in Præfat. ad Itinerarium Antonini, et Fabritius noster supra, citato Tom. III. pag. 134.

Casimirus Oudinus, eundem disputat scripsisse circa annum Chr. 1300. Sed refellitur a viris doctis ut dictum est Loco citato Biblioth. Latinæ, et videre est in ejusdem Beretti Dissert.

Io: Georgius Eccardus, qui Beretti Dissertationem, nisi ex Novis Lipsiensibus memoratam tantum, non viderat, ad Seculum. VII. constantissime refert Tom. I. Rer. Franc. Orientalis pag. 902. observationibus prorsus egregiis, ex Historia illius ævi petitis, seculumque suum Auctori strenue probat.

At Clar. Petrus Wesselingius in Libro de Historia Naturali Provinciæ Narbonensis, acerrime disputat post Caroli Magni tempora, imo post Seculum. IX. hunc Scriptorem vixisse, ac repudiata priori sententia, diversum plane a Guidone Presbytero fuisse. Ubi etiam Impostorem fuisse, et Auctorum finxisse nomina ostendit, ut puta Penthesileum, Marpesium, Hylam, Pirithoum, &c.

pag. 62.

Regino, primum Monachus, deinde ab anno. 891. ad. 899. Abbas Prumiensis, a qua Dignitate invidia æmulorum dejectus, privatam postea vitam gessit in Monasterio S. Maximini, obiitque anno. 908. Scripsit Chronicon a nato Christo ad annum. 907. in quo numeros Annorum quidam recentiori manu adscriptos esse statuerunt. At Mabillonius in Itinere Germanico, pag. 25. Edit. Fabricii, testatur in Codicibus optimæ notæ Monasterii Gemblacensis et Murensis hos numeros adscriptos, atque adeo ad ipsum Auctorem referendos esse. Prodiit Tom. I. Pistorii, pag. 1. et in Editione Struviana. Separatim vero Moguntiæ. 1521. fol. apud Io: Schœffer. Deinde Argent. 1609. fol. cum Abbate Urspergensi. Scripsit etiam De disciplinis Ecclesiasticis et Religione Christiana. Prodiit Helmstad. 1659. 4. curante Ioachimo Hildebrando. Deinde ibidem cum variis Additionibus cura Stephani Baluzii. 1671. 8.

pag. 63.

Reicherspergense Chronicon, universalem potius, quam singularem suę regionis Historiam continens, a nato Christo usque ad annum. 1194. a Monacho Cęnobij Reicherspergensis in Bavaria compilatum, edidit Christophorus Gewoldus Monachij. 1611. 4. Deinde Jo. Petrus Ludovicus Tom. II. Script. Rer. German. pag. 127.

pag. eadem

Reinerus Monachus S. Laurentij, sive ut supra in Lamberto Parvo, pag. 236. 237. S. Iacobi Leodiensis, natus anno. 1155. obijt anno 1230. Scripsit multa, quorum varia edidit Pezius Tom. IV. Thesauri novissimi Anecdotorum; varia PP. Martene et Durand. Tom. I. IV. et. V. eorum Collectionis. De Continuatione Chronici Lamberti Parvi, eiusdem Reineri ab anno. 1194. ad. 1230. dictum est supra in eodem Lamberto pag. 236.

pag. 65.

Remense Chronicon breve extat Tom. I. Bibl. novę MSS. Labbei, pag. 358.

pag. 67.

Remigius Remensis Episcopus, natus anno. 439. consecratus anno. 461. mortuus anno. 533. Apostolus Galliarum, quique Chlodovęum Remis sanctissimo Lavacro initiavit. Extant eius Epistolę. IV. Tom. I. Script. Histor. Francicę Freheri pag. 184. et Tom. I. Script. Rer. Franc. du-Chesnij, pag. 849. ac deinde duę ad Chlodovęum Regem in Operibus Gregorij Turonensis a Ruinarto editis, pag. 1326. Eius Testamentum extat apud Flodoardum, Historię Remensis Libro. I. Cap. 18

pag. 72.

Rialis, Canonicus Cęsenas anno. 1335. varia collegit ad res Urbis suę pertinentia, prout allegat et ab Auctor Annalium Cęsenatensium in Pręfat. et ad annum modo dictum, Tom. XIV. Rer. Ital. Murat. pag. 1089. 1165.

pag. 73.

Richardus Bartholinus, Perusinus, Canonicus Cathedralis, post varia in patria munera, perfunctus, anno. 1515. aulam Maximiliani Cęsaris sequutus, ab eo deinde Poeta coronatus est, et Comes Palatinus creatus. Scripsit Austriados Libros. XII. hoc est De Bello Norico Ducum Bavarię et Principum Palatinorum. Prodijt anno. 1515. cura Ioachimi Vadiani. Deinde Argent. 1531. post Guntheri Ligurinum cum Scholijs Iacobi Spigelij, postmodum in Script. Rer. Germ. Iusti Reuberi, pag. 479. Scripsit etiam Hodoeporicon Matthęi Cardinalis Gurcensis, quęque in Conventu Maximiliani et trium Regum anno. 1515. gesta sunt. Extat Tom. II. Script. Rer. Germ. Freheri, pag. 321. ante separatim excusum Viennę. 1515. 4. Scripsit et Descriptionem, De Conventu Augustensi, rebus etiam externarum gentium, quę interim gestę sunt, editam 1518. 4. Extat in Bibliotheca Francofurto-Viadrina.

pag. 75.

Richardus Cluniacensis Monachus, Ord. Ben. patria Pictaviensis, clarus circa annum. 1160. cujus Chronicon ab anno. 800. ad annum. 1162. ex MS. Codice Biblioth. Vatic. vulgarit Muratorius Tom. IV. Antiquit. Medij Ævi, pag. 80. addito in fine Chronici Catalogo Romanorum Pontificum ejusdem Richardi, deprompto ex ipso Vatic. Codice: ubi nihil legere est de Muliere Joannis. VIII. nomine ad Pontificatum evecta, ut Schoettgenius noster Hermanni Witekindi fide in Libello, quo tradit, Papam Joannem VIII. fuisse mulierem, deceptus, confidenter affirmat. Nec enim Muratorij fides sollicitari citra piaculum potest; atque adeo quidquid ab Heterodoxis dudum asseritur, affirmantibus in Richardo legi, Joannem. VIII. fuisse mulierem, imprudentissimæ fabellæ adscribi oportet.

pag. 79.

Richardus de S. Germano, Regis Siciliæ Notarius, seu Secretarius, anno. 1243. scripsit satis amplum Chronicon ab anno. 1189. ad. 1243. Vulgavit Ughellus ex Codice vetusto Casinensi Tom. III. Ital. Sacr. pag. 953. Deinde Muratorius. Tom. VII. Rer. Italic. pag. 963. et Carusius Tom. II. Part. I. Biblioth. Siculæ.

pag. 80.

Richardus Hagustaldensis Monasterij Monachus, deinde Prior, mortuus anno. 1191. Scripsit De Statu et Episcopis Hagustaldensis Ecclesiæ: ac De gestis Regis Stephani, et de Bello Standardij. Extat in Script. Rer. Angl. Twisdeni, pag. 285.

pag. 84.

Richardus Sbrulius, Eques, non Forolivienis, ut quidam tradunt perperam, sed Forojuliensis, quippe cui patria Utinum fuit, pater Nicolaus, frater Stephanus, quibus Carmina inscripsit. Testatur hoc Christophorus Scheurlus in Præfatione præfixa Cleomachiæ Sbrulij nostri: Patria tibi non est Forumiulii, sed Saxonia; non Utinum, sed Vittenberga. Secutus primo est Aulam Maximiliani Imperatoris, a quo, quum Sfortiadum laudem Carmine Panegyrico caneret, non paucis nummis aureis donatus, et in Comitijs Constantiensibus, teste Leichio de Originibus Typographiæ Lipsiensis, pag. 14. Friderico. III. cognomine Sapienti Electori Saxoniæ commendatus est: qui Sbrulium nostrum inter suos recepit, et primum itineri comitem adscivit, quod ipse docet in Cleomachia laudata:

» Te primum Suevis dominum delegimus oris; — et
» Te duce Germanas peragravit Sbrulius oras,
» Et Germanorum tendit in ora virum.

Elector laudatus ipsum anno. 1508. bonas Litteras in Academia nova Vittebergensi docere jussit. Ætate fere adolescentem tunc fuisse docet Andreas Meinhardi in Dialogo illustratæ ac augustissimæ

Urbis Albiorenę, qui Libellus admodum est rarus. Quum autem anno. 1510. Lipsia eo veniret Hermannus Buschius, lis inter eos coorta est, quia Buschius Poetas antiquos explicaret, et auditorium frequentius haberet, Sbrulius vero tantum Carmina Mantuani proponeret, quare Buschius Lipsiam redijt, teste Hamelmanno in Vita Buschij, pag. 295. Queritur postea ad Electorem de invidia et inopia:

Cur promissa mihi, Dux jucundissime, vestis
Non reddatur adhuc, cogito nocte, die.

Queritur, quod loculus nummis, terga calore vacent. Hinc Vittenbergam, sed nescio quo anno, reliquit.

Anno. 1522. Freibergę Misnicę iuventutem in bonis Literis erudivit. Molleri Theatrum Fribergense Parte. 1. pag. 291. Inde rursum secutus est Aulam Maximiliani Imperatoris, quem laudat in Epigrammate de duobus Maximilianis, nempe Divo Cęsare, et Sevenbergensi Oratore Cęsareo:

Ingenium Cęsar mihi Maximilianus alebat:
Orator genium Maximilianus alit.
Optimus ille mihi princeps erat, et pater unus:
Hic est nunc studijs aura benigna meis.

Reliqua ipsius ignoro: Scripta pertinent sequentia:

Panegyricus ad Fridericum Ducem Saxonię. Editus est primo separatim anno. 1507. 4. Postea cum Christophori Scheurly Oratione in laudem Germanię ac Ducum Saxonię, Lips. 1508. 4.

In Maximiliani Cęsaris Augusti excessum Nenia laudatur a Gesnero.

Elegia in laudem Fribergę, anno. 1522. et altera De mira potentia naturę in rebus subterraneis procreandis: Excusę sunt Lipsię. 1587. 4. cum Ioannis Boceri Fribergo.

Librum Teurdanck carmine Latino reddidit, cujus Exemplum est in Biblioth. Vindobonensi, teste Lambecio Tom. II. Cap. VIII. pag. 986.

Epigramma de Udalrico Zasio Iurisconsulto. Extat in Melchioris Adami Vitis Iurisconsultorum, pag. 18. alias. 139.

Moduli aliquot, qui de laudibus Caroli. V. Imperatoris et Ferdinandi fratris agunt. Augustę, apud Ioannem Erphordianum. 1519. 3. Idus Novembris. Inscripti sunt Maximiliano Sevenbergensi, qui Caroli. V. Orator fuit.

Carmen ad Theodoricum Blochium Rectorem Academię Wittebergensis creatum anno. 1508. Extat in hujus Collectaneis Poeticis, Tom. III. Scriptorum Brunsvicensium Leibnitij, pag. 682.

Ad Divum Fridericum Principem, Saxonię Ducem, Misnię Marchionem, Turingię Comitem, Sacri Imperij Electorem et Gubernatorem, &c. unicum Musarum columen, decus atque pręsidium. Ricardi Sbrulij, Equitis Forojuliensis, Liberalium Artium Doctoris, ac Professoris in Academia Vittenburgensi, Cleomachię Liber. 1. Vitteburgi. 1510. 4. ubi sub finem hęc leguntur:

Hunc anno decimo Gronembergensis alumnus
Wittenburgensi pressit in Urbe Librum.

Panegyricus in laudem Sfortiadum, nescio an editus.

Ad ipsum data est Epistola Erasmi. 17. Nov. 1520. Tom. III. Operum pag. 593. cujus ultima verba sunt: Omnibus hi precor, ut res optime succedat, sed tibi cumprimis, Sbruli candidissime, quem utinam Cęsaris nostri benignitas inauret.

pag. 86.

Richardus de S. Victore, natione Scotus, Canonicus Regularis S. Victoris prope muros Parisienses, ac demum Prior per novennium, obiit anno. 1173.

Opera ejus prodiere pluries, tandem vero Rotomagi. 1650. fol. Tomo uno in Partes. II. distributo. Inter quæ Parte. I. pag. 313. extat ejus Tractatus Exceptionum, qui continet originem et discretionem Artium, situmque Terrarum, et summam Historiarum, Libris. IV.

pag. 89.

Richerij, Monachi Senonensis in Monte Visago Tullensis Diœcesis, Ord. Bened. viventis circa annum. 1250. Historia Abbatiæ Senoniensis, stylo rudi, sed pro veritate scripta extat Tom. VIII. Spicileg. Dacheriani pag. 271. et Tom. II. novæ Edit. pag. 603.

Richmondensis Regionis Historia, ex Libro Domesday in Thesauraria Domini Regis deprompta prodijt Londini. 1722. fol.

pag. 92.

Rigordus, alias Rigoldus et Rigotus, Medicus Philippi Augusti Regis Galliæ, et Monachus S. Dionysij, claruit anno. 1220. Scripsit Vitam Philippi Augusti ab anno. 1224. ad. 1227. et Ludovico filio dedicavit. Prodijt inter Scriptores. XI. Petri Pithœi Francof. 1596. fol. recusus Tom. V. Script. Rer. Franc. du-Chesnij. Rigordus rebus istis omnibus interfuit, quædam tamen illæ addita, et ex Guilelmo Britone assuta opinantur Viri docti, ac rursus observant ipsum quædam ad veritatem Historicam spectantia studio prætermisisse. Ad Codices manu exaratos provocat, et Rigordum ex illis subinde emendat Bignonius ad Formulas Veteres, pag. 594. Codex emendatior, quam in editis, adest in Bibl. Vaticana, teste Bernardo de Montfaucon Biblioth. Bibliothecar. MSS. pag. 135.

pag. 93.

Ripaltius, sive Antonius de Ripalta, Placentinus, scripsit Annales Placentinos ab anno. 1401. ad. 1463. quo diem obijt. Vulgavit Muratorius Tom. XX. Rer. Italic. pag. 863.

Ripaltius, sive Albertus de Ripalta, Antonij filius, continuavit Annales Placentinos ab anno 1463. ad. 1485. Vulgavit idem Muratorius, eodem Tomo. pag. 913.

pag. 94.

Robertus de Avesbury, scripsit Historiam de mirabilibus gestis Eduardi. III. Prodijt Oxoniæ. 1720. 8. curante Thoma Hearne.

pag. 95.

Robertus Autissiodorensis, cognomento Malchotry, Prior Monasterij S. Meriani Autissiodorensis, Ordinis Præmonstrat. mortuus anno 1212. Scripsit Chronologiam ab Orbe condito usque ad annum 1211. quam Hugo Canonicus ejusdem Ecclesiæ continuavit usque ad annum 1223. Prodijt Trecis 1608. 4. absque nomine Auctoris, curante Nicolao Camuzato.

pag. 98.

Robertus Fiscanensis, patria Neustrius, Monachus Benedictinus, scripsit Chronicon Fiscanense, a nato Christo ad annum 1220. Extat Tom. 1. Biblioth. novæ MSS. Labbei, pag. 325.

pag. 99.

Robertus de Graysthanes, Anglus, Monachus Cœnobij Dunelmensis, anno 1423. Episcopus Dunelmensis electus, nec unquam ea Dignitate potitus, continuavit Anonymi, et Gaufridi de Coldingham Historiam Ecclesiæ Dunelmensis ab anno 1214 ad 1336. Extat Tom. 1. Angliæ Sac. Warthoni, pag. 49.

pag. 105.

Robertus de Monte, Normannus ex Vico Torinnejo, vulgo Torigny, alijs Abbas S. Michaelis de Monte in Diœcesi Abrincensi circa annum 1210. alijs ex Priore Beccensi Abbas S. Michaelis de Periculo Maris in Normannia, qui obierit anno 1186. cujus hæc sunt:

Continuatio Chronici Sigeberti Gemblacensis ab anno 1112. ad 1210. Sed an omnia ab ipso proveniant, dubium est. Excudi solet cum Sigeberto.

Epistola una et Prologus in Abbreviationes Epistolarum Apostoli secundum Augustinum.

Appendix gemina ad Sigebertum ab anno 876 ad 1100. et ab anno 1101. ad 1186.

Tractatus de immunitatibus Monachorum, de Abbatijs et Abbatibus Normannorum, et ædificatoribus et dotatoribus eorum.

Opuscula hæc edidit Lucas Dacherius in Appendice ad Opera Guiberti de Novigento, Paris. 1651. fol. pag. 715. seqq.

Historiam Monasterij S. Michaelis edidit Mabillonius in Analectis, pag. 350. sed sine nomine Auctoris.

Chronicon Abbatum Monasterij Beccensis, ab anno 1034. ad 1467. atque adeo continuatum ab alio quodam incognito. Extat in Appendice Operum Lanfranci Papiensis, Paris. 1648. fol. pag. 1.

Brevissima Appendix ad Sigebertum ab anno 1113. ad 1162. Extat Tom. 1. Biblioth. novæ MSS. Labbei, pag. 390. Nihil commune habet, neque cum Appendice vulgata, neque cum Dacheriana.

Duos Robertos statuit Balæum secutus Vossius de Historic. Latinis, pag. 420. 446.

pag. 107.

Robertus S. Remigij Monachus in Diœcesi Remensi, qui in quibusdam Codicib. MSS. etiam Robertus de Monte appellatur, fuit in Concilio Claromontano, anno. 1095. et deinde in Terram Sanctam profectus, Scripsit De Christianorum Principum profectione ab anno. 1095. ad. 1099. Exstat in Script. Rer. Germ. Reuberi, pag. 217. et Tom. I. Bongarsij de Gestis Dei per Francos, pag. 30.

pag. 108.

Robertus Steward, ultimus Prior Eliensis Nobili Stuartorum genere ortus, suam ipse Genealogiam contexuit, editam Tom. I. Angliæ Sacræ pag. 686. Scripsit quoque Continuationem Historiæ Eliensis ab anno. 1486. ad. 1555. editam ibi, pag. 678.

pag. 109.

Robertus de Swapham, Historicus Anglus sub Henrico. III. obijt anno. 1273. Eius est Historia et Regestum Privilegiorum Cœnobij Burgensis, sive Petroburgensis, quam Josephus Sparke inseruit Collectioni Scriptorum Anglicorum Londini. 1723. fol. num. IV.

pag. 113.

Rodericus Sancij de Arevalo, natus anno. 1404. in Oppido S. Mariæ de Nieva Segoviensis Diœcesis, Episcopus primum Ovetensis, postea Zamorensis, deinde Calagurritanus, postremo Palentinus, ac sub Paulo. II. Pontif. Præfectus Castri S. Angeli, obijt anno. 1470. Scripsit Historiam Hispanam, inde ab origine rerum ad sua tempora. Prodijt Palentiæ. 1470. fol. et Tom. I. Hispaniæ Illustratæ, pag. 121.

pag. 114.

Rodericus Simonis, vulgo Ximenez, ex Regno Navarræ oriundus familia nobilissima; factus anno. 1208. Archiepiscopus Toletanus, in Rhodano suffocatus obijt 4. Idus. Iunij, ann. 1247. Scripsit Historiam Hispaniæ usque ad annum. 1240. Prodijt Granatæ. 1545. fol. At melior est Editio Andreæ Schotti Tom. II. Hispaniæ Illustratæ, pag. 25. Scripsit quoque Historiam Ostrogothorum, Hunnorum, Vandalorum, Suevorum, Arabum et Romanorum. Prodijt simul cum priore Opere, extatque, pag. 146. Tom. II. Hisp. Illust. Fidem ejus in dubium vocat Petrus de Marca, in Marca Hispanica, pag. 249. 280.

pag. 115.

Rodulphus, anno. 1108. Abbas Monasterij S. Trudonis, vulgo S. Trone, Diœcesis Leodiensis, et anno. 1121. electus Abbas S. Pantaleonis in Diœcesi Coloniensi, scripsit inter cætera Gesta Abbatum Trudonensium. Prodiere Tom. VII. Spicileg. Dacheriani, et Tom. II. novæ Edit. pag. 659.

pag. 122.

Rolandinus Patavinus, Grammaticus et investigator Antiquitatum, Grammaticam et Rhetoricam locuit Patavij; mortuus anno. 1277. Extat ejus Chronicon Marchiæ Tarvisinæ ab anno. 1180. ad. 1260. Prodijt Venet. 1636. fol. cum Albertino Mussato alijsque: recusus Tom. VI. Thes. Italiæ Burmanniani, et Tom. VIII. Rer. Italic. Muratorij, pag. 153.

pag. 123.

Romerius nescio quis, Simlero teste, continuavit Chronicon Reginonis ab anno. 877. ad. 967. Quiae igitur Continuatio illa Reginonis edita ab anno 907. ad. 972. pertingit, verosimile putat Vossius, Romerium illius Auctorem esse.

pag. 124.

Romualdi Salernitani duo hujus nominis Archiepiscopi, prior ab anno. 1121. ad. 1138. posterior ab anno. 1153. ad annum circiter. 1178. Uterque est auctor Chronici ab Orbe condito ad annum. 1178. Quod ex Cod. Ambrosiano edidit Muratorius Tom. VII. Rer. Italic. pag. 1. Prior Romualdus pervenit usque ad annum. 1125. Posterior illud continuavit ad annum. 1178.

Romulus Amaseus et Hieronymus Amaseus, Utinenses; de his alijsque Amaseis vide Liruttum Tom. II. Forojuliensium Litteratorum, pag. 333. 337. 347. 349. 384.

pag. 125.

Roricus, Monachus Moissiacensis in Regione Cadurcensi, qui, ut ex stylo judicatur, Sæculo XI. vixit: quamquam de eo incerta sunt omnia, nec Monasticam suam professionem usquam præbet, non alia forte de causa Monachus Moissiacensis creditus, nisi quod e MS. Cod. Moissiacensis Cœnobij infrascriptum Opus eductum est. Scripsit Gesta Francorum ab origine gentis usque ad obitum Clodovei .I. Prodijt Tom. I. Script. Rer. Franc. Andr. duChesne, pag. 799. et Tom. III. Collectionis Novæ Scriptorum Francicorum Martini Bouquet, Paris. 1741. fol. Stylo rudi exarata sunt hæc Gesta, et fabulis plenissima, quæ mera putaque sunt Epitome Anonymi longe vetustioris

Rothomagense Chronicon extat Tom. I. Biblioth. MSS. Labbei, pag. 364. Fragmentum Chronici Rothomagensis ab anno. 1230. ad. 1234. Tom. III. Spicil. Dacheriani, pag. 613. Rothomagensium Archiepiscoporum Acta in Mabillonij Analectis, pag. 222. Vetus formula celebrandi Concilij Provincialis in Ecclesia Rothomagensi, ibidem, pag. 226. Rothomagensis Ecclesiæ Statuta ann. 1361. apud Martene et Durand Tom. VI. pag. 757. &c.

pag. 127.

Rudolphus Agricola, natus in Villa Bafloo non procul a Groninga, obijt Heidelbergæ anno 1485. Inter varia ejus Opera, quæ supersunt, extat ejus Historiola de Congressu Friderici III. Imperatoris, et Caroli Burgundiæ Ducis apud Treveros anno 1474. E Gallico in Latinum versa extat Tom. II. Script. Rer. Germ. Freheri, pag. 155.

pag. 129.

Rudolphus Fuldensis Monachus, defunctus anno 865. Scripsit Vitas S. Liobæ, et Rabani Mauri. Huic partem Annalium Fuldensium tribuit Eccardus Rer. Francic. XXXI. 118. quia ea, quæ annum 852. præcedunt, a Scriptore contemporaneo et in Aula Regia versato composita sint: et Rudolphus noster Ludovico Regi Germaniæ a Concionibus et Confessionibus fuit. Vide supra in Prudentio Tricassino, pag. 19.

pag. 130.

Rufinus Aquileiensis Presbyter. De hoc vide Fontaninum in Hist. Litter. Aquil. Lib. IV. et V. et Liruttum Tom. I. Litterator. Forojul.

pag. 133.

Rupertus Abbas Tuitiensis, sanctitate celebris, et doctrina obijt Tuitij 4. Non. Martij, anno 1133. Præter ejus Opera bene multa, edita pluries, præsertim vero Moguntiæ, 1631. fol. duobus Volum. Scripsit etiam Res gestas Episcoporum Leodiensium, et Abbatum S. Laurentij Libris V. Quorum tres priores perierunt. Duos reliquos abbreviatos ab anno 959. ediderè Martene et Durand Tom. IV. pag. 1033. cum variorum Continuationibus.

Liber XVIII.

pag. 140.

Sabellicus, sive Marcus Antonius Coccius natus in Vico Varronis, ad Anienem, de quo Leander in Descriptione Italiæ, pag. 224. et ipse Sabellicus Libro ultimo Enneadum; a Pomponio Læto vero, qui discipulos novo nomine mactabat, Sabellici nomine a patria vocatus est. In Urbe Tiburtina scholam pene imberbis rexit, hinc autem Romæ sub Pomponio Læto profecit. A Venetis evocatus est, ut Litteras humaniores doceret, et Historiam Reipublicæ conscriberet. Prætereà Bibliothecæ Bessarionis Cardinalis præfuit. Utini quoque docuisse (1) tradit Syllabus Historicorum Utinensium, teste Vossio de Hist. Lat. pag. 669. Mortuus est anno 1506.

Opera ejus coniunctim prodierunt Venetijs per Albertinum de Lisona. 1502. fol. At

(1) Docuit Utini Sabellicus, quo ad regendas Scholas Publicas se contulerat die 15. Octobris 1473. ibique huic muneri tamdiu operam dedit, donec die 18. Octobris 1482 Utinensi Urbi Opus de Vetustate Aquileiæ dedicaret. Hinc forte aucta apud Venetos nominis celebritas, ut eum ad conscribendam ipsorum Historiam evocaverint. Quo postmodum, relicto Utino, revera profectus est. Hæc ex Annalibus Utinensibus Tom. XXXIV. pag. 162. et Tom. XXXVI. pag. 58. deprompta sunt.

Basileensis eorum duplex est Editio apud Hervagium. Prior anno. 1538. fol. duobus Volum. quæ, teste Baelio, nonnisi Enneades continet, et Exemplorum Libros X. cum Historica Synopsi, sive Caspari Hedionis Continuatione Ennea dum usque ad annum. 1538. Plenior est altera. 1560. fol. Tomis. IV. cujus contenta apponemus.

Tom. I.

Rhapsodiæ Historiarum ab Orbe condito Enneades. V.

Tom. II.

Rhapsodiæ Enneades. VI. Ultima Enneas desinit cum Libro secundo. Prodierant antea Venet. 1498. fol. per Bernardinum et Matthæum Albanesotos.

Rerum Venetarum ab Urbe condita Decades. III. et Decadis. IV. Libri. III. Prodierant Venet. 1487. fol. apud Andream Torisanis de Asula, et novissimè editæ sunt. 1718. 4.

Tom. III.

Supplementi Libri XXIX. Est Continuatio Enneadum ex Paulo Iovio alijsque lectissimis Scriptoribus deprompta usque ad annum. 1559.

Tom. IV.

Exemplorum Libri. X. Prodierant Lipsiæ 1512. fol. per Wolfg. Stoekkel. Argent. 1514. fol. Apud Thannerum. 1518. fol. Basil. 1541. 8.

De Vetustate Aquileiæ et Foriiulij, et Vicentinus Crater, sive Urbis agrique Vicentini Descriptio. Prodierant Venetijs. 1502. fol. Recusi in Schotti Italia Illustrata, pag. 51. 103. et in Grævij Thesauro Italiæ Tom. VI. Part. IV.

De Venetæ Urbis situ Libri. III. De Magistratibus Liber unus: De Officio Prætoris Liber unus: De Officio Scribarum Dialogus: Genethliacum et Oraculum. Prodierant ante Venetijs. 1487. 1582. Habentur etiam in Schotti Italia Illustrata, pag. 1. et Tom. V. Part. 1. Thesauri Italiæ Grævianis.

De Latinæ Linguæ reparatione Dialogus.

Epistolarum Familiarium Libri. XII. Orationes. XII.

Poemata varia.

Scripsit præterea Sabellicus Elegias in Natalem divæ Mariæ Virginis, quæ separatim prodierunt Daventriæ. 1490. 4.

Annotationes in Plinium, prodiere cum Beroaldi et Politiani similibus: recusæ Tom. I. Lampadis, seu Thesauri Critici Gruteriani.

Interpretatio in Suetonij Cæsares. Prodijt Venet. 1493. per Damian. de Gorgonzola, et Paris. 1512. fol. in Editione Suetonij.

Annotationes in Lucanum. Prodiere Paris. 1514. fol. apud Ascensium.

Apud Maittairium Tom. I. pag. 758 extat hic Titulus: M. Antonij Sabellici Libri. VI. de Utini et Aquileiæ origine ac vetustate: Carmen in Munitionem Sontiacam: In eandem Sontiacam: In Carnicum incendium: In naufragantem Divi Petri cymbam: De artium Inventoribus: In Natalem diem Virginis Mariæ: In ejus progeniem: Ad Nazareth ejus solum natale: De ejus Virginitate, &c. Typis antiquis. 4. sed sine anno, per Antonium.

pag. 141.

Sabellicus, sive Marius Sabellicus, scripsit De Conjuratione Bajamontis Theupoli. Extat MS. Romae in Bibl. S. Crucis. Bern. de Montfaucon Bibl. Bibl. MSS. pag. 194.

pag. 142.

Sagacius, vel Sagacinus Mutus de Gazata; unus ex Civibus primarijs Regiensibus, qui in turbis anni 1318 patria extorris ad Canem Grandem Scaligerum confugit. Scripsit Chronicon Regiense usque ad annum 1353. qui ipsi fuit 92. aetatis. Edidit Muratorius Tom. XVIII. Part. I. Rer. Italic. sed usque ad annum tantum 1272. cum Exemplum illius hodie mire laceratum extet. Reliqua ab anno 1353. ad 1388. adiecit Petrus Mutus de Gazata Sagacij pronepos, natus anno 1335. vita functus anno 1414.

Salernitani Anonymi Historia Principum Longobardorum, qui floruit circa annum 979. Prodijt Tom. II. Parte I. Rer. Italic. Muratorij pag. 298.

Salernitani Anonymi Paralipomena, hoc est Enarratio eorum, quae duobus Saeculis gesta, et ab alijs omissa sunt, ab anno 760. ad 960. Prodijt Tom. II. Parte II. Rer. Italic. Murat. pag. 159.

pag. 144.

Salisburgense Chronicon a nato Christo ad annum 1389. extat Tom. I. Script. Rer. Austr. Hieron. Pez, pag. 314. Aliud a S. Ruperto ad annum 1495. extat apud eundem Pez. Tom. II. pag. 427. Tertium dedit Raymundus Duellius Tom. II. Miscell. pag. 170. Monumenta Salisburgensia dedit Canisius Tom. III. Parte II. pag. 263. Diplomata Salisburgensia et Laureacensia Io: Petrus de Ludewig Tom. II. Script. Bamberg. pag. 347. Ordo comprovincialium Episcoporum Salzburgensium, Ratisbonensis, Frisingensis, Pataviensis, et Sabionensis, auctore Anonymo Poeta, apud Mabillon. in Analectis pag. 346. et apud eundem Pezium Tom. I. pag. 8.

pag. 145.

Salvianus, Treviris, vel certe in Gallia Belgica natus, mature uxorem duxit, et mature etiam, accedente illius consensu, ab uxore se separavit, a qua Auspiciolam filiam susceperat. Hinc in Monasterio Lirinensi diu haesit, donec tandem Presbyter Ecclesiae Massiliensis factus fuit, et centenarius, vel eo major obijt anno 496.

Extat ejus De gubernatione Dei, sive De Providentia Liber. Extat alius Ad Ecclesiam Catholicam, sive De Avaritia Liber, cum Epistola ad Salonium. Extant aliae ejus Epistolae VIII. Prodijt frequenter, et praecipue Paris. 1663. 1669. 8. cum Stephani Baluzij, et Bremae 1688. 4.

Edit. Bremensis, quae maxi solet Scel. B.

pag. 147.

Sampirus Asturicensis Episcopus, scripsit Historiam seu Chronicon ab anno. 858. ad. 985. vixitque circa annum. 1020. Prodijt Pompejopoli 1615. 1634. fol. cum Isidoro, Idacio, Sebastiano, et Pelagio Ovetensi.

pag. 149.

Sandionysianus Monachus in Gallia, scripsit Vitam Dagoberti. I. Galliæ Regis, quo ætate paulo fuit iunior; ussisenim esse deprehenditur Fridegario, qui circa annum. 641. tempore ejusdem Dagoberti floruit. Prodijt Tom. I. script. Rer. Franc. du Chesnij.

Sanpetrinum Chronicon, a Monachis S. Petri Erfortensis confectum, ab anno. 1036. ad. 1355. extat Tom. III. Script. Rer. Germ. Menckenij pag. 201. seqq. Pars prior ad Historiam potius universalem spectat, posterior Thuringica præcipue exhibet. Vide supra Tom. I. pag. 415. et Tom. IV. pag. 251.

pag. 150.

Savigniacense Chronicon, Monasterij in minori Britanniæ et Normanniæ finibus situm, res Gallicas complectens ab anno. 1112. ad. 1300. extat Tom. II. Miscellan. Baluzij, pag. 300.

pag. 151.

Saxo Grammaticus, Danus, sive Saxo Sialandicus, ita dictus, quod ex Selandia Daniæ Insula oriundus fuit: Grammaticus vero, quod eo nomine qui alijs doctiores erant, medij ævi ætatibus passim appellarentur. Longi cognomen ipsi tribuitur non ex familia, sed ex staturæ proceritate ab Incerto Auctore Chronici Danorum editi Lipsiæ. 1695. 8. quem vulgavit Arnas Magnæus. Clericus ~~fuisse~~, sive ab Epistolis, seu Scriba, aut Secretarius Archiepiscopi Rotschildensis in Dania fuisse perhibetur. Obijt anno. 1203. Opus ejus æternum est Historia Danica a prima gentis origine, ad annum usque. 1186. quod iussu Absolonis suscepit. Prodijt Paris. 1514. fol. per Ascensium. Basil. 1534. fol. per Io: Bebelium. Francof. 1566. fol. per Wechelum. Scel. 5. ac demum Soræ, sive Hafniæ 1644. fol. cum Comment. Stephani Ioannij Stephanij. Editio omnium optima. Scel. 12.

pag. 152.

Saxo Annalista, scripsit ab anno. 741. ad. 1139. Sequitur in veteribus Reginonem, cujus verba sæpius emendatius exhibet. Excerpit Witichindum, Ditmarum, Adamum Bremensem, Cosmam Pragensem, Brunonem de Bello Saxonico, Lambertum Schafnaburgensem, Chronicon Montis sereni, Scriptores de prima Expeditione Cruciata, Hessonis Acta Concilij Remensis anno. 1119. habiti, et alia vetusta Monumenta, quæ hactenus alibi nondum detecta sunt. Ditmari et Witichindi præsertim narrationem confusam in ordinem Chronologicum digessit, et ea opera facem nobis ad intelligendos exactius obscuriores hosce Scriptores accendit, præcipue post Henrici. II. Imperat. mortem, sive annum. 1024. Genealogicas ante alia notitias, et in primis de Familijs Saxonicis interspersit. Ita Io: Georgius Eccardus in Præfat. ad hunc Scriptorem, quem vulgavit Tom. I. Corporis Historicorum Medij Ævi, pag. 133.

pag. 153.

Saxo Chronographus, scripsit a nato Christo ad annum usque. 1188. Suspicatur Leibnitius Auctorem in Cœnobio S. Ioannis Magdeburgensis vixisse, quippe cujus Abbatum gesta alicubi curiosius attingit, et Archiepiscopatus quoque Magdeburgensis res crebro exponit. Prodijt in Accessionibus Historicis ejusdem Leibnitij.

Saxo Poeta Arnulphi Imperatoris ætate floruit, qui anno. 894. in Italiam a Berengario exutus descendit. Scripsit De gestis Caroli Magni, ab anno. 771. ad. 814. Prodyt Helmst. 1594. 4. curante Reinero Reineccio; Deinde primo loco in Script. Rer. Germ. Kulpisij, vel Schilteri: tandem Tom. I. Script. Rer. Brunsvic. Leibnitij, pag. 120. emendatior ex Cod. MS. Academiæ Juliæ.

Schnackenburgius, sive Antonius Schnackenburgius natus anno. 1437. inde Monachus Corbejensis in Westphalia, scripsit Annales Corbejenses ab anno. 815. ad. 1471. Prodijt primum in Syntagmate Rer. Germ. Francisci Paulini, pag. 365. deinde Tom. II. Script. Rer. Brunsv. Leibnitij, pag. 296.

pag. 154.

Schwarzacense Chronicon, Monasterij in Franconia, in Diœcesi Herbipolensi, ita dicti a Fluvio Schwarzach, qui non procul inde Mœnum illabitur, ab anno. 815. ad. 1590. Exstat Tom. II. Script. Germanic. et Bambergens. Io: Petri de Ludewig. pag. 1.

Schutterense Chronicon, Monasterij Diœcesis Argentinensis, trans Rhenum ad Schutteram fluvium, ab anno. 603. ad. 1327. Opus est Auctoris recentioris, qui anno. 1536. adhuc in vivis fuit, et Documentis Monasterij sui melius uti poterat. Prodijt Tom. I. Vindemiarum Litterariarum Io: Frid. Schannat, pag. 17.

Sebastiani Brand, nati Argentinæ anno. 1458. Chronica Germaniæ, præsertim Alsatiæ et Urbis Argentoratensis. Impressa sunt cum Germanicis Chronicis Hedionis.

pag. 156.

Sebastianus Salmaticensis Episcopus, scripsit Chronicon, in quo Isidorum Pacensem continuat ab anno. 896. usque ad initium Veremundi II. Regis, sive ad annum. 982. Auctor quibusdam est suspectus. Prodijt Pampelonæ. 1634. fol. una cum Idacio, Isidoro Ispalensi Isidoro Pacensi, Sampiro Asturicensi, et Pelagio Ovetensi.

pag. 161.

Serlo Fontanus, sive Grammaticus, Anglus, Monachus et Abbas Fontanus, ex Canonico Eboracensi, claruit anno. 1160. Extat ejus Descriptio Belli inter Regem Scotiæ et Barones Angliæ, anno. 1135. in Script. Rer. Angl. Seldeni et Twysdeni, pag. 331.

pag. 164

Severum Archontium quendam finxit cerebrum Joannis Harduini et aliorum Jesuitarum, seu virum aliquem eruditum, et in dignitate constitutum, qui Seculo XIII. temporibus scilicet obscuris et barbaris Collegium aliquod Virorum doctorum coegerit, qui omne genus Scriptorum Græcorum et Latinorum, nec non Patrum Ecclesiasticorum confinxerint: exceptis tantum Cicerone, Plinio, Virgilij Georgicis, Horatij Sermonibus et Epistolis, et paucis quibusdam Scriptis Justini Martyris et Patrum Africanorum. Sed qui mente sanus est, vix credet, ab homine sano talia proferri potuisse, ut omnis fides Monumentorum a tam multis Seculis pessundaretur. Nam proventus ingeniorum Seculi XIII. non erat tam felix, ut omne Poetarum, Historicorum, Philosophorum, et Scriptorum Ecclesiasticorum genus ab alijs intra tam breve temporis spatium confingi, et in tot Codices per universum Terrarum Orbem transcribi potuerit. Hinc etiam Viri docti, fucum orbi erudito fieri dolentes, sententiam tam monstrosam omnibus viribus convellere studuerunt. Inter quos primas iure suo obtinet Maturinus Veyssiere La Croze, Bibliothecarius Berolinensis, Dissertatione II. inter Historicas ejus Dissertationes, quæ Gallica lingua prodiere Roterodami. 1707. 8. præcipue vero in Vindicijs Veterum Scriptorum contra Jo: Harduinum, quæ ibidem. 1708. 8. editæ sunt. Hæc sufficiant de Scriptore fabuloso, ut juventuti, vel etiam harum rerum imperitioribus, indice digito summam rei ostendam. Plura ex Diarijs Eruditis annorum 1707. 1708. 1709. peti poterunt. Alium Severum Archontium vetustum rei nummariæ et Historiæ peritum, Seculo IV. revera floruisse testatur Vopiscus in Firmo, Cap. II. unde nomen expilasse potuit Harduinus, ut ingenio suo et Seculo XIII. accommodaret.

pag. 168.

Siccardus, vel Sighardus, Casellanus seu Casalensis, Episcopus Cremonensis anno 1185. et biennium Legatus Apostolicus per Insubriam. Scripsit Acta S. Homoboni Cremonensis, et Chronicon a Nativitate Christi usque ad annum 1213. Quod vulgavit Clariss. Muratorius Tom. VII. Rer. Italic. pag. 520.

pag. 179.

Siffridus Misnensis Presbyter vulgo, at melius Misenensis Monachus, Ord. Prædicat. Nam in Urbe Misena, unde nomen Regioni Misnicæ, Monasterium hujus Ordinis fuit, quod hodie Scholæ Oppidanæ inservit. Scripsit Compendium Historiarum a creatione Mundi usque ad annum. 1307. Extat MS. codex in Biblioth. Regia Dresdensi: tres alij in Paullina Lipsiensi. Epitomen ex illo ab anno. 458. ad. 1307. videre est in Georgij Fabritij Annalibus Urbis Misnæ, Lipsiæ. 1569. 4. pag. 273. et Tom. I. Script. Rer. Germ. Jo: Pistorij, pag. 682. et Editionis Struvianæ, pag. 753.

pag. 180.

Sigebertus Gemblacensis, in Cœnobio S. Vincentij Metensis educatus, didicit ibi, docuitque; postea in Monasterio Gemblacensi vixit, et iuniores Monachos in bonis litteris erudivit. Obijt valde senex anno. 1112.

Extat ejus De Scriptoribus Ecclesiasticis Liber. Prodijt Colon. 1580. 8. cum Scholijs Auberti Miræi in ejus Biblioth. Ecclesiast. Antuerp. 1639. fol. et in Fabritij nostri Biblioth. Ecclesiast. Hamburgi. 1718. fol.

Extat ejus Chronicon ab anno. 381. ubi desinit Eusebius, ad annum usque. 1112. Prodijt Paris. 1513. 4. apud Henric. Stephanum avum, et Tom. I. Script. Rer. Germ. Ioannis Pistorij Francof. 1566. et. 1583. nec non in novissimas illius Editione Struvianas. In ordine Chronologico omnia triennio serius narrare solet, quam gesta sunt, observante Oudino, quod tamen Spanhemius describentium potius, quam ipsius Sigeberti vitio accidisse credit, quum illud certum sit, Exemplaria MS. hujus Chronici plurimum esse diversa et interpolata.

Extat Vita S. Sigeberti Austrasiorum Regis, quam ex prima Editione dedit du Chesnius Tom. I. Script. Rer. Franc. pag. 561.

Extat Vita Theodorici Episcopi Metensis, edita a Leibnitio Tom. I. Script. Bruns. pag. 293. sub nomine Levitæ S. Vincentij.

Extant Gesta Abbatum Gemblacensium Tom. VI. Spicil. Dacheriani pag. 505. et Tom. II. novæ Edit. ubi quæ Sigeberti ætatem superant, ab alio Continuatore sunt adiecta.

Extat ejus Epistola ad Leodienses, in qua illorum calamitatem deflet, in quorum exitium Paschalis. II. Papa Robertum Flandriæ Comitem excitaverat, inserta simul Epistola ejusdem Paschalis. Prodijt in Coloniensi Conciliorum editione, sed sine nomine Auctoris; hinc addito nomine in Goldasti Collectione Scriptorum contra Gregorium. VII. pag. 188. et ex MS. Stabulensi vett. Tom. I. Collect. Martene et Durand pag. 587. ubi hæc annotant: Recudimus Epistolam, tum, ut Sigebertum a vitio Schismatis purgaremus. Nam etsi Henrico adhæserit Imperatori, quem a Papa deponi non posse existimabat, Paschalem tamen semper agnovit veneratusque est legitimum Pontificem: Tum ut refutaremus sententiam Ioannis Roberti in Sancta Legia asserentis, hanc Epistolam in nulla Conciliorum Editione reperiri, sed a Centuriatoribus confictam esse, cum in Stabulensi reperiatur Codice aliquot ante Centuriatores Seculis scripto, licet imperfecta.

Extant aliæ Epistolæ duæ ad Leodienses de Regula S. Bernonis, et de Ieiunijs Quatuor Temporum dicto Tom. Martene et Durand, pag. 305.

De Vita S. Guiberti Confessoris, Monasterij Gemblacensis fundatoris: De Vita S. Maclovij, et de Actis S. Theodardi; vide apud Surium die. 23. Maij. die. 15. Novembris. et die. 10. Septembris; ubi edita sunt ista Sigeberti opuscula.

pag. 183.

Sigismundus Rositzius, vixit Sęculo XV. et anno. 1430. se primam Missam in Ecclesia S. Marię in arena Wratislavię cantasse testatur. Scripsit Chronicon Silesiacum, cujus Parte prima exhibentur Episcopi Wratislavienses usque ad Rodulphum, qui anno. 1468. electus est: Parte secunda Res in Silesia gestę ab anno. 1237. ad. 1470. Extat Tom. I. Scriptorum Silesiacorum Sommersbergij, pag. 62.

pag. 185.

Silvius Bonus, Britannus, Latini sermonis peritus, Rhetor et Poeta Sęculi V. Cum Maximo Britannorum Rege in Galliam transfretavit, ubi Ausonium ęmulum et inimicum expertus est. Scripsit Maximi Cęsaris Laudes, De Bellis Armoricis, Epistolas, Poemata, Invectivas in Ausonium. Ita Lelandus Cap. XX. Balęus Cent. I. 40. Pitseus Cap. 29. At sublestę fidei Scriptor videtur, quod Vossio quoque visum est Lib. III. de Histor. Lat. Cap. XII. pag. 809. qui omnia commentitia, nec ullius Veterum testimonio suffulta esse agnoscit. Occasionem autem huic Commento sumpserunt ex Ausonij Epigrammate. CIX. et quinque sequentibus, quę contra hunc Silvium Bonum directa sunt.

Simeon Dunelmensis, Monachus et Precentor Congregationis Cluniacensis Ordin. Benedict. et Theologię Doctor Oxoniensis, obijt anno. 1130. Post irruptionem Danorum, conquisitis ex varijs Monasterijs Historiarum reliquijs, inde Opera sua conscripsit. Scripsit itaque De Regibus Anglorum et Danorum ab anno. 616. ad. 1129. et De obsidione Dunelmi, anno. 869. et De Archiepiscopis Eboraci, quibus adde Historiam Dunelmensis Ecclesię. Hęc omnia prodiere inter Script. Rer. Anglicarum Twysdeni.

pag. 192.

Simon Romanus, Ordinis Eremit. S. Augustini, S. Theologię Lector Patavij anno. 1458. Scripsit Vitam B. Helenę Viduę tertij Ordinis Eremitarum S. Augustini, cujus Autographum periisse videtur. Versionem ex antiquo Italico concinniorem dedit Io: Baptista Sarterius, Utini. 1632. Inde versionem Latinam confecerunt Historiographi Sanctorum Antuerpienses Tom. III. Aprilis, pag. 247.

pag. 195.

Sittavius, sive Petrus de Sittavia, hoc est Zittavia Urbe Lusatię, clarus anno. 1330. et postea; scripsit Chronicon Aulę Regię, quod Historiam Bohemicam complectitur. Prodijt inter Script. Bohemicos Freheri, sub initium.

pag. 197.

Smaragdus, sive Ardo Smaragdus, Presbyter et Monachus Monasterij Anianæ, Diœcesi Magalonensi in Gallia Narbonensi, vita functus anno. 843. et inter Sanctos Nonis Martij veneratus, cujus nomine et Frotarij Episcopi Trullensis extat Epistola ad Ludovicum Augustum, inter Frotarij Epistolas Loco tertio, Tom. II. Script. Rer. Franc. Andreæ du Chesne, pag. 71.

pag. 199.

Snavel, sive Albertus Snavel nescio quis, Belga, vixit sub finem sæculi XV. Scripsit Chronicon rerum præcipue ad Belgij fœderati Provincias spectantium ab anno. 1200. ad. 1421. Prodijt Tom. III. Analectorum Gerardi Dumbar, pag. 688. Versibus Leoninis compositum, nec magnæ molis.

pag. 200.

Sozomenus natus Pistorij anno. 1387. filius Bonifacij Sozomeni, Florentiæ circa annum 1407. Litteris incubuit, Constantiensi postea Concilio interfuit; Tum Canonicatu in Ecclesia Majori Pistoriensi potitus, ibi tandem obijt anno. 1458. Scripsit Chronicon Universale a Mundo condito ad sua tempora. Viri docti hoc Chronicon perductum fuisse usque ad annum. 1455. producti testibus affirmant. At reipsa nullibi invenitur Codex MS. Historiæ Sozomeni ad usque eum annum deducta. Specimen ejusdem Historiæ, sive Fragmenta ab anno. 1362. ad. 1410. vulgavit Muratorius Tom. XVII. Rer. Italic. pag. 1057.

pag. 202.

Stederburgense Chronicon, Monasterij Monialium in Diœcesi Hildesheimensi, ab anno. 1000. ad. 1319. cui inserta est Gerardi Præpositi Narratio De rebus gestis Henrici Leonis. Extat Tom. I. Script. Rer. Germ. Meibomij. Inde ex Authentico Exemplari, auctius Tom. I. Script. Brunsvic. Leibnitij, pag. 849.

Stella, sive Georgius Stella, Jacobi Stellæ Cancellarij Communis Januæ filius, Civis ibidem, peste cum suis obijt anno. 1420. Scripsit Annales Genuenses ab anno. 1297. ad. 1409. quos deinceps continuavit usque ad annum. 1435. Joannes Stella eius frater, Notarius et Cancellarius Januensis. Extant Tom. XVII. Rer. Italic. Muratorij, pag. 945.

Stephanus II. alias III. Papa ab anno. 752. ad. 757. cujus Epistola ad Pipinum Francorum Regem extat Tom. III. Part. II. Rer. Italic. Muratorij, pag. 92.

pag. 203.

Stephanus III. alias IV. Papa ab anno. 768. ad 772. Cujus Epistolæ plures extant Tom. III. Part. II. Rer. Italic. Muratorij, pag. 177. et in Script. Franc. Andreæ du Chesne.

pag. 204.

Stephanus Birkington, alijs Brikington ex Vico Birkington, in Insula Taneti in Cantia oriundus, Ord. Benedict. in Cœnobio Cantuariensi, circa annum. 1380. Scripsit Seriem et Vitas Archiepiscoporum Cantuariensium. Prodiere Tom. I. Angl. Sacr. Warthoni, pag. 1. Cui porro tribuuntur Commentarij de Regibus Angliæ, ac De Pontificibus et Imperatoribus Romanis.

pag. 215.

Sugerius Abbas S. Dionysij ab anno. 1121. ad. 1152. Scripsit Vitas Ludovici. VI. et Regum Franciæ: De translatione Corporum S. Dionysij et Sociorum: De consecratione Ecclesiæ a se ædificatæ. Hæc omnia extant Tom. IV. Script. Rer. Franc. du Chesnij, pag. 281. 331. seqq. Cujus Supplementum dedit Mabillon. Tom. I. Ana= lect. pag. 328. Eius Epistolæ aliquot, cum aliorum multis ad ipsum extant Tom. I. Anecdot. Martene et Durand. pag. 414. seqq. ac de rebus in sua administratione gestis: qui Liber etiam seorsim prodijt Paris. 1648. 8. curante Francisco du Chesne.

Sulcardus Westmonsteriensis Monachus Ord. Benedict. Congregationis Cluniacensis, defunctus anno. 1060. Cujus censentur esse Libri. III. de gestis Anglorum, qui anonymi habentur in Collectione Script. Angl. Heidelbergæ. 1587. fol.

Sulpicius Pius cognomine, Bituricensis Episcopus ab anno. 624. ad. 644. Extant ejus Epistolæ. IV. non magni admodum momenti Tom. I. Script. Rer. Franc. Andr. du Chesne, pag. 882.

Liber. XIX.

pag. 217.

Tageno, Decanus Patavinus, scilicet Passaviensis, cum Diepoldo, sive Theobaldo Episcopo suo Expeditioni Asiaticæ interfuit, deinde illius iussu De Expeditione Asiatica Friderici. I. Imperatoris anno. 1189. scripsit. Extat Tom. I. Script. Rer. Germ. Freheri, in Appendice, pag. 6.

pag. 218.

Tangmarus, sub initium Sæculi. XI. Decanus Hildesheimensis, in Italiam missus ad Papam, et varijs negotijs adhibitus; Scripsit Vitam S. Bernwardi Episcopi Hildesheimensis, æqualis et discipuli sui. Extat Tom. I. Script. Brunsvic. Leibnitij, pag. 441.

pag. 202.

Stephanardus Flamma de Vicomercato Insuber, a patria nomen ducens; Ord. Præd. obijt anno. 1298. Extat ejus Poema de gestis in Civitate Mediolani sub Ottone Vice-Comite, ab anno. 1262. ad. 1277. Vulgavit Muratorius Tom. III. Anecdotorum Latin. pag. 57. Deinde Tom. IX. Rer. Italic. pag. 57.

pag. 221.

Thaddeus, Notarius Vicentinus, cujus Versus Rhythmici de Ecelino Romano, et Alberico, a Felice Osio editi sunt cum Albertino Mussato, pag. 32. et postea Tom. VI. Thesauri Ital. Burmanniani, Part. II. et Tom. X. Rer. Ital. Murat.

pag. 222.

Theganus, Trevirensis Ecclesiæ Chorepiscopus Sæculo. IX. Scripsit Librum de gestis Ludovici Pij usque ad annum. 837. vere magis, ut Miræus iudicat, quam erudite. Prodijt inter Scriptores. XII. coætaneos Petri Pithoei, Paris. 1588. et Francof. 1594. 8. et inter Script. Rer. Germ. qui Culpisij vel etiam Schilteri nomen præferunt, pag. 69. Exemplum multo auctius Pithoeano adservat Bibliotheca Vindobonensis, teste Lambecio Tom. II. pag. 391. Scripsit quoque Epistolam ad Hattonem Præsulem Moguntinum, cum ei Librum Alcuini de Trinitate mitteret, editam in Collectione amplissima Martene et Durand Tom. I. pag. 84.

pag. 227.

Theodericus Nidrosiensis Monachus in Norwegia vixit circa annum. 1160. Scripsit Historiam de rebus Norwagicis, dicatam Augustino Archiepiscopo Nidrosiensi. Prodijt Amstelod. 1684. 8. apud Iansonio-Waesbergios, curante Bernardo Caspare Kirchmanno, una cum Anonymo De profectione in Terram Sanctam.

pag. 229.

Theodericus de Vallis-colore, vulgo de Vaux-couleur, Gallus, scripsit Carmine Vitam Urbani. IV. Pontificis Romani. Carmen hoc ex Papirij Massoni Libro. V. de Episcopis Urbis Romæ, repetijt Muratorius Tom. III. Parte. II. Rer. Italic. pag. 405.

pag. 230.

Theodorus Campidonensis Monachus sive Eremita, Sæculo. VII. Sanctorum Columbani et Galli discipulus, scripsit Vitam S. Magni, qui fundator fuit Cellæ Campidonensis. Extat Tom. I. Rer. Alamann. Goldasti, Parte. II. pag. 190.

pag. 231.

Theodorus Spandaginus Cantacuzenus, scripsit Librum de Origine et moribus Turcarum. Prodijt Florentiæ. 1468. 8. teste Mattairio Tom. I. Annalium pag. 280.

Theodulphus Aurelianensis Episcopus, quem alij Italum, alij Hispanum faciunt, sed patria incerta est, floruit Seculo. IX. Abbas primum Floriacensis, post Episcopus Aurelianensis interfuit anno. 794. Concilio Francofurtensi contra Felicem: Anno. 811. testis fuit in Testamento Caroli Magni: Apud Ludovicum Pium primum in gratia fuit: post quum Bernardo Italiæ Regi magis favere videretur, anno. 818. Sede sua ejectus, et in Urbe Andegavensi carceri inclusus fuit; quia vero innocentiam suam constanter tuebatur, restitutus est anno. 821. quo etiam obijt.

Opera ejus conjunctim edidit Iacobus Sirmondus Paris. 1646. 8. quæ sunt:

Capitula ad Presbyteros Parochiæ suæ, circa annum. 797. promulgata, judice Sirmondo.

De ordine Baptismi Liber, anno. 812. conscriptus, quum Carolus Magnus de hac re cogitasset.

De Spiritu Sancto Liber, editus anno. 809. et Carolo Magno inscriptus.

Carmina in Libros. VI. distincta, quibus addere poteris nonnulla alia seorsim postea edita a varijs Eruditis, quæ hic indicantur.

Præterea Fragmenta Sermonum duorum, necnon Fragmentum aliud Operis de Sacris interpretibus, extant Tom. V. Spicil. Dacheriani, pag. 117. et Tom. I. novæ Edit. pag. 234.

Annales Caroli Magni et Ludovici Pij scripsisse Theodulphum ait Arnoldus Wion in Ligno Vitæ, et post ipsum Vossius de Hist. Lat. pag. 757. et adest hujusmodi Fragmentum Annalium sub nomine Theodulphi in Biblioth. Vaticana. Bern. de Montfaucon teste Bibl. MSS. pag. 135. Fortassis est unus ex Annalistis Anonymis, qui de illis temporibus plures extant.

In Catalogo Abbatum Floriacensium ipsi quoque tribuitur Explicatio Symboli Athanasiani, et Explicatio mystica Missæ, quæ in MS. Codice Floriacensi utraque habentur.

Speculum Locorum Biblicorum ipsi quoque tribuitur, quod alias extat Tom. III. Operum Augustini, pag. 680. pag. 234.

Theulfus Mauriniacensis Monasterij Monachus in Diœcesi Senonensi, Ord. Benedict. Scripsit Chronicon Mauriniacense usque ad annum. 1147. Libris. III. quorum duo priores extant Tom. IV. Script. Rer. Franc. du Chesnij, pag. 359. pag. 235.

Thomas de Acerno, Episcopus Lucedriensis, Urbani. VI. Papæ familiaris et Protector negotiorum et causarum Regni Neapolitani. Scripsit Opusculum de Creatione Urbani. VI. quo ille contendit creationem ejus fuisse legitimam. Integrum ex Vaticano Codice vulgavit Muratorius Tom. III. Part. II. Rer. Italic. pag. 715.

Thomas de Aquino, natus anno circiter 1225. obijt anno. 1274. Ordinis Prędicatorum.

Operum eius conjunctim vulgatorum, Editiones. 4. numerantur. Romana, iussu et sumptibus Pij V. 1572. fol. Tomis XVII. Veneta ad Romanam plane efformata. 1592. apud Dominicum Nicolinum: Antuerpiensis, sive Coloniensis. 1612. fol. Tomis. XVIII. apud Ioannem Keebergium: in qua Tom. ultimo quędam spuria addita sunt, quę Thomam auctorem non agnoscunt. Parisiensis denique. 1660. fol. Tomis. XXIII. curantibus Ordin. Prędicatorum Fratribus, Ioanne Nicolai, Cosmas Morelles, et Antonio Mallet, sumptibus Societatis Bibliopolarum.

pag. 252.

Thomas Elmhan, non Anglus, sed Transmarinus, ~~Abbas~~ Monachus Abbatię S. Augustini juxta Cantuariam, post annum. 1407. ejusdem Thesaurarius, et anno. 1414. Prior in Cęnobio de Lenton, agri Nottinghamensis, Ord. Cluniacensis, quod munus resignavit anno. 1426. Scripsit Vitam et Gesta Henrici. V. Anglię Regis. Prodijt Oxonię. 1727. 8. curante Thoma Hearne.

pag. 256.

Thomas Lirer, Ranckwillensis, vixit anno. 1200. Scripsit Omnium superiorum Alamannię Comitum et Baronum origines, quas tamen multis fabulis inquinavit. Vide Goldastum sub finem Tomi. II. Rer. Alemannic. Eius Chronicon Suevico-Germanicum impressum Ulmę. 1486. memorat Maittaire Tom. 1. pag. 479.

pag. 258.

Thomas Otterburnus, Anglus, Franciscanus, quem ad annum. 1411. referunt. Scripsit Historiam Anglicam ab origine gentis usque ad Eduardum. IV. qui anno. 1272. regnare cępit: desiit anno. 1306. Prodijt Londini. 1733. 8. una cum Ioanne a Whethamstade, curante Thoma Hearne.

pag. 259.

Thomas Rudburnus junior, Hidensis Cęnobij Monachus in Suburbio Wintoniensi. Extat ejus Historia Major, cum Prefatione Minoris Tom. 1. Anglię Sacrę Whartoni, pag. 179. et. 287.

pag. 261.

Thomas Spalatensis patria, natus anno. 1200. Canonicus Spalatensis, deinde Archidiaconus, obijt anno. 1268. Scripsit Historiam Salonitanam, sive Pontificum Salonitanorum et Spalatensium. Edidit Io. Lucius sub finem Operis de Regno Dalmatię, pag. 310. et Annotationibus illustravit.

Thomas Sprottus, Norwicensis, Monachus Cœnobij S. Augustini Cantuariensis, Ord. Benedict. Scripsit Historiam sui Cœnobij Cantuariensis, et Abbatum Vitam ac res gestas circa annum. 1274. et Chronica ab Orbe condito ad annum. 1339. prodijt Oxon. 1719. 8. una cum alijs, curante Thoma Hearne.

pag. 262.

Thomas Stubbs, sive Stobæus, Eboracensis, Monachus Dominicanus, et Theologiæ Doctor. Scripsit Chronicon Archiepiscoporum Eboracensium, ab initio usque ad annum. 1373. Extat inter Script. Rer. Angl. Twysdeni pag. 1685. et Tom. II. Angliæ Sacræ Wharthoni pag. 1685.

pag. 265.

Thomas Walsingham, ab Oppido Norfolcensis districtus ejus patria ita dictus, Monachus et Præcentor in Cœnobio S. Albani circa annum. 1440. Scripsit Hypodigma Neustriæ a Sæculo. VII. usque ad annum. 1416. Extat inter Script. Britannicos Camdeni, edito Francof. pag. 409. cum ejusdem Chronico brevi ab anno. 1273. ad. 1422. ibidem pag. 137.

pag. 267.

Thuringiæ Landgraviorum Historia, Anonymi, quem alij Erphespordiensem, alij Reinhardsbornensem Monachum vocant, ab origine gentis usque ad annum. 1426. Prodijt Tom. I. Script. Rer. Germ. Pistorij pag. 908. et in quibusdam auctior et emendatior in Historia Genealogica Principum Saxoniæ superioris Io: Georgij Eccardi, pag. 351.

Thurius, sive Nicolaus Marschalcus Thurius, sive Thuringus, floruit sub finem Sæculi. XV. initiumque. XVI. vita functus die. 12. Julij, ann. 1525.

Extant varia ejus Opera, præsertim vero sequentia, partim vulgata partim recusa Tom. I. et II. Scriptorum Cimbricorum et Megapolensium, Ioachimi Ernesti de Westphalen Cancellarij Ser.mi Ducis Holsatiæ.

Editio Script. Cimbr. et Megap. videtur esse Hamburgi, post annum. 1713.

Annales Herulorum ac Vandalorum, Libri. VII. extant Tom. I. pag. 165. antea impressi Rostochij. 1521. fol.

Chronicon Principum Megapolensium Libri. V. Rhythmis Germanicis. Extat ibid. pag. 561. antea ineditum.

Vitæ Obetritarum, cum Commentarijs in Libros gestorum Obetritarum, antea inedite, extant Tom. II. pag. 1502.

Deflorationes Antiquitatum ab origine Mundi, sive Compendium Historiæ universalis, antea editum Rostochij. 1522. fol. extat Tom. I. pag. 1419. Ubi Hamburgenses observant, ipsum Annio Viterbiensi multum tribuere, et nomen Deflorationum ab ipso quoque petijsse.

pag. 274.

Titus Livius Forojuliensis, alijs de Fralovisijs, sive verum nomen sit, sive fictum, gratiosus fuit Humfredo Glocestriæ Duci, fratri Henrici V. Scripsit Vitam Henrici V. Angliæ Regis, qui regnare cœpit anno 1413. desijt anno 1422. Prodijt Oxoniæ 1716. 8. cum alijs eo pertinentibus, curante Thoma Hearne.

pag. 275.

Tomellus, Secretarius Balduini cognomento Montani, Flandriæ et Hannoniæ Comitis, scripsit Historiam Hasnoniensis Monasterij, Ord. Benedict. ad Scarpim fluvium, in Diœcesi Atrebatensi, ab eodem Balduino anno 1070. fundati. Extat Tom. III. Anecdot. PP. Martene et Durand pag. 777.

pag. 276.

Tristanus Caracciolus, Neapolitanus, nobili genere natus anno circiter 1439. vixit privatus usque ad annum fere 1517. Scripta eius sunt hæc: Vita Ioannæ I. Reginæ Apuliæ: Vita Serzanis Caraccioli magni Seneschalli: Vita Ioannis Baptistæ Spinelli Cariati Comitis, ad Ferdinandum eius filium: De varietate fortunæ: De Inquisitione Epistola: Genealogia Caroli I. Siciliæ Regis: De Ferdinando, qui postea Rex Aragonum fuit; eiusque Genealogia: Nobilitatis Neapolitanæ defensio ad Legatum Reipublicæ Venetæ. Hæc omnia vulgavit Muratorius Tom. XXII. Rer. Italic. pag. 1. seqq.

Liber XX.

pag. 281.

Valla, sive Georgius Valla, Placentinus, Medicus, et Humaniorum Litterarum Venetijs Professor, Sæculo XV. Edidit varia, quæ hic recensita vide, si lubet.

Valla, sive Laurentius Valla, patria Romanus, Patricius et Canonicus S. Ioannis Lateranensis, natus anno 1415. obijt anno 1465. seu potius 1457. Orationis Latinæ apprime studiosus.

Inter quamplurima eiusdem Opera, extat Contra Donationis, quæ Constantini dicitur, Privilegium, ut falso creditum est et ementitum, Declamatio, aspera admodum, iniurijsque in Pontifices prorsus redundans. Extat in Schardij Collectione de Potestate Imperiali.

Extant cæterum Historiarum Ferdinandi Regis Aragoniæ Libri III. Prodiere Parisijs 1521. 4. per Rob. Steph. et 1521. 4. per Sim. Colinæum. et Tom. I. Hispan. Illustratæ, pag. 727.

pag. 283.

Vazstenense Diarium: hoc est Annales Monasterij Walstena, vel Vazstena in Ostro-Gothia siti, ab anno. 1344. ad. 1545. primis quidem temporibus breviores, postea, quæ singulis diebus in Monasterio notatu digna sunt, observantes, unde Diarij nomen. Prodijt hic Liber Upsaliæ. 1721. 4. curante Erico Benzelio, cui varia Diplomata et Chartæ ad Historiam Ecclesiasticam Sveciæ spectantes subiunctæ sunt.

pag. 284.

Ubertus Stangonus seu Stanconus Iurisperitus, Senatus decreto electus ad continuandam Caffari Historiam Genuensem, per decennium ab anno. 1270. ad. 1279. eam produxit. Hæc porro Historia legitur vulgata a Muratorio Tom. VI. Rer. Italic. pag. 549.

Udalricus Patriarcha Aquilejensis circa annum. 1085. cujus Epistolæ. VI. habentur in Codice Diplomatico Pezij et Hueberi Parte. I. pag. 419. Aliorum ad ipsum Epistolæ ibidem sequuntur.

pag. 286.

Udalricus Bambergensis, anno. 1125. Codicem Epistolarem collegit, quo res mediorum temporum mirifice illustrantur. Prodijt Tom. II. Corporis Historicorum Medij Ævi Io: Georgij Eccardi, sub initium.

pag. 288.

Udascalcus Monachus, et comes individuus Eginonis Abbatis S. Ulrici Augustæ Vindelicorum, deinde et ipse anno. 1126. Abbas ejusdem Monasterij, quem rexit annis. 25. obijtque anno. 1151. Extat ejus Narratio de Controversijs inter Hermannum Episcopum Augustanum, et Eginonem Abbatem S. Ulrici, edita a Canisio Tom. III. Ant. Lectionis, Part. II. pag. 1.

Venerius Episcopus Vercellensis, et Regni Italiæ Cancellarius, amicus Gregorij. VII. Papæ, scripsit De unitate Ecclesiæ conservanda, et de Schismate inter Henricum Imp. et Gregorium. VII. Prodijt inter Scriptores de Iurisdictione Imperiali Simonis Schardij, Basil. 1566. fol.

Ventura, sive Guilielmus Ventura, Capitaneus Astensis, Ogerij Alterij Chronica Astensia ab origine Urbis usque ad annum. 1294. scripta, continuavit ab anno. 1260. usque ad. 1325. Quæ simul edita sunt Tom. XI. Rer. Italic. Muratorij.

pag. 289.

Vergerius, sive Petrus Paulus Vergerius, Iustinopolitanus, qui ad excidium usque Carrariensis Familiæ in ejus famulatu perseveravit, anno 1404. Doctoris Lauream Patavij consecutus, tempore Concilij Basileensis in Hungaria obijt. Scripsit Historiam Carrariensium Principum ab eorum origine usque ad Iacobini mortem. Prodijt Tom. XVI. Rer. Italic. Muratorij. Scripsit quoque Invectivam in Sigismundum Malatestam ad Ludovicum Alidosium. Prodijt Tom. XVI. Rer. Italic. Muratorij, Col. 112.

pag. 290.

Vetero-Cellenses Annales, nihil habent, quod Annalibus simile sit, sed continent enarrationem illustris prosapiæ Marchionum Misniæ, cujus Auctor Anonymus, Monachus fuit in Monasterio Veteris Cellæ in Misnia. Editiones illius varias recenset Kreysigius in Biblioth. Historica Saxoniæ Superioris, pag. 4.

pag. 293.

Victor Tununensis, sive Tunnunensis, aut ut Petro Wesselingio placet in Dissertat. de Evangelijs jussu Imp. Anastasij non emendatis, pag. 27. Tennonensis Episcopus in Africa. Propter tria Capitula multa passus est, exilio, carcere et plagis mulctatus, tandem in quodam Monasterio Constantinopolitano, cui jussu Iustiniani I. inclusus fuerat, mortuus.

Extat ejus Chronicon ab anno. 444. ad annum Iustiniani Imperat. emortualem, sive ad annum. 565. Prodijt Tom. I. Antiq. Lect. Canisij, pag. 321. Edit. Basnag. et Tom. IV. Hispaniæ Illustratæ, pag. 117. Isidorus Hispalensis de Scriptor. Ecclesiasticis Cap. XXV. Victorem Tununensem hoc Chronicon ab Orbe condito ad primum annum Iustini junioris condidisse scribit.

Extat quoque ejus Liber de Penitentia, quem Benedictini ediderunt in Appendice ad Tom. II. Operum Ambrosij pag. 589. Liber. I. Pro defensione trium Capitulorum, memoratus Trithemio de Script. Eccl. Cap. CCXIV. hactenus non vidit lucem.

Victor Vitensis Episcopus in Africa Byzacena, Anno. 484. subscripsit Professioni Fidei Eugenij Carthaginiensis Episcopi, Hunnerico Regi Vandalorum oblatæ. Inde Orthodoxorum persecutione ejectus Constantinopolim abijt, ibique, vel ut Cotelerius Tom. III. Monument. pag. 598. contendit, in Epiro veteri scripsit Historiam Persecutionis Vandalicæ sive Africanæ sub Genserico et Hunnerico, Vandalorum Regibus. Prodijt Colon. 1517. et. 1537. 8. Paris. 1569. 8. Divione. 1664. 4. cum Vigilio Tapsensi. Demum Paris. 1694. 8. Parte. I. Histor. Persecutionis Vandalicæ a Ruinarto editæ.

Victorem Vitensem conjiciunt Viri docti Auctorem esse Notitiæ Provinciarum et Civitatum Africæ, quam edidit Sirmondus Operum Tom. I. pag. 430. Vide tamen Tillemontium Tom. XVI. pag. 558.

pag. 298.

Vincentius Bellovacensis, sic dictus a patria, non ab Episcopatu, ut multi falso opinantur, vel potius a Cœnobio Dominicanorum, in quo Bellovaci degebat, unusque ex primis fuit qui Ordini Prædicatorum se adiunxerunt. Helluo Librorum fuit, ac proinde nullis Dignitatibus ornari voluit. Obijt anno. 1264. Quamquam Oudinus usque ad annum. 1289. vel. 1290. superstitem fuisse statuit.

Extat ejus Speculum Majus, quod tria Specula Minora complectitur, Naturale, Doctrinale, et Historiale. Quibus adiunctum fuit postea Speculum Morale, non Vincentij nostri, sed Sæculi XIV. Opus e S. Thoma, Petro de Tarantasia Richardo de Mediavilla et Stephano de Borbone congestum. Conjunctim edita sunt Argentinæ 1473. et. 1476. Basil. sub titulo Bibliotheca Mundi, fol.

Speculum Historiale separatim prodijt Moguntiæ. 1474. fol. per Io: Fust. Aug. Vindelic. 1496. fol. Alia Vincentij Opuscula vide hic si lubet.

pag. 300.

Vincentius Lirinensis, Gallus, Monachus et Presbyter in Monasterio Lirinensi, mortuus circa annum 450. Extat ejus Commonitorium adversus Hæreticos sub Peregrini nomine. Optima est Editio Baluziana. 1663. repetita Bremæ. 1688. 4. Tribuuntur eidem Obiectiones Vincentianæ contra doctrinam Augustini de Prædestinatione et libero arbitrio, quibus Prosper Aquitanicus Responsiones reposuit in Operibus illius obvias. Verum Historia Litteraria Franciæ Tom. II. pag. 313. eum omnibus viribus defendit, nec Libri, quem sub nomine Prædestinati edidit Sirmondus, auctorem eundem credendum esse arbitratur.

pag. 302.

Vitus Arnpekhius, Presbyter, et Sixti Episcopi Frisingensis Capellanus, natus est anno circiter. 1441. quem cum Vito Priore Ebersperg ensis Monasterij in Bavaria Ord. Benedict. auctore Chronici Bavariæ ab initio gentis ad annum. 1505. quod MS. extat in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, confundunt Lambecius, Nesselius, Sandius, et Gentilottus, errorem detexit Bernardus Pezius Tom. III. Thesauri Anecdotorum novissimi pag. 23. 24. publicata Dedicatione et Prologo Viti Ebersperg ensis. Scripsit Chronicon Bavariæ vulgatum ab eodem Pezio dicto Tomo Parte. III. pag. 1. Scripsit quoque Chronicon Austriacum, quod vulgavit Hieronymus Pezius Bernardi frater, Tom. I. Script. Rer. Austr. pag. 1165.

pag. 308.

Ursinus, Monachus Gallus, vixit Seculo VII. et iussu Anscaldi Pictaviensis Episcopi, atque Adulfi Abbatis sui, scripsit Vitam S. Leodegarij Episcopi Augustodunensis, et Majoris Domus in Francia. Prodijt Tom. I. Script. Rer. Franc. Andreę du Chesne

pag. 309.

Usuardus, Gallus, Monachus S. Germani Pratensis, ut creditur, quamvis alij Fuldensem, alij quoque S. Salvatoris in Neustria Monachum fuisse tradunt; vixit temporibus Caroli Calvi, cui etiam dedicavit Martyrologium, cujus auctoritas longe maxima est per omnes fere Ecclesias Gallię. Prodijt prime Lubecę 1475. in Opere, quod inscribitur Rudimentum Novitiorum. Deinde alibi pluries. Novissime vero Antuerpię 1714. fol. curante Ioanne Baptista Solerio.

Liber XXI. et Ultimus

pag. 310.

Walafridus Strabus, vel Strabo, a vitio oculorum ita dictus. Non Anglus, ut Balęo et Pitseo visum est, sed Germanus, teste Sigeberto Gemblacensi, fuit, et quidem Svevus, quamvis locus patrius detegi adhuc nequeat: educatus primum in Monasterio S. Galli, deinde ad Monasterium Fuldense pervenit, et Rabanum Maurum pręceptorem habuit. Hinc Decanus fuit Cęnobij S. Galli, et postmodum anno 842. Abbas Augię Divitis, vulgo Reichenau, in Diœcesi Constantiensi, mortem obijt anno 849. in Gallia, quo ad expediendum aliquod negotium missus fuerat.

Ex Scriptis ejus supersunt sequentia:

De officijs divinis, sive de Exordijs et incrementis rerum Ecclesiasticarum. Extant tum alibi, tum in Bibliothecis Patrum.

De Vita B. Galli Libri II. Extant Tom. I. Script. Alam. Goldasti, pag. 142.

De Vita S. Othmari Abbatis, apud eundem Goldastum, pag. 177.

Vita S. Blaitmaici Abbatis Hiensis. Tom. II. Canisij, Parte II. pag. 201.

Vita S. Mammę, sive Mammantis Monachi, apud Canisium pag. 184.

Vita S. Leodegarij, apud eundem Canisium, pag. 210.

De Visionibus S. Wettini, apud eundem Canisium, pag. 204.

Hortulus, sub Strabi Galli nomine, scribendum forte fuit Decani S. Galli, de quo vide in Biblioth. Lat. Tom. II. Cap. XII. pag. 595.

Sermo de subversione Hierusalem, apud eundem Canisium pag. 275.

Poemata varia apud Canisium ibid.

Glossę ordinarię in S. Scripturam. Tom. V. Hist. Litter. Gallię. pag. 62.

Commentarius in Novum Testamentum. Tom. V. Operum Hieronymi, Marciangi, pag. 847.

Prefatio pręmissa Thegano de gestis Ludovici Pij, quem etiam Strabus in Capita distinxit. Editiones require in Thegano.

Glossę Latino-barbarię de partibus humani corporis, ex doctrina Rabani rursus descriptę, apud Goldastum Rer. Al. Tom. II. Part. I. pag. 64.

Picturę Historiarum Novi Testamenti, apud Goldastum in Manuali Biblico, Francof. 1620. pag. 85.

Homilia in Initium Evangelij Matthęi, de Genealogia Christi. Tom. II. Part. I. Anecdot. Bernardi Pez, pag. 49.

Expositio XX. primorum Psalmorum, apud eundem Pez Tom. IV. Part. I. pag. 471.

Epitome Commentariorum Rabani Mauri, Tom. II. Operum Rabani, pag. 296.

Initium Annalium Fuldensium, Walafrido tribuunt Auctores Historię Litterarię Francię. Vide Memoir. de Trevoux 1742. Jan. p. 97.

pag. 312.

Waldeuense Chronicon Auctoris recentioris Sæculi. XVII. extat Tom. I. Collectionis Simonis friderici Hahnij, pag. 803.

pag. 314.

Walterus Bower, Scotus, natus anno. 1385. amanuensis Ioannis Forduni in Scribendo Scotichronico, de quo vide Tom. IV. pag. 75. postea Abbas Monasterij S. Columbæ. Continuavit Scotichronicon non uno in loco in Editione Oxoniensi: 1722-8. Thomæ Hearne.

Wandelbertus, Diaconus et Monachus Prumiensis Monasterij circa annum. 850. scripsit Carmine Martyrologium, quod Bedæ prius adscripserunt. Extat Tom. II. Spicil. Dacheriani pag. 39. et Tom. V. novæ Edit. pag. 305. Interpolatum maxime animadvertit Io. Dom. Mansi; integriusque ac purius indicat Exemplum MS. in Bibliotheca Canonicorum S. Martini Lucensis.

pag. 316.

Watenstedius, sive Busso Watenstedius, Mindensis, pistoris filius, anno. 1460. Canonicus Hamelensis, scripsit Chronicon Mindense; Prodijt Francof. 1697. 4. in Syntagmate Rer. Germanic. Christ. Franc. Paullini.

Warwelejensis Monasterij Annales in Anglia, Ord. Cisterc. in agro Surregiensi ab anno. 1066. ad 1291. Extant Tom. II. Script. Angl. Galei, pag. 129.

pag. 317.

Weingartensis Monachus, nomen habens a Monasterio Weingarten in Svevia, Diœcesis Constantiensis, Ord. Benedict. non procul a Ravensburgo, Civitate Imperiali. Scripsit Chronicon de Guelfis Principibus, eiusdem Monasterij fundatoribus, usque ad annum 1191. pertingens. Prodijt Tom. III. Canisij, Parte. II. pag. 577. et Tom. I. Script. Brunsv. Leibnitij pag. 781. additis Tom. III pag. 657. Emendationibus et Supplementis ex duobus MSS. Codd.

Weingartenses Annales ad Historiam Sveviæ et Bavariæ multum conducentes, ab anno. 811. ad. 877. dedit Mabillonius in Analectis pag. 368.

Weingartense Chronicon aliud a nato Christo ad annum. 1197. Historiam potissimum universalem tractat, et a Canisio post Chronicon de Guelfis editum est.

pag. 318.

Wernerus Ioaerius, cognomento Rolevink, Westphalus, Monachus Carthusianus in Cœnobio Coloniensi per annos 48. obijt anno. 1502. Extat ejus Fasciculum Temporum, sive Historia universalis ab Orbe condito ad sua tempora. Extat sub initium Tom. II. Script. Rer. Germ. Pistorij, addito Supplemento Io: Linturij, ad annum. 1514. Extant quoque Libri. III. de moribus et situ antiquorum Saxonum. Recudit Leibnitius Tom. III. Script. Brunsvic. pag. 606.

Wernerus Titianus, patria Juliacensis, a Villa Titz nomen nactus, seculo XVI. Primum in Monasterio Regularium S. Augustini Novesij institutus, deinde Prior Marbacensis Cœnobij in Alsatia, demum Prior Novisiensis, cum Monasterium illud solo esset æquatum, multa pro Libertate Monasterij sui pugnavit: scripsitque Annales Novisienses ab anno 690. ad 1592. Prodiere Tom. IV. Collect. PP. Martene et Durand, pag. 523.

pag. 1319.

Werthinensis Monasterij in Comitatu Marcano ad Ruram fluvium Chartularium dedit Leibnitius Tom. I. Script. Brunsvic. pag. 101. et Excerpta ex Necrologio illius Tom. III. pag. 717. et Syllogem Abbatum illius Tom. eod. pag. 600. addito Carmine Uffingi in ejus laudem, pag. 604.

pag. 1320.

Wibertus Archidiaconus Tullensis seculo XI. Scripsit Vitam Leonis IX. Papæ, qui primum Episcopus Tullensis fuerat. Prodijt apud Surium, et Paris. 1615. curante Sirmondo auctior et emendatior. Deinde seculo VI. Benedictino apud Mabillonium Parte II. pag. 49. Postremo in Probationibus Originum Habsburgo-Austriacarum, Jo: Geor. Eccardi, pag. 171.

Wichardus Baro a Polheim, Austriacus, primo Decanus, deinde Archiepiscopus Salisburgensis, mortuus anno 1315. Scripsit Continuationem Hermanni Contracti ab anno 1279. ad 1310. MS. Codex extat in Bibliotheca Vindobonensi; Lambecius illum cum alijs Auctoribus editioni paraverat.

pag. 1326.

Wipo, vel Wippo, Presbyter, Conradi Salici, et Henrici III. Imperat. Capellanus. Burgundum facit Basnagius ex hoc illius versu:

Irradias patriam, si tu modo viseris, illam.
Sed patria medijs temporibus idem valet ac regio.

Cætera illius nos latent. Scripsit Vitam Conradi Salici. Prodijt Tom. III. Script. Rer. Germanic. Joannis Pistorij, pag. 421. Scripsit etiam Panegyricum ad Henricum III. Imperatorem. Prodijt Tom. III. Lect. Ant. Canisij Part. I. pag. 167. Scripsit demum Proverbia ligato sermone ad Henricum Conradi Imperat. filium. Prodiere Tom. IX. Collectionis P.P. Martene et Durand pag. 1095. et Tom. I. hujus Bibliothecæ, pag. 447.

pag. 327.

Witikindus, patria Saxo, Monachus Corbejensis, discendi causa Monasterium Hirsaugiense adijt, post ad Corbejensem redijt, ibique scholis præfuit. Scripsit circa annum. 980. De rebus Saxonum gestis Libros. III. Prodiere primum inter Scriptor. Germanicos Hervagij Basil. 1532. fol. post a Reinero Reineccio Francof. 1580. fol. Deinde ab Henrico Meibomio avo Francof. 1621. fol. cum Annotationibus, quas recudit Henricus Meibomius nepos Tom. I. Script. Rer. Germ. Tandem Leibnitius ex Codice antiquo Casinensi inseruit Summam Capitum Vitikindi Tom. I. Script. Rer. Brunsvic. pag. 208. cum varijs Lectionibus, pag. 211. et. 221.

Edit. Basil. 1532. consta Seel. 5.

Wolfherrus in Altahensi Monasterio educatus, et discipulus S. Godehardi Episcopi Hildesheimensis Sæculo. XI. Scripsit Vitam S. Godehardi magistri sui. Prodijt in Actis Sanctorum Henschenij Tom. I. Maij, pag. 502. et in Mabillonij Sæculo. VI. Benedictino, Part. I. pag. 395. cum observationibus prævijs. Tandem Tom. I. Script. Brunsvic. Leibnitij, pag. 482.

pag. 328.

P. Wuia, non est Scriptor medij ævi, sed nomen P. tantum adposuit, ut eo melius lateret. Litteræ vero W. et VI. retro lectæ indicant nomen Auctoris, qui fuit Iurga, hoc est Georgius Valentinus Winterus, Treptoviensis ad Regam, Pomeranus, I. U. D. Comes Palatinus Cæsareus, et Ducum aliquot Pomeraniæ Consiliarius, qui obijt anno. 1623. Sub ficto nomine supradicto scripsit Historiam Episcopatus Caminensis, quæ diu latuit. Tandem vero prodijt Tom. II. Script. Germanicorum Io: Petri Ludewigij, pag. 496. quamvis admodum mendose, si nomina propria spectes.

pag. 332. Z.

Zacharias Lilius, Vicentinus Canonicus Regularis circa annum. 1493. scripsit Breviarium Orbis. Prodijt Florentiæ. 1493. 4. per Antonium Misceminum, et Neapoli. 1496. 4.

pag. 333.

Zeno Veronensis Episcopus, Gallieni tempore Martyr, cujus Sermones ultra CXXX. Recusi sunt Veronæ. 1739. fol. curantibus Petro et Hieronymo fratribus Ballerinijs.

pag. 334.

Zwetlense Chronicon duplex, quod a Monasterio Austriæ nomen habet: alterum a nato Christo ad annum. 1349. prodijt Tom. I. pag. 524. Script. Rer. Austr. Hieronymi Pezij: alterum ab anno 1075. ad. 1179. ibidem, pag. 517. Fragmentum de Fundatione Monasterij Zwetlensis, extat ibidem pag. 522. Diplomatarium Zwetlense dedit Io: Petrus Ludewigius Tom. IV. Reliquiarum Manuscriptorum, pag. 24.

Ex addendis et corrigendis in fine hujus Tom. VI.

pag. 348.

Iacobus Malvetius scripsit Chronicon desinens in anno. 1332. Prodijt Tom. XIV. Rer. Italic. Muratorij, pag. 51.

2

II.
603

Fistularius Paulus

De Historicis latinis Scriptoribus. ex Fabricii Bibl.
autogr.

Tom. I. huius Bibliothecę tres priores Libros continet a pag. 1. usque ad pag. 37.

Tom. II. Librum IV. a pag. 38. usque ad pag. 82.

Ætas Aurea a pag. 1. usque 9

Argentea a pag. 10. usque 22.

Ænea et Ferrea a pag. 23. usque 37.

primo Tomo comprehenduntur.

Cæteri, ut Fragmenta, Collectiones, Monumenta Vetera, Grammatici, Medici, Rhetores, Clari Impostores, aliaque huiusmodi secundo Tomo continentur, a pag. 38. usque 84.

Marcus Porcius Cato, antea Priscus appellatus, etiam Major vulgo audit ob pronepotem Catonem Minorem Uticensem. Ortus municipio Tusculo, non minus egregij Imperatoris, Consulisque ac Censoris, unde et Censorius passim dictus, quam Jurisconsulti, Oratoris, conditoris Historiarum, ac Philosophi nomen promeruit. Bello Punico. II. ab anno usque. XVII. ętatis non infeliciter pugnavit: de Hispania triumphum, et multa in Republica pręclare egit; magno jam natu non dubitavit Gręcas litteras in Sardinia ab Ennio addiscere, nec pauca latine scripsit, obijtque. III. Bello Punico ineunte, quod ipse persuaserat, L. Marcio Censorio, et M. Manilio Nepote Consulibus anno U. C. 603. ante C. N. 148. annos natus. 85. teste Cicerone in Bruto Cap. XX. et Plinio Lib. XXIX. Cap. I. Quamquam Livius Lib. XXXIX. Cap. 40. testatur anno. 86. eum adhuc causas egisse, et anno. 90. Servium Galbam ad Populi judicium adduxisse, quod narrat etiam Plutarchus in ejus Vita pag. 344. seq. Confer, si juvat, Valerium Max. Lib. VIII. Cap. VII. 1. Jam tum Ciceronis ętate, quod ipse scit tradit in Bruto Cap. XVIII., nullum fere extabat scriptum latinum, quod esset dignum lectione, scriptis Catonis antiquius. Cum vero plurima scripserit, unicus hodie illius superest Liber de Agricultura, sive de Rebus Rusticis ad Filium Prodijt typis pluries separatim, conjunctim etiam cum Varronis, Columellę, ac Palladij Libris. In separatis Editiones potiores Ausonij Popmę. 1590. 8. apud Plantinum, et Jo: Meursij Lugd. Batav. 1598. 8 In coniunctis potior Editio Heidelbergę. 1591. 8. apud Hieronymum Commelinum. Catoni supposita sunt tanquam ex ejusdem Originibus petita de Antiquis Italię populis fragmenta, quę una cum alijs scriptis nullius fidei vulgavit Joannes Annius, et tanquam conficta ac spuria ab omnibus rejecta, quamquam Lacinijs quibusdam, quas e Catone Plinius et alij proferunt, adtexta. Vide in Biblioth. Gręc. Tom. XIV. pag. 211. seqq. plura de hoc Annio

Coniunctim cum alijs Latinis Scriptoribus veteribus Rei Rusticę prodijt etiam postremo Lipsię. 1735. 4. Volum. II. ac estimari solet Sterl. 1.

M. Accius Plautus, initio Plotus a pedum planitie, patria Sarsinas ex Umbria, lepidissimus Poeta fuit. A temporibus belli Punici. II. floruit, ingenio magis dives quam opibus, ita ut ad molas manuarias se locare coactus sit pistori, teste Hieron. in Chronico, et Gellio Lib. III. Cap. 3. Fatis concessit Romę, cum Terentius vix novennis esset, anno U. C. 570. ante Christum nat. 184 P. Claudio et L. Porcio Coss. Quintiliani judicio Lib. X. Cap. 1. in Comoedia maxime claudicant Latini, nec Gręcis comparandi

Ætatem tulerunt, pręter unam Vidulariam, Comoedię Plauti Varronianę omnes, sive. XXI. illę, quas Varro in Libris de Comoedijs Plautinianis consensu omnium pro genuinis habuit, teste Gellio Lib. III Cap. 3 Edit. Venet. 1524. apud Aldum. Francofurti. 1610. 8. Neapoli Nemetum sive Spirę. 1619. 4. Francofurti. 1641. 8. Lugd. Bat. 1645. 8. scel. et alibi pluries.

Plauti Editioni. 1619. 4. subiunxit Pareus Querolum, sive Aululariam diversam ab Aulularia inter Plautinas jam posita. Sed ea Plautum non agnoscit auctorem. Inscribitur Rutilio, haud forte diverso a Claudio Rutilio scriptore Itinerarij, de quo infra. Exploratum videtur vel e Servij testimonio, cum Theodosij saltem Junioris tempora ejus auctorem sive antecedere sive ęquare.

Plauti editio. Lugd. Bat. 1664. 8 curante Gronovio ęstimari solet Scel. 4. Ibid. 1669. 8. scel. 5. Amst. 1684. 8. [illegible] Scel. 12.

pag. 69. Cap. VI. #

Cornelius Nepos natus fertur in Hostilia Veronensium vico. Scriptor fuit ingenio, studio veritatis, sermonisque puro ac succinctæ elegantiæ laudatissimus. Obijt post annum U.C. 724. ante Christ. 30. Extant ejus Vitę Excellentium Grecię Imperatorum, sive Belli Ducum. XX. dicatę Pomponio Attico, Item Brevis de Regibus Persarum, Grecorumque commemoratio. Hamilcaris Barcę, et filij ejus Hannibalis Vitę, et ipsiusmet Attici Vita. Recusus est nuper Lugd. Bat. 1734. 8. et estimari solet scel. ½.

pag. 81. Cap. VII.

M. Terentius Varro Romę natus anno U.C. 638. obijt anno 727. post Æram vulgarem 27. Vir undecumque doctissimus, Ciceronis aliorumque virorum Clariss. familiaris Tribunatu alijsque muneribus functus, atque in bello civili Pompejanas partes strenue contutatus, mature tamen Cęsari victori se permisit, et ab eo in gratiam receptus, Bibliothecisque Grecis et Latinis comparandis ac dirigendis prefectus, in litterario otio delituit, totumque se tradidit scribendis Libris. Septuagenario major anno U.C. 710. ab Antonio una cum Cicerone proscriptus, evasit quidem, attamen direptis Bibliothecis suis, gravem jacturam passus est etiam Scriptorum suorum; inter quę fuit Εἰσαγωγικὸν ad Cn. Pompejum, de quo Gellius Lib. XIV. Cap. VII. Scripsit vario genere Libros. CCCCXC. ut apud eundem Gellium Lib. III. Cap. X. Scripsit inter cetera Libros. XXIV. de Lingua Latina, quorum supersunt tantum Liber. IV. V. et VI. de originibus ipsis verborum Latinorum ad M. T. Ciceronem. et Liber. ~~..~~ VII. VIII. et IX. qui sunt de Analogia, omnes tamen hinc inde quibusdam hiantes lacunis. Reliqui, exceptis perpaucis Fragmentis, interciderunt. Scripsit preterea Libros. III. de Re Rustica, annos natus. 80. ad Fundaniam uxorem, ut in limine Operis ipse testatur his verbis: Quod, ut dicitur, si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me, ut sarcinas colligam, antequam proficiscar e vita.

Editiones Operum Varronis, quę supersunt, cum Fragmentis, Ausonij Popmę, Lugd. Batav. 1601. 8. Dordraci. 1619. 8. apud Jo: Berewout, constat Scel. 9. et Amstelod. 1623. 8. apud Jo: Jansonium. quibus nulla hactenus Locupletior Varronis Editio vidit lucem.

pag. 29. Cap. III.

P. Terentius, Afer, natus Carthagine anno Romę Urbis C. 562. ante C. N. 192. annis. X. post finem Belli Punici. II. Romam venit Servus, sed a Terentio Lucano Senatore ob ingenij ac formę elegantiam mature manumissus, amicitia virorum nobilissimorum P. Cornel. Scip. Africani, et C. Lelij Sapientis usus est, ut etiam ab his adjuvari in componendis Fabulis diceretur. Obijt, teste Eusebio in Arcadia, anno U.C. juxta Marianum Scotum. 599. ante Christum N. 155. etatis. 37. cum itinere in Asiam suscepto naufragium fecisset, atque in illo Fabulas 108. e Menandro versas perdidisset.

Extant ejus Comoedię. VI. neque plures veteribus cognitę fuerunt, qui in eis nativam elegantiam puri ac simplicis sermonis, ingeniumque suave, et τὸ ἠθικόν, quod e Grecorum, Menandri precipue imitatione feliciter consecutus est, licet vim Comicam in eo desideravit Cęsar.

Edit. Parisijs. 1602. 4. et Francofurti. 1624. 4. et Cantabrig. 1726. 4. constat Scel. 10½.

pag. 49. Cap. IV.

T. Lucretius Carus, patria ut videtur Romanus natus, teste Eusebio, Olymp. 171. 2. A. U. C. 659. A. C. 95. postea amatorio poculo in furorem versus, cum aliquot Libros per intervalla insanię conscripsisset, quos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit anno ętatis. 44. U.C. 703. Quinquennio citius extinctum facit Autor Vitę Virgilij A.U.C. 698. Philosophus de Epicuri schola acutissimus, ac Poeta sublimis fuit, idemque elegans et multis artis luminibus pictus, ac Latinę Linguę auctor egregius.

Extant eius Libri. VI. De Rerum Natura ad C. Memmium Gemellum Heroico Poemate, versibus iucunda antiquitatis sapore conditis Epicuri de rebus naturalibus sententiam, sed et impios eius errores disertissime explicantes.

Edit. Neapoli. 1693. 12. Londini. 1715. 12. Scel. 5.

~~1686 ... editio estimari solet Scel. 2.~~

pag. 60. Cap. V.

C. Valerius Catullus natus anno U.C. 668. claro genere in peninsula Sirmione Lacus Benaci in agro Veronensi, Poeta lepidus et prisca suavitate venustus, at salibus admixtis passim, quod merito fugias, obscoenis. Obijt Romę circa annum U.C. 705. Quamquam Catullus Carmine. 53. meminit Consulatus Vatinij, quem gessit ille suffectus anno U.C. 707. certe ad illud saltim tempus Catullus supervixit.

Extat ejus Liber Epigrammatum, variorumque Poematum diverso Carminis genere scriptorum, dicatus Cornelio Nepoti.

Sepius celebres Amorum Triumviri Catullus, Tibullus, et Propertius conjunctim prodierunt. Catullus tamen seorsim editus cum Mureti Notis Venetijs. 1558. 8. apud Aldum Pauli F. Cum Commentario Achillis Statij Lusitani Venetijs. 1566. 8. et Londini. 1684. 4. cum eruditissimo Is. Vossij Commentario, quę Editio reliquis quidem hactenus prestat.

<u>M. Tullius Cicero</u>, Romanus, ex equestri familia, natus est in villa Arpinate anno U. C. 648. perijt proscriptus misereque obtruncatus. 7. Idus Decembris anno. 711.
De Ciceronis Operibus multis, quæ supersunt verba facere actum esset agere, cum ubique terrarum nota ac celeberrima sint. Libros tamen quæ de Arte Rhetorica, seu Rhetoricorum ad C. Herennium circumferuntur, Ciceronis minime esse observant viri docti Samuel Schurtzfleischius, Petrus Victorius, Paulus et Aldus Manutij, Andreas Turnebus, Muretus, Sigonius, Riccobonus, aliique, qui omnes Ciceroni id opus abdicant, tribuuntque vel <u>Lucio Cornificio</u> patri, ad quem Ciceronis Epistolæ extant, vel <u>Lo Cornificio</u> filio, qui anno U. C. 719. Consul fuit, et de Rhetorica arte scripsisse e Quintiliano intelligitur; vel <u>Ciceroni filio</u>, aut <u>Laureæ Tullij</u> Ciceronis liberto, qui et ipse Cicero vocabatur, vel <u>Tullio Tironi</u>, quem inter Rhetores memorant Plinius ac Suetonius: vel <u>M. Gallioni</u>, cujus nomen in antiquissimo Codice Librorum ad Herennium Romano, licet ab alia manu deletum, comparuisse refert Aldus Manutius P. filius Epistola ad A. Naugerium: vel <u>Virginio Rufo</u>, quem voce et scripto eloquentiam docuisse Neronis temporibus, tradunt Tacitus et Quintilianus: vel <u>Timolao</u> denique uni e XXX. Tirannis, quem ad Herennium fratrem scripsisse auctor est Trebellius Pollio. Quisquis demum is fuit, non longe tamen a Ciceronis ætate floruisse libenter sibi persuadet Fabricius. Editiones nitidas ac Locupletes Operum Ciceronis sunt quidem quamplurimæ; reliquis tamen, quæ extant, præferre non dubitat Fabricius Editionem Hamburgi. 1618. fol. 2. Vol. cum notis Jani Gulielmii, et Jani Gruteri. Recusa est Londini. 1681. sed Capitum distinctione omissa, quod merito dolet Thomas Crenius V. C. Parte 1. Animadvers. Philolog. pag. 8.

Edit. Hamburg. 1618. æstimari solet Sterl. 1. Scel. 1. Londin. vero. 1681. Scel. 12.
Editæ etiam sunt Cic. Opera in 8. pluries, præsertim vero apud Elzevirios. 1642. Tom. VIII. et æstimari solent Sterl. 2. Scel. 12½

pag. 164. Cap. IX.

C. Sallustius Crispus natus Amiterni, oppido Sabinorum, a Cæsare Dictatore Senatoriæ dignitati restitutus, evectusque ad Præturam, et Præfectus, sive potius expilator Numidiæ, vitæ ipse profligatæ, quantumvis in scriptis veritatis studiosus, et alienorum vitiorum Catonis ac Thucididis exemplo acerbissimus insectator, obijt Anno U. C. 719. seu quadriennio ante pugnam Actiacam, quæ contigit anno 723. Alius Sallustius Crispus huius nostri sororis filius, inventor Æris, quod ab eo Sallustianum est appellatum Plin. Lib. XXXIV. Cap. II. et ad quem Horatius Lib. II. Oda. II. Extant Sallustij nostri, Thucydideo gravitate, et acuta brevitate styli, Catonianaque colore orationis ab eo descripta Bellum Iugurthinum, Bellum Catilinarium, et Fragmenta collecta a Ludovico Carrione, et Antonio Riccobono e sex ejusdem Libris Historiarum Populi Romani a morte Syllæ, quæ contigit M. Lepido et Q. Catulo Coss. anno U. C. 677. usque ad Catilinæ conjurationem. Extant item Orationes duæ, seu potius Epistolæ ad Cæsarem de Republica ordinanda. Declamatio in Catilinam, et alia in Ciceronem, Porcij Latronis potius aut Vibij Crispi, vel alterius non insulsi Rhetoris antiqui esse creditur a viris doctis, non Sallustij

Editiones Operum Sallustij

Venet. 1564. 4. apud Ald. Man. — Scel. 1.
Antuerp. 1569. 8. Lud. Carrionis cura, ap. Plant. Scel. 2.
Francof. 1607. 8. Gruteri cura, et Notis Variorum Scel. 1 ½
Lugd. Bat. 1665. 8. Gronovij cura — Scel. 4.
Patavij. 1722. 8. Vulpij cura, apud Cominum Scel. 2.

C. Julius Cesar Dictator, eloquentia, doctrinaque non minus quam incredibili animi vigore, ut ex Plinio Lib. VII. Cap. 25, rerumque gestarum magnitudine clarissimus, post victum Cn. Pompejum et oppressam Rempublicam, cum paullo ultra quadriennium cum summa potestate satis moderate usus esset, in Curia a conjuratis confossus perijt id. Martijs anno U.C. 710. ante Christum. 44. ætatis. 56. Extant ipsius de bello, quod cum Gallis gessit, Commentariorum Libri. VII., quorum singuli singulorum annorum res complectuntur. Unde Hirtius Lib. VIII. Cap. 48. Scio Cesarem singulorum annorum singulos Commentarios fecisse, quod ego non existimavi mihi esse faciendum.

Aulus Hirtius Cesaris familiaris, qui anno proximo post Cesarem interfectum Consul in acie perijt, novissimum Gallici Belli imperfectumque supplevit Librum VIII. teste Suetonio in Julio Ces. Cap. LVI. quem Cornelio Balbo Gaditano inscripsit.

Cesaris tamen esse Libros. III. de bello Civili Pompejano, testatur diserte idem Suetonius loco citato.

Subjungi his solent, Liber de bello Cesaris Alexandrino, qui Hirtium, ut videtur, habet auctorem, eundem scilicet, qui Lib. VIII. de bello Gallico addidit. Liber de bello Africano, quod cum Juba Numidarum Rege Cesar gessit, omnium, judice Lipsio, elegantissimus, atque illi ipsi, qui superiorem scripsit, tribuendus. Liber de bello Hispaniensi extrema sui parte mutilus, alterius, quam duo superiores, auctoris esse, totusque militari quodam et horrido stylo, etsi bene latino, compositus deprehensus est a Lipsio et Josepho Scaligero. De Libris his ita Suetonius dicto loco: Alexandrini, Africique et Hispaniensis incertus auctor est, * alij enim Oppium putant,

alij Hirtium, qui etiam Gallici Belli novissimum imperfectumque Librum supplevit. C. Oppius Cesaris familiaris fuit, de quo G. J. Vossius. Huic igitur Librum de Bello Hispaniensi tribuit idem Vossius, ac Volaterranus, ceteros duos Hirtio adscribunt viri docti, ut supra dictum est.

Fragmentum extremas referens belli civilis a Cesare in Hispania gesti, petitum creditur e Commentarijs de Vita Cesaris, quos tribuunt Julio Celso, teste eodem Vossio; quare de Julio hoc Celso dicendum, ut Fragmenti auctor quoque dignosci possit.

Julius Celsus, seu Anonymus, qui sub ejus nomine latet, scripsit Libros. III. Commentariorum de Vita et rebus gestis Julij Cesaris. Anonymus ipse Christianus fuit, ut observatum est Grevio et Dodwello, qui Italum etiam suspicantur, et quidem recentioris etatis. Morinos enim tradit sua etate Flandros appellari, et Reges Germanie Cesares; meminit Constantie, et Basilee urbis, ipsique notata est urbs famosa Parisius et Hannonia. Non tamen indignus est lectione, cum multas graves sententias aperiat, neque in cognoscendis causis cur queque gesta sint obtusus, nec inutilis aut legentibus, aut edentibus Cesarem. Se non esse Julium Celsum ipsemet fatetur, dudum legisseque opus sub Julij Celsi nomine indicat, quod tamen hodie non extat, Edit. Grev. pag. 68. his verbis: Suetonius auctor certissimus, Germanorum hoc in finibus accidisse ait, Julius autem Celsus comes, et qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum refert. Fortasse non erraverit qui cum erudito viro Bernardo Moneta sibi persuaserit Libros hosce tres de Vita Cesaris auctorem habere Franciscum Petrarcham. Certe Fragmentum de Bello Hispanico, quod Jungermannus ex Codice Petaviano edidit, Petrarche diserte in illo M.S. tribuitur. Idem vero Fragmentum ex Lib. III. horum Commentariorum pag. 185. usque. 191. Edit. Greviane ad verbum est repetitum. Prodiere typis hi Commentarij anno. 1473. fol. ante Cesaris Lib. de Bell. Gall. sine loci aut typographi notatione, deinde

At Oppio abjudicat auctor Moniti in Editione Cesaris Albritiana. 1737. pag. 640. conjicitque auctorem Libri de Bello Hispaniensi, Syrum fuisse aut Afrum, aut ex quapiam alia gente orientali, cujus Dialectus aut Syriaca aut Syriace finitima, egregium militem, ac Cesaris comitem. Quod etiam Joanni Vossio in mentem venit de Balbo, non inverisimile credis. Balbus enim Hispanus genere, non Romanus aut Italus fuit. Addit quod Ephemeris potius, quam Historia hic Liber sit. Balbi autem Ephemeridem memoravit Sidonius Lib. IX. Ep. XIV. Balbus vero eque Cesari, ut Hirtius Oppiusque amicissimus fuit. Gaditanus patria fuit Cornelius Balbus, cui Commentar. Cesaris Librum. VIII. Aulus Hirtius dicavit.

Amstelodami cum Cæsaris Editione, curante Joanne Georgio Grævio. 1697. 8. recusæ ibidem 1713. 8. Hæ duæ Cæsaris cum Celso editiones cæteris præferri, quantumvis nitidissimis, non tamen adeo locupletibus, possunt.

Cæsar præterea jussit omnem orbem Romani nominis admetiri per viros peritos, et hanc Descriptionem Cosmographicam in litteras referri, ut auctor est

Æthicus scriptor Christianus, qui post Constantini M. tempora vixit, in Præfatione testatus, argumentum et ordinem in Cosmographia sua esse eundem, quem mensores Orbis sub Julio Cæsari, et M. Antonio, atque sub Imper. Augusto, Zenodoxus (Xenodoxus) in Oriente, Theodotus ad septentriones, Polyclitus ad meridiem observarint. Unde non absurde colligunt viri docti hoc ipsum opus esse Cosmographiæ et Itinerarij, quod Julio Cæsari a Baldrico et alijs adscribitur, sed a varijs postea interpolatum, immutatum, truncatum, auctum, qua Ethnicis, qua Christianis, ad nos pervenit, ac sæpe etiam editum est sub nomine Æthici Istri, et Antonini Augusti. In alijs quibusdam Codicibus M.S. Antonio Augustulo, vel Augustali, in alijs Julio Honorio Oratori tribuitur, sub cujus nomine Librum huiusmodi laudat Cassiodorus De Divin. Lectionibus Cap. XXV. Barthius in suo Codice Antonini Æthici nomen reperisse testatur, cujus rei apud ipsum fides esto. Nicolaus demum Bergierius in præclaro Opere de publicis et militaribus Vijs Lib. III. Cap. VI. non dubitat descriptionem Orbis factam scriptoque signatam sub Cæsaris jam et Augusti principatu, sed auctam deinde sub Antoninis, denique ab Æthico recensitam, et pro sui ingenij ac temporum modo auctam, styloque suo et tempori aptatam. Duplex hæc Cosmographia, cujus pars posterior integra fere extat apud Orosium Lib. I. Cap. II. typis prodijt primum, ut hoc eodem Tom. pag. 410. Basileæ. 1575. 12. e Codice Petri Pithoei curante Josia Simlero, deinde cum Mela. 1577. 4. apud Henr. Steph. et Parisijs. 1625. 12. et Lugd. Batav. 1646. 12.

Prodijt hoc Julij Celsi Opusculum Londini quoque, anno eodem 1697. 8. et constat Scel. 1½. alias etiam Scel. 1.

Editiones Cæsaris Operum
Lugd. 1544. 8. apud Seb. Gryph. Scel. 2.
Amst. 1675. 8. apud Elzev. Scel. 3.
Venet. 1561. 8. Not. P. Manut. Scel. 2.
Lond. 1693. 8. ad us. Delph. Scel. 2.
Roterd. 1705. 8. Emend. Scalig. Scel. 1.
Antuerp. 1570. apud Plant. 8. Scel. 2.
Lips. 1705. Not. Cellar. 8. Scel. 2.
H. Magdeb. 1718. 8. cum Not. Scel. 2.
Lond. 1718. 8. cura Mattaire Scel. 2
Lond. 1720. 8. Not. Sam. Clarke Scel. 2½
Lond. 1731. 8. ad us. Delph. Scel. 3½.
Lond. 1744. 8. 2. Vol. Scel. 7½

Basil. Edit. 1575 constat Scel. 1½.

pag. 191. Cap. XI.

T. Livius anno U.C. 695. juxta Eusebiū in Chronico, natus Patavij, Romę postea Claudij Imperatoris studia moderatus, ut colligere est ex Suetonio in Claudio Cap. XLI. Scriptor sublimi et lacteo sermonis ubertate unus res Romanas ęquare feliciter ausus, obijt in patria septuagenario major, anno 4. Tiberij Imper. U.C. 770. post Christum natum 17. T. Livium obijsse anno ętatis 76. notavit Jo: Conradus Dietericus in vita Augusti Imp. pag. 221. Augusti amicitia Livium adeo fuisse honestatum auctor est Tacitus, Cremutium Cordum loquentem inducens, Annal. IV. 34. ut sępe ab Augusto Pompejanus appellaretur, quod maximis laudibus Pompejū extulerit; neque id tamen eorum amicitię unquam offecisse. Eloquentię ac fidei preclarum inprimis ibidem vocat Tacitus; seu Cremutius supra memoratus: Candidissimum omnium magnorū ingeniorum ęstimatorem, M. Seneca, Suasoria VII. Historiam Romanam, sive ut ipse Lib. 43. Cap. 13. appellat, Annales ab U.C. ad Bellum Germanicum mortemque Drusi, hoc est ad annum 744. persecutus est Libris CXLII. Quorum hodie plures non extant quam XXXV. In Decadas Livius Historiam suam minime scidit, sed legentium ignavia, ut pridem monitum a Francisco Petrarcha in Epistola ad Boccacium.# Decem Libri priores, qui supersunt, origines Urbis continent historiamque usque ad annū U.C. 460. Deinde Liber XXI. usque ad XLV. Historiam continet ab initio Belli Punici II. quod cępit anno 536. usque ad annum 586. In temporum notatione Livius perinde ut Dionysius Halicarnassensis, secutus est rationes Catonianas, quę ęram Urbis biennio faciunt Varroniana recentiorem. Historiam creditur scribere cepisse anno U.C. 725. ultimam vero imposuisse manum anno 745.

Lib. CXXXVI. Livij allegat Censorinus Cap. 17. Lib. CXIII. bis citat Priscianus. Lib. CIII. meminit Serenus Sammonicus.

Cum viveret Livius, paucis probatum, sed post fata demum meritos honores consecutum affirmat vetus auctor apud Suidam in Κορνοῦτος. Tamen nec vivi exiguam famam fuisse fidem facit Gaditanus ille apud Plinium Lib. II. Epist. 3. et S. Hieronymum Epist. 103. ad Paulinū, qui Livij nomine excitatus, ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venit, statimque ut viderat, abijt.

Nihilominus Caligula apud Suetonium Cap. 34. cogitasse dicitur de Liviano Opere abolendo, tamquam verboso atque in Historia negligenti. Fertur et D. Gregorius Magnus idem meditatus, Livium detestatus uti Prodigiorum nimis frequentem praedicatorem. Mentitum etiam in quibusdam Livium notavit Vopiscus in Aureliano Cap. II. Nec Livio demum Criticorum quorundam recentiorum rigor pepercit. Ita Jo: Brodeus ad III. 24. Antholog. pag. 379. Livium citare quid attinet, sempiternum Gallorum adversarium, sicuti recte collegit Glareanus; cujus fides merito infamatur atque ut invidiae plena ab Antonino Pio (respicit locum in Antonini Itinerario) ut gloriae a Plinio (Praefat. Hist. Nat.) ut mendacii ab Augusto, Liviomastige scilicet, Pompeianum eum appellante (Tacit. Annal. IV. 34) ut perjurum cum Halicarnasseo, Diodoro, Polybio a multis, ut secum pr. gravis a Laurentio Valla; ut fabulosa, veluti de Caco et Evandro liquet, notatur Lactea illa ubertas, &c. Demum Jacobus Palmerius in Exercitatione ad optimos Auctores Graecos pag. 188. seq. Livium carpit, ut aretalogum, et Romanorum mancipium, plagiarium Polybii, Galli nominis inimicum, &c.

In antiquioribus Livii Editionibus Libri XXIX. neque illi integri occurrunt. In Editione 1518. fol. ex officina Jo: Scheferi Moguntiae primum prodiit Liber XXXIII. sed prioribus 17. fere Capitibus truncatus, et pars posterior Libri XL. a Capite 37. In Editione Basileensi 1531. fol. cum praefatione Erasmi, prodiere primum Liber XLI. et quatuor proximi, sed hinc inde lacunosi ex Codice antiquissimo majusculis litteris exarato, qui servabatur in Monasterio Wormatiae Laurisheno, et hodie occurrit in Caesarea Bibliotheca, teste Lambecio Lib. II. Commentar. Biblioth. Vindob. pag. 943. seq. ubi specimine insigni ostendit ex diligentiori inspectione illius M.S. non pauca posse in Livio restitui. In editione Romana 1616. 8. apud Barthol. Zanettum, mox recusa Venetiis apud Jo: Bapt. Ciottum, 8. et Parisiis eodem anno 8. Liber XXXIII. priore parte, seu prioribus Capitibus 17. auctior prodiit e M.S. Codice Biblioth. Eccles. Cathedralis Bambergensis. Cap. XVII. ante Romanam Edit. incipiebat: Iis partibus cohaerens Acarnaniae. Nunc incipit auctior: Legati haec sunt decreta.

Vide Jo: Ger. Voss. de Hist. Lat. Lib. I. Cap. XIX. ubi Livium disertissime defendit contra Caligulae insaniam, talia de Homeri quoque scriptis Virgiliique cogitantis, Suetonio ipso teste, eod. Cap. 34. Vit. Calig. et ad Jur. Consultorum omnium Opera abolendo livorem suum ac malignitatem extendere cupientis.

S. Antonini narrationem de D. Gregorio Magno, Livii Codices combustioni mandante, in dubium vocat Jacobus Gretserus Lib. I. de jure prohibendi Libros malos Cap. XXX.

Vopiscus in Aureliano non Livium tantum, sed neminem Scriptorum, quem, quantum ad Historiam pertinet, non aliquid esse mentitum, non Sallustio, non Trogo, non Tacito denique, nedum Livio parcens.

Jo: Brodeus Pseudo-Antonino usus est, quem Annius Viterbiensis commentus fuit, non germano ac vero Antonini Itinerario, quod primum edidit Josias Simlerus, ubi nusquam leguntur ea de Livio verba.

Plinius quamvis gloriae cupidum asserit Livium, tamen celeberrimum Historiarum Scriptorem appellat.

De Glareano aliisque Galliis Scriptoribus nihil dicere attinet, plus fortasse suae gentis gloriae, quam integro de Liviana fide judicio studentibus. Quae de re vide loco cit. eundem Vossium.

Perditos Livij Libros ex ingenio supplevit vir doctus Jo: Freinshemius, argumento ex Epitomis petito, et adhibitis græcis et latinis quæ extant monumentis, tanta industria, ut ipse non dubitet profiteri, se neutiquam metuere, ne quis ex omnibus his scriptoribus, qui sunt in ~~manu~~ hominum manu, aliquid efficiat in hoc genere concinnius, copiosius, veriusque. Primi Libri · X · prodierunt Holmiæ · 1649 · 12 · Libri · LX · deinde Argentorati · 1654 · 4 · Denique adiunctis · XXXV · posthumis, quos ab hæredibus Galli redemerunt, universi Libri · XCV · Supplementorum vulgati sunt Parisijs · 1679 · 1682 · una cum Livio, sex Voluminibus, ad usum Delphini, a Joanne Doujatio, ~~cui Editi~~ ubi Doujatius ipse ex ingenio supplevit Lacunas sedecim, quæ in Libro XLI · XLIII · XLIV · et XLV · adhuc occurrebant · Supplementa tamen Freinshemij parum emendate hic prodijsse dolet Jo: Clericus Tom · III · Biblioth · selectæ pag · 166 · Hæc Doujatiana editio recusa est Venetijs · 1715 seq · 4 · sex Voluminibus, curante Carolo Bonarrigo · In calce additæ etiam breves notæ Joannis Clerici; ad Freinshemij vero Supplementa, Scriptorum veterum loci diligentius allegati quam in Parisiensi Editione. Iterum recusa est Oxoniæ · 1708 · 8 · sex Volum · curante Thoma Hearne, sed sine Freinshemij supplementis · Cum Supplementis vero Amstelodami · 1710 · 8 · decem Volum · curante Henrico Wetstenio; sed, quod multi factum nollent, omissa loca Auctorum, e quibus Freinshemius sua repetiit, et quæ in marginibus Doujatianis ubique leguntur.

Recusus est Livius cum Freinshemij Supplementis, et cum Notis Crevier, Paris · 1735 · 4 · Tom · VI · ac æstimari solet Sterl · 5 ·

pag · 201 ·

Epitome Librorum Livianorum, sive Breviarium T · Livij, Libros · CXL · tantummodo continet, in qua desiderantur Liber CXXXVI · et · CXXXVII · ut observatum Sigonio, qui in M · S · Codice vacuum intervallum deprehendit, quod etiam dictum est pag · 193 · Hoc Breviarium Livij a L · Annæo Floro scriptum communiter existimatur, cum cujus Libris · IV · Epitomes Rer · Romanarum sæpissime prodijt.

Verum vel ideo quod in his subinde Florus a Livio dissentit, nonnulli duos diversos voluerunt Floros comminisci, ut Balthasar Bonifacius Lib. XV. Cap. V. Hist. Ludicræ. Alij vero, inter quos Dionysius Gothofredus, suspicati sunt Livium ipsum ex more veterum Epitomas illas veluti indices præfixisse singulis Libris, quæ deinde cum altera Epitome Rer. Romanarum confundi, atque adeo ad Florum auctorem referri facile potuerunt. Insuper Junium Maximum æqualem Statij Poetæ, Historias Sallustij Livijque in Epitomen contraxisse viri docti observant ex his verbis IV. Silvarum. 7. ad Maximum Junium:

Sed tuas artes puer ante discat;
Omne quess mundi senium remensus
Orsa Sallusti brevis, et Timavi
Reddit alumnum.

Ab hac Epitome Liviana non sine ratione vir eruditiss. Janus Vincentius Gravina Orat. I. de Instaurat. Studiorum pag. 12. Romanorum res gestas initio per compendium petere suadet, utpote quæ simplicior et candidior est Floro et Vellejo, resque exprimit proprijs et convenientibus verbis, absque fuco et argutijs, quibus non satis uterque illorum abstinuerunt, e quibus periculum fuerit, ne puerorum animi fallacibus illis et meretricijs orationis ornamentis a nervosa et civili scribendi consuetudine abducantur.

pag. 218. Cap. XII.

P. Virgilius Maro natus in agro Mantuano anno U.C. 684. Idib. Octobris, Augusto et Mecenati charissimus, non tantum Eusebij sed omnium facile judicio princeps Poetarum Latinorum, obijt Brundusij anno U.C. 735. ante Christum natum. 19. ætatis. 51. Virgilij Opera magis nota sunt, quam ut hic indigeant enumerari. Eundem illustrarunt præter Phocam Grammaticum, et Probum, Tiberius Claudius Donatus, ~~Asconius Pedianus~~ M. Junius Phylargirius, Servius de quibus suo loco; omitto alios bene multos quorum Opera interciderunt. Præter nota vero Virgilij Opera Bucolica, Georgica, et Æneidem, una imprimi solent Catalecta, seu sequentia opuscula tanquam Virgilij partus; # Ætna, quod Poema Cornelio Severo tribuendum esse observavit Josephus Scaliger. Carmen seu fragmentum in necem M. Tullij Cicer. eidem Cornelio Severo tribuunt viri docti. Moretum alij cum Is. Vossio Virgilio nostro vindicant, alij cum Scaligero ac Barthio, A. Septimo Severo Poetæ Italico ascribunt, qui Vespasianorum ætate vixit. Diræ Valerij Catonis in Battarum fluvium, qui forte ob agros suos inter creditores divisos in has execrationes se effudit. Priapeia, sive Lusus atque Epigrammata. 87. in Priapum obscœna maximam partem. Virgilio Jo: Maria Catanæus ad Plinij Lib: V Epist. III. Ovidio Politianus, Domitio Marso Franciscus Puietus, tribuunt. Alij rursus existimant plurium Poetarum ad Mecenatem ventitantium hoc opus fuisse in unum fasciculum ab uno quopiam collectum, et Catullo quædam ex hic deberi notavit Petrus Victorius. Copa, sive Cupa, καπηλὶς, Mulier Cauponaria; quod Carmen Virgilio tribuunt viri docti. Elegia in obitum C. Mecenatis, C. Pedoni Albinovano tribuunt Scaliger et Meibomius, Jo: Clericus, negant Vossius, Barthius, Jo: Masson, et Pet. Burmannus.

Edit. Virgilij cum Notis H. Stephani apud ipsum Stephanum. 1583. 8. Scel. 2½.

Cum Notis Io: A. Meyen apud Aldum Venet. 1576. 8. Scel. 1½.

Cum Notis Heinsij, Londini 1745. Charta max. 8. Scel. 7½.

Cum Notis Rugi in usum Delphini Hag. Com. 1723. 8. Scel. 5.

Venet. 1736. 4. Tom. II. apud Jo: Bapt. Pasquali

Culex dicatus Octavio Augusto Impr. Poema Heroicum venustum et jucundum, quod senem Virgilium lusisse putabat Josephus Scaliger, etsi Papinius in Epistola ad Stellam, adolescentis potius prolusium fuisse innuit, cui sententiæ favet etiam Martialis Lib. VIII. Epigram. 56.

Albinovani Elegiæ. III. et Fragmenta prodiere Amstel. 1700. ac æstimari solent Scel. 1½.

Amstel. 1703. 8. cum Severi Ætnae Scel. 2.

Elegia de morte Drusi ad Liviam Augustam, et de navigatione Drusi Germanici per Oceanum septentrionalem, ejusdem Albinovani. Panegyricum carmen ad Calpurnium Pisonem, perperam Virgilio, vel Ovidio adscriptum, contra temporum rationem, rectius Lucano ex auctoritate M.S. Codicis vindicavit Josephus Scaliger, et Hadrianus Junius. C. Petronij Arbitri de mutatione Reipublicæ Romanæ. vide pag. 457. sive. 466. Vita Virgilij edita a Fora grammatico; Plurium denique Scholasticorum Poetarum argumenta in Virgilij Libros.

pag. 271. Cap. XIII.

Q. Horatius Flaccus Venusij Apuliæ natus est. VI. Id. Decembr. anno U.C. 689. ante Christum. 65. L. Cotta et L. Torquato Coss. Vita decessit eodem quo Mæcenas anno U.C. 746. ante Christum. 8. ætatis. 57. C. Marcio Censorino, et C. Asinio Gallo Coss. Lyricorum fere solus legi dignus habitus est a Quintiliano, cum plures hujus generis extarent Poetæ, Titius, Cæsius, Bassus, et alij, quorum scripta quod abolita sint, huic Quintiliani censuræ tribuendum sentiunt viri docti.

Horatij carminum lectione delectati sunt duo Imperatores sapientissimi, Augustus et Severus. Est vero in Odis præsertim elaboratissimus, sublimis, suavis, emendatissimus, et in epithetis deligendis curiosus ac felix: præcipuus in satyra, doctor in Poetica Arte unice audiendus: eximius Philosophus in Epistolis. Extant ejus Carminum sive Odarum ad C. Cilnium Mæcenatem Lib. IV. Epodon Liber. I. Carmen Sæculare Horatio injunctum ab Augusto anno U.C. 736. ætatis Horatij. 40. Sermonum Libri. IV. ad eundem Mæcenatem, quorum duo priores Satyras, postremi duo Epistolas continent.

Horatij Opera incisa sunt Londini æneis tabulis. 1737. 8. a Joanne Pine, duob. Vol. 8. Prima impressio æstimari solet Sterl. 1 Scel. 10. si vero elegantius sit compacta, Sterl. 2.

pag. 297. Cap. XIV.

Cornelius Gallus Forojuliensis, Orator et Poeta clarissimus, cui Virgilius Eclogam X. et Parthenius graecus Scriptor Heroica sua inscripsit, fuit Augusto aliquando charissimus a quo primus omnium constitutus est ὕπαρχος Αἰγύπτου, Praefectus Aegypti, seu Praefectus Augustali; postea in odium Augusti ita venit, ut coactus sit ipse suis manibus se interficere anno U. C. 728. [7 written above 8] ante Christum 26. quod patet ex Dione Lib. LIII. pag. 512. Cap. 23. Alia de hoc Gallo docebit V. C. Justus Fontaninus Lib. de Scriptoribus Forojuliensibus, et post ipsum Jo: Joseph Liruti Tom. I. eorundem Scriptorum.

pag. 301

Albius Tibullus, cui Horatius scripsit Libri I. Odam 33. et Libri I. Epistolam 4. Eques Romanus, mirae ~~suavitatis~~ tersaeque elegantiae Poeta, triginta minimum annis Ovidio aetate antecessit, nec multo post Virgilium ereptus est e vivis, atque si Joannem Massonum in Ovidij Vita pag. 83. audimus, vita decessit anno ab U. C. 735. cum Ovidius vix 24 annos natus esset. Extant huius poetae eximij Libri IV. Elegiarum, et Heroico Carmine Panegyricus in Messalam. Antonius Possevinus ad Tibulli lectionem accessurus, flexis genibus orabat Deum, ne suavitate versuum ipsius ad libidinem moveretur. Editio optima Tibulli una cum Catullo ac Propertio Patavij 1710. 4. cura Jo: Ant. Vulpij.

pag. 304.

Sextus Aurelius Propertius Umber apud Latinos Elegis non minorem laudem meruit, quam apud Graecos Callimachus, Cousque Philetas, quos aemulatum esse se ipse praedicat. Floruit post Tibullum eodem quo Ovidius tempore, ante Ovidium sodalem suum defunctus, ut videre est Tristium Lib. IV. Eleg. 9., si Joanni Massono loco citato pag. 99. fides habeatur, anno U. C. 742. Ovidij aetatis 31. Extant ejus Elegiarum Libri IV. Tibullianis non concedentes lepore et elegantia, eruditione vero illos etiam antevertentes. Graevina ha extat iudicio de Propert. et Tibullo Lib. I. de ratione Poetica pag. 101.
Properzio ha novità d'espressione, fantasia veramente lirica, ed è atto non meno alle cose grandi, che agli amori: ma ~~Tibullo~~ in Tibullo per avventura è naturalezza maggiore.

Ciris, quam Virgilio alij, alij Catullo, alij Ovidio tribuerunt, Fontaninus Cornelio Gallo pluribus vindicat, pag. 32. seqq.

Versus unicus apud Vibium Sequestrum de Hypani Scythiae flumine ita loquens:

Uno tellures dividit amne duas.

Asiam enim hic fluvius ab Europa separat.

Novem versus apud Virgilium Ecloga X. a Vers. 46. itidem Cornelio Gallo hic vindicantur, pag. 35. Servij testimonio.

Scripserat Gallus Libros IV. Amorum suorum de Cytheride, teste Servio ad Virg. Ecl. X. initio. Ex quibus carmen superius de Hypani superesse, post Barthium affirmat Fontaninus. pag. 23

Transtulerat etiam in Latinum sermonem Carmina Graeca Euphorionis, Poetae ex Chalcide Euboeae insulae Civitate, ut idem Servius testatur ibidem, et vers. 50.

De Cornelio Gallo primo Aegypti Praefecto loquitur Strabo Lib. XVII. pag. 777. cui successit, teste eodem Geographo, C. Petronius, huic Aelius Gallus.

Cornelium Gallum Aegypto praefecit Augustus anno 723. Dio Lib. LI. Cap. XVII. qui mortem sibi consivit ut sup.[ra] anno 727.

C. Petronius alter Aegypti Praefectus erat anno 732. Dio Lib. LIV. Cap. V.

+Aelius Gallus tertius Aegypti Praefectus memoratur, [Lib. LIII. cap. 29. ~~ibid.~~ written above] eidem Dioni ad annum 729. sed perperam, ut monet Fabritius in Notis ad eundem Dionem pag. 723. Edit. Hamburg. 1750. tempora passim non satis diligenter distinguentis, contra Strabonem loco citato, et Flav. Josephum Lib. XV. Cap. XII. quibus libenter assentiendum est.

Cornelium Gallum Vossius perperam cum Aelio Gallo confundit Lib. II. Cap. VI. de Hist. Graecis, quem tamen errorem rustulit in Addendis pag. 530. atque alijs exprobrat Cap. II. de Poetis Latinis. Vossio eundem errorem, quamvis sublatum in Appendice, appingit Henr. Valesius ad Ammianum Lib. XVII. Cap. IV. At mirum profecto videri queat errorem eundem celeberrime viro Jo: Alberto Fabritio a Vossio mutuatum excidisse Tom. III. Bibl. Graec. pag. 3. dum et ipse Cornelium ab Aelio Gallo diserte distinguit in Notis posthumis ad Dionem supra memoratis. Vide Fontaninum Hist. Litt. Aquil. in Cornelio Gallo Lib. I. Cap. I. pag. 12. et 13.

pag. 307. Cap. XV.

P. Ovidius Naso ex Equestri Ordine natus Sulmone in Pelignis anno U.C. 711. ante Christum 43. die 21. Martij, Tomos in exilium missus anno ętatis, ut creditur, 51. in eo decessit anno circiter 60. qui fuerit ab U.C. 771. Christi 17. Celeberrima sunt, et omnium pręmanibus Ovidij Opera, de quibus prestat tacere, quam pauca dicere; de quibus vide sis Fabritium nostrum hoc loco. Meminisse erit satis eius Operis, quod Halieuticon Ovidius inscripsit, sive De Piscibus, qui Liber acephalos est, ~~de ...~~ et Epico carmine concinnatus, cujus meminit Plinius Lib. XXX. Cap. 2. et 11. Id volumen, teste Plinio, supremis suis temporibus in Ponto Ovidius inchoavit. Meminisse etiam Iubeat Fragmenti De Medicamine Faciei, elegiaco carminis genere, cujus meminit Ovidius ipse Lib. III. artis amatorię vers. 205. Rursus memorasse ne pigeat Elegiam quę inscribitur Nux. Cętera poëmata supposita sunt: tria hęc Ovidij, sed minus celebria. Pretereo Iubens celebratissima Ovidiana Poemata; quę iunctim prodiere Lugd. Bat. 1670. 8. Tom. III. Constant Scel. 18.

pag. 334. Cap. XVI.

Gratius patria Faliscus, ut ipsemet testatur vers. 40. Poeta vix cuiquam veterum memoratus nisi uni Ovidio ęquali suo, qui Lib. IV. Epist. ult. de Ponto eum laudat his verbis:

Aptaque venanti Gratius arma daret.

ad verba ipsius Gratij respiciens vers. 23.

Carmine et arma dabo venanti et persequar artem
Armorum, cassesque plagarumque ordiar astus.

Extat ejus Cynegeticon, sive de Venatione Carmen Epicum pure et eleganter scriptum, sed extrema parte mutilum. Prodijt primum cum Ovidij Halieutico, Nemesiano, et Calpurnio Venetijs 1534. 8. apud Paul. Manut. et eodem anno August. Vindel. deinde Lugduni 1573. 8. et Londini 1699. 8. Æstimari solet Londinen. Editio Scel. 1½.

pag. 1335.

D. Laberius Eques Romanus ob asperam Libertatem a Julio Cesare, qui eum iam senem in Theatro comparere iusserat, et quos scriptitabat mimos ibidem agere, Publio Syro postpositus, ut Gellius Lib. III. Cap. 18. Lib. X. Cap. 17. et Lib. XVII. Cap. 14. Sueton. in Cesare Cap. 39. et Macrobius Saturnal. Lib. II. Cap. 7. testantur, obiit, ut refert Eusebius, decem mensibus post Cesarem interfectum, hoc est ineunte anno U. C. 711. quod ei contigit Puteolis cum esset sexagenario major. Nihil ex Laberij Mimis Horatio etiam laudatis extat, preter pauca quedam Fragmenta a Roberto Stephano collecta in Fragmentis Poetarum Latinorum pag. 138. usque. 144. et Prologum, quem servavit Macrobius Saturnal. Lib. II. Cap. 7. Prelicenter verba latina Laberium finxisse notat Gellius Lib. XVI. Cap. 7.

pag. 1336.

Publius Mimographus natione Syrus ob ingenij solertiam a Patrono suo manumissus, Julijque Cesaris Imperat. qui Laberianam, ut iam dixi, dicacitatem ferre nequibat, favorem expertus, obijt incertum quo anno Augusti Imperat. Pueris ediscendos olim traditos fuisse Publij Syri versus colligas ex Hieronymi ad Letam Epistola. Ex Mimis ejus sive Sententijs lepidis et ad communem usum accommodatissimis pervenerunt ad nos non pauce, sive servate ab antiquis, Seneca, Gellio, Macrobio, sive separatim in Codicibus antiquis descripte. Sane circumferuntur sub Publij nomine, legende sepius pueris ac tote ediscende sententie ejusmodi 982. singulis versibus Jambicis expresse, vel Trochaicis, licet in his sunt fortassis aliquae, que ipsum non habent auctorem. Inter Editiones prestare creditur illa, que litterarum ordine digesta, et a M. Velsero anno. 1608. ex M.S. Frisingensi locupletata cum notis ab Adamo Sartorio curatis, subijcitur M. Antonij Mureti Orationibus et Epistolis Ingolstadij; ac novissime Lipsie ex Edit. Cl. Jacobi Thomasij, iterum iterumque recusis.

Extant P. Syri Sententie ad calcem quoque Collectionis Sententiarum Comicorum Grecorum ab H. Stephano elucubrate ac typis edite anno. 1569. in. 16. que estimari solet Scel. 1.

M. Vitruvius Pollio, # Scriptor non artis suæ tantummodo apprimè peritus, sed, quod ipse in architecto requirit, alias quoque scientias et disciplinas doctus, et in Græcis scriptoribus diligenter versatus, etsi in dictione ejus plebitatem notant Eruditi, Julio Cæsari se Architecturæ scientia innotuisse testatur in Præfatione Libri. I. Militavit Vitruvius in castris Julij Cæsaris, Machinis bellicis Præfectus, ut ex Lib. VII. Cap. 4. et Lib. X. Cap. 16. colligit in Almagesto suo Ricciolius. Extant ejus De Architectura Libri. X. ad Imper. Augustum ab ætate jam provecto scripti. Primis. VII. agit de ædificatione tum publicarum tum privatarum ædium. Libro. VIII. de Aquæductibus. Libro. IX. de Gnomonice. Libro. X. de Mechanice. Formæ sive σχήματα, quæ subindè ad calcem singulorum Librorum subjecisse se Vitruvius innuit, ut Lib. VIII. Cap. 6. cum magna lectorum jactura interciderunt, etsi ab Editoribus et Philandro partim utcumque restitutæ. Vitruvius, teste Philandro, perpetua oratione Libros suos scripsit. Hinc distributio Capitum facta in Editione Florentina, quam aliæ sequuntur, multis in locis ineptissima. Editio Vitruvij præstantissima est ea, quæ prodijt Amstelodami. 1649. fol. curante Joanne de Laet. quæ nihilominus augeri ac corrigi queat Emendationibus Vitruvianis Clariss. viri Christiani Falsteri, quarum specimen hic præbet Fabritius, pag. 342.

Campanus forte, ex Formijs, nunc Mola di Gaeta. Ex Vita Vitruvij in ejusd. Edit. Neapolit. 1758. pag. XXII.

Edit. 1649. Amst. apud Elzevirios æstimari solet Sterl. 1. Scel. 1.

Epitome latina Vitruvij jampridem edita est Parisijs, curante Guillelmo Postello, incerti sed fortasse antiqui Scriptoris, ut ait Vossius pag. 463. Libri de Scientijs Mathematicis. Videndum sitnè Epitomè Vitruvij a Postello edita, eadem cum illa Petri Diaconi, de qua in continuatione Chronici Cassinensis Lib. IV. Cap. 68.

pag. 349. Cap. XVIII.

M. Manilius, gente Romanus, non diversus forte a Manlio Mathematico, quem Plinius Lib. XXXVI. Cap. X. ait auratam pilam apici Obelisci addidisse in Campo Martio, ad deprehendendas solis umbras instituti ab Imperat. Augusto. Scripsit Romæ post Varianam cladem ad eundem Augustum Epico carminis genere Astronomicon, Poema eruditum et jucundum, pluribus ut videtur Libris, sed quorum .V. tantum, neque quintus integer ad nos pervenit. Præter varias Editiones, quas hic videre est, recusus est demum Manilius Parisijs. 1679. 4. in usum Delphini, cum paraphrasi et notis Michaelis Fayi, et observationibus Petri Danielis Huetij

pag. 354. Cap. XIX.

Cæsar Germanicus, Drusi filius, Augusti Imperat. Nepos, præter alias virtutes, quæ Imperium illi, ni sæpius recusasset, concili=are potuissent, ingenium in utroque elo=quentiæ genere nactus, veneno perijt Anti=ochiæ, quod licet omnia alia præ se ferens Tiberius, qui ex Augusti voluntate adoptaverat, jussit illi præberi a Cn. Pisone anno. U. C. 772. ætatis. 35. Christi. 19. Extant Aratea Phænomena latinis versibus Hexametris, non infeliciter etsi liberius paullo expressa ad Augustum Imp. jam senem. Extat et Dios=meion, sive prognosticorum fragmentum. Poemata hæc Ger. Jo: Vossius, Janus Rutgersius, Colomesius, et Nic. Heinsius ~~Commod~~ Domitiani Imp. esse contendunt. Sed non inficiandis argumentis Augusti nepoti vindicantur a Caspare Barthio Lib. X. Cap. 20. Advers. Editio inter cæteras Coburgi. 1715. 8. curante Jo: Conrado Julio Schwartz.

C. Julius Hyginus Hispanus, sive Alexandrinus potius, Augusti Imp. Libertus, et Ovidij Poetæ familiaris, Polyhistorem et Grammaticum Græcum Cornelium Alexandrum reddere Latinis conatus, præfectus fuit Palatinæ Bibliothecæ, atque plurima scripsit. Genuina ejus Opera, quæ veteribus memorantur, ad unum omnia periere. Extant sub Hygini nomine stylo humili et plebejo sermone descripta, ac vix cuiquam antiquorum memorata: Liber Fabularum CCLXXVII. quibus præmissæ Genealogiæ Mythicæ breves ab Hesiodi Theogonia, et Apollodoro passim dissidentes; quod Opusculum ad Poetas et totam veterum Mythologiam intelligendam haud inutile, videtur longe plenius olim fuisse, et ab auctore divisum in duos Libros; ~~aut ejusde~~ quod tamen aut mutilum turbatumque ad nos pervenit, aut Epitomen tantum, ut viris doctis quampluribus visum est, habemus. Extat et Poeticon Astronomicum, sive ut mavult Schefferus, Poetica Astronomica ad M. Fabium Libris. IV. Utrumque Opus edidit inter cæteros Joannes Schefferus Hamburgi. 1674. 8. Coniunctim cum alijs prodiere hæc bina Opuscula Amstelodami 1681. 8. duobus Vol. Editio omnium prestantissima. Liber Gromaticus sive de Limitibus constituendis, qui sub Hygini nomine extat, sed iunior est, et Trajani Imper. meminit, commemorabitur infra Lib. IV.

Edit. Schefferi. 1674. æstimari solet Scel. 2.

pag. 368. Cap. II.

P. Vellejus Paterculus, in vulgatis Cajus, iuxta Annales Vellejanos H. Dodwelli natus circa annum U.C. 735. obijsse videtur cæsus inter eos, quibus Sejani amicitia nocuit anno U.C. 784. annos natus. 50 Ex equestri familia ortus, Romanus, varijs muneribus functus, anno U.C. 768. a Tiberio una cum fratre Prætor factus, anno. 17. ejus Imperij U.C. 783. Christi. 30. succinctam Historiam condidit, ut patet Lib. II. Cap. C. ipsius Historiæ, inscriptam M. Vinicio Cos. quæ

Prodijt insuper Paterculus Lond. 1718. 8 curante Mattaire — Scel. 1.
Lugd. Bat. 1719. 8. curante Burmanno Scel. 5.

Extat Libris. II. sed ita ut Libri. I. partem majorem desideremus, quæ in perstringendis breviter variarum gentium ante Romam conditam rebus versata fuisse videtur. Liber. II. Historiam Romanam ab U.C. Lib. I. cœptam persequitur ad excessum Liviæ Augusti Conjugis. Quibusdam sæpe castitatem stili affectationibus castrensibus frangere videtur. Alij argutam potius et vividam brevitatem in eo laudant. Edit. Oxonij. 1693. et. 1711. 8. cur. Jo: Hudsono. quæ editiones singulæ æstimari solent Scel. 1½.
Lipsiæ. 1707. 12. curante Christophoro Cellario.

pag. 1373. Cap. III.

T. Phædrus Thrax, Augusti Imp. Libertus sub Tiberio Imp., atque ipso fortassis jam defuncto versibus senarijs suavissimis expressit Libros. V. Fabularum Æsopiarum, quorum quatuor priores Eutycho, qui, teste Josepho Antiq. Lib. XIX. Cap. III. apud Caligulam Imp. gratiosus fuit, postremum Phileto Urso Particuloni inscripsit. Prodijt Londini. 1713. 8. ac æstimari solet Scel. 1. 1/2. Amstel. 1698. 8. Scel. 4.

pag. 1384. Cap. IV.

Aurelius Cornelius Celsus, Romanus, vir doctissimus, nec ipse medicus, aut Medicinam exercendo quæstum faciens, sed qui putaret accuratam ejus artis cognitionem ad virum universæ naturæ prudentem pertinere, floruit sub Tiberio.

E varijs scriptis, quibus ius civile et Philosophiam illustravit, reique militaris et rusticæ quoque, et medicinæ præcepta reliquit soli ad nos pervenerunt De re Medica Libri VIII. Operis ab eo scripti de Artibus Pars Sexta, ut in Codice suo Henr. Steph. reperit. His, cum sint puro facilique sermone nitide contexti, meruit auctor, ut Medicus Cicero, vel Latinus Hippocrates diceretur. Editio præclara Amstelodami. 1687. 12. curante Theod. Jansonio ab Almeloveen. recusa Patavij. 1722. Vulpij cura ap. Comino. Scel. 4.

Vide Tom. II. Lib. IV. Cap. VIII. pag. 506. hujus Biblioth. Celsi nostri Libellum de arte dicendi, et ad Calcem ejusdem Tomi impressum pag. 628. seqq. Verum Celsi non esse hoc Opusculum, sed Julij Severiani animadvertit postea Fabritius. Tom. IV. Bibliothecæ mediæ et infimæ ætatis. pag. 203.

pag. 1389. Cap. V.

Valerius Maximus, Romanus, cum per aliquod tempus, ut ipse testatur Lib. II. Cap. VI. n.° 8 petita cum Sexto Pomponio Asia militasset, reversus in patriam extremis Tiberij Imp. temporibus, ut Lib. 9. Cap. 4. extern. 4. post cædem Sejani scripsit ad eundem Imperatorem Libros. IX. dictorum factorumque memorabilium, digestorum in certas Classes, opus iucundum, varium, utile, laudatumque Gellio Lib. I. Cap. 7. Plinio Lib. VII. et Plutarcho in Marcello. Sub Sexto Pompejo quoque in Asia militavit Valerius, hinc et Pompejum extinctum vehementer dolet, laudatque Lib. IV. Cap. 7. n.° ult. Libri quos hodie sub ejus nomine legimus, cum dictionem aliquando probant illa fere ætate indignam, viri docti habent pro Epitoma ex majore Valerij Opere concinnata, vel a Julio Paride, ut Vossio visum est de Hist. Lat. Lib. I. Cap. 24. vel a Januario Nepotiano, quæ iustior forte Cantelij suspicio ... na Valerij Edit. quippe quæ fulcitur Epistola ejusdem Nepotiani quam edidit Labbeus T. I. Biblioth. M. S. pag. 669. Christianus Daumius tamen Castrense dicendi genus, opinatus est ispud in Valerio et Vellejo. Lib. de Causis amissarum Latinæ Linguæ radicum pag. 39. ... Editio ... Jacobi Cantelij Paris. 1679. 4. ad usum Delphini; et Leydæ. 1726. 4. curante Abrahamo Torrenio. Scel. 15.

Extat quoque Epitome Valerij Maximi concinnata a Cajo Tito Probo, occurrens in Editione Valerij Maximi Basileensi. 1540. ut notatum est in Biblioth. mediæ et infimæ ætatis Tom. VI. pag. 12.

pag. 400. Cap. VI.

Asconius Pedianus Patavinus cum Virgilio familiariter versatus, si Servium et Philargyrium in Eclogam III. vers. 105. audiamus. At Hieronymus in Chronico ad Vespasianos eum differt. Hinc duos Asconios commentus est Scaliger ad Eusebium pag. 184. prioris Edit. Longe tamen rectius in secunda Eusebij Edit. pag. 200. metachronismi arguit Hieronymum, atque deinceps Harduinus ad Plinium. Quintilianus certe videtur Pediani fuisse auditor Lib. I. cap. 7. Inst. Orat. his verbis: Sive et quasi scriptum in multorum Libris est, sed an hoc voluerint auctores, nescio. T. Livium ita his usum ex Pediano comperi, qui et ipse eum sequebatur.

In commentarijs ad Orat. pro M. Scauro inquit Asconius de domo Scauri posita in monte Palatino: Possidet eam nunc Longus Cæcina, qui Consul fuit cum Claudio. Hic Cæcina Consul fuit cum Claudio Imperatore, anno Christi. 42. Adhuc ergo idem Cæcina agebat in humanis, cum hæc Asconius scriberet. Hinc facile Asconij ætas colligi potest, quæ vix Virgilij ætatem attingere potuit, quem satis constat diem suum obiisse annis 61. ante Claudij et Cæcinæ Consulatum. At Quintilianus Asconij auditor fuisse facile credendus est, qui sub eodem Consulatu natus, annis post eosdem Consules quinquaginta, Institutiones suas exorsus est anno Christi. 92.

Extant ejus Commentarij in Orationes quasdam Ciceronis, succincti ac præstantissimi, quamvis mutili; quos filijs suis dicasse probe observatum ab Ottomanno ex his ejus verbis ad Orat. pro Milone: Quid sit dividere sententiam, ut enarrandum sit, vestra ætas, filij, facit. Videntur autem scripti sub Claudio Imperat. ex Comment. in Orat. pro M. Scauro, ubi Longi Cæcinæ meminit, qui cum Claudio Consul fuit anno U.C. 795. Christi. 42. Nonnulla minus latina et Asconio indigna inserta esse a sequiore manu queritur Hadrianus Cardinalis Lib. de modis Latine loquendi p. 131. Scripserat Asconius et alia, ut in Virgilium, et Vitam C. Crispi Sallustij, quæ perinde ut major pars Commentariorum in Ciceronem interciderunt. Prodijt Parisijs. 1536. 4. Scel. 2½.

Prodijt etiam Lugd. Bat. 12. cum Notis variorum apud Hackium. 1644.

pag. 404. Cap. VII.

L. Junius Moderatus Columella, Gaditanus sub eodem Claudio Imp. scripsit De re rustica Libros XII. ad Publium Silvinum, quorum X. De cultu Hortorum, carmine Epico non infelici supplet Virgilij Georgica. Reliqui prosa oratione scripti sunt expetente hoc Claudio Augustali adolescente. Liber Arborum non Libri III. locum occupare debet, ut in antiquioribus Editionibus, sed ad calcem est rejiciendus, ut in Aldina. 1514.

pag. 407. Cap. VIII.

Pomponius Mela e Bætica provincia Hispanus, quem tamen Is. Vossius ad Cap. 6. Lib. II. Cetrariensem natione, genere Pœnum fuisse contendit, Vadiani, Vineti, Schotti aliorumque pene communi suffragio, Claudij temporibus floruit; alius enim a nostro est Mela Plinio Lib. XIX. Cap. 6. et Tacito Lib. XVI. Cap. 17. Annal. memoratus

Primus e Latinis Mela, ante Plinium et Solinum, qui eo usos se fatentur, terrarum situm executus est brevi cultoque sermone

Extant ejus Cosmographiæ, sive De situ Orbis Libri·III· quibus, ceu vere ait Harduinus, nihil est elegantius. Editio præclara Isaaci Vossij Hagæ Comitis, 1658·4· recusa Franequeræ 1701·8· In Vossij Commentario passim acerbius notantur quæ Salmasius ad Solinum commentatus est, etsi notantur sæpe non citra rationem, ut in litteris ad Vossium fatetur vir insignis Samuel Bochartus; quædam tamen temere et non satis bona fide, ut notatum Perizonio ad Æliani Varias Hist· pag·330· Hinc Jacobo Gronovio V·C· res indigna visa est, Salmasium in uno scripto toties reprehendi, atque adeo Melam ipse quoque ad M·SS·Codices recensitum cum indice et annotationibus vulgavit, in quibus Vossij animadversiones ad examen revocat. Lugd·Batav·1685·8· Addita sunt huic editioni ex

Edit· Franeq· 1701· æstimari solet Scel·2·

Julij Honorij Oratoris Libello Cosmographico Excerpta petita ex M·S· Biblioth· Thuaneæ, cujus Julij Honorij meminit Cassiodorus Cap·25· Divin·Lection· Addita est etiam

Æthici Cosmographia, antehac eidem temere tributa, et ex Julio Oratore majorem partem descripta, cum varijs Lect· ex ejusdem Biblioth· M·S· De hoc Æthico vide sup· pag·172·seq·

Ad has Gronovij notas, in quibus acriter castigari pessimeque, accipi se videbat, respondit Vossius in Appendice Annotationum ad Melam Lond· 1686·4· Cui non modo statim respondit Gronovius in Epist· ad J·Georgium Grævium super argutationibus Is·Vossij, sed et in nova Melæ edit· nummis illustrata Lugd·Batav·1696·8· vicissim notas opposuit, e quibus apparet illum non magis propitium manibus esse Vossianis, quam vivo ipsi pepercerat Vossio. Præter Æthicum, et Julij Oratoris Excerpta in nova hac Editione addita sunt a Gronovio, ac suppleta ex M·S·Lugdunensi

Ravennatis Anonymi Libri·V·Cosmographiæ quos primus e M·S·Regio vulgaverat Parisijs·1688·8· Placidus Porcheron· Sæculo·VII· scripsisse creditur· Geographum Longobardicum vocat Cangius Gloss·Græc· Appendice pag·95·103· At Casimirus Oudinus in Triade Dissert·II·pag·117· et·III·pag·48 hunc scripsisse disputat circa A·C·1300· Sed profecto Athanasium ab Antiocho præside exquisitum de Paradiso, quem Geographus Ravennas pag·9·laudat, scripsisse oportet ante Sæculum·XIII· quoniam a Glyca pag·91· et 97· laudatur, et a Damasceno de Imaginibus pag·366·383·

Vide Tom·III·pag·134· Biblioth· mediæ et infimæ ætatis, et Tom·VI·pag·54· varias de hoc Anonymo opiniones·

pag. 412

Libelli Provinciarum ac Metropoleon Galliæ Anonymus Auctor Honorij Imp. temporibus Longe recentior esse observatur a Salmasio Lib. de Primatu Papæ pag. 320.

pag. 414. Cap. IX.

M. Anneus Seneca Cordubensis Hispanus, ex Equestri ordine, Rhetor, ac L. Annei Senecæ Philosophi pater, floruit imperante Augusto et Tiberio, atque per ætatem audire Ciceronem potuit, nisi bellorum Civilium furor intra Coloniam ipsum suam continuisset, ut ex ejus Præfat. Lib. I. Controvers. constat. Idem porro Suasoria. II. meminit Attali Stoici, a Sejano circumscripti, et solum vertere coacti, atque Controvers. XII. Augustum Divum appellat; ut iam certum sit eum post Augusti mortem, et ad Sejani, seu Tiberij tempora vitam distulisse.

Extant vix Libri. V. ex ejusdem Libris X. Causarum Judicialium, sive Controversiarum, quas collegerat in filiorum suorum usus; videlicet Primus, Secundus, Septimus vulgo tertius, Nonus vulgo quartus, Decimus vulgo quintus; nec hi quidem integri, sed corrupti passim mutilique. Porro Excerpta sive Fragmenta ex iisdem. X. Libris

Extat eiusdem Liber Suasoriarum, seu Deliberativarum, qui primus huius materiæ Liber forte fuerit, isque non integer.

Extant demum Tragediæ sequentes, quas eidem tribuunt viri docti

- 1. Hercules furens
- 2. Thiestes
- 3. Oedipus
- 4. Thebais sive Phoenissæ, quæ reliquis præfertur a Lipsio, sed Seneca indigna, minimaque Tragædiarum est judicio Jos. Scaligeri, Dan. Heinsij, et Petri Scriverij

L. Annæus Seneca M. Annæi Filius una cum Afranio Burro Rector Imperatoriæ iuventæ, postquam Senatoria dignitatē, Quæstura, Præturaque et alijs honoribus functus esset, et Stoicis, licet negat Epist. 45. et De Beata Vita Cap. 131., addictus inter Philosophos magnum sibi nomen comparasset, ab eodem Nerone, quem instituerat, vita excedere jussus, ferro sibi ipse venas exsolvit, balneumque ingressus obijt anno Christi. 65. Neronis. 12. triennio post Burri mortem. Mores ipsius et vitam dogmatibus haud respondisse innuit Dio Lib. LXI. pag. 694. qui mihi non videtur esse audiendus. Nam Tacitus, severus et ipse morum censor Lib. XIV. Cap. 52. tradit, criminationes illas fuisse invidorum Senecam adorientium, post Burri mortem ad deteriores inclinante Nerone, et bona Senecæ consilia non amplius audiente. Recentiores alij Atheum facere, alij Christianum plane Theologum, vitio solemni ingenij humani, aut nimias laudes in eum congerendo, aut conviciis incredibilibus onerando. At nec Sanctus ille quispiam aut Angelus, nec Hypocrita sceleribus omnibus contaminatus, verum non malæ indolis nec absurdi judicij homo dicendus est, qui res secundas non minus quam adversas et mortem ipsam didicerit fortiter ferre, quod non verbis sed factis demonstravit, facile etiam laturus vitæ et honorum prorogationem, si eam obsequio in Neronis effrenes libidines, et funesta reipublicæ consilia redimere voluisset.

Extant eiusdem Opera, quæ sequuntur.

1. De Ira Libri. III. scripti imperante Caligula quod opus non integrum ad nos pervenit.
2. Ad Helviam matrem de Consolatione Liber, scriptus cum Messalinæ instinctu sub Claudio in Corsica exularet.
3. Liber de Consolatione ad Polybium Claudij Libertum, scriptus anno circiter Exilij tertio.
4. Liber de Consolatione ad Marciam A. Cremutij Cordi a Sejano circumventi filiam, nati sui Metilij obitum lugentem.
5. De Providentia Liber ad Lucilium Procuratorem Siciliæ extrema, ut videtur, parte vitæ suæ, scriptus post mortem Claudij.
6. De animi tranquillitate, ad Annæum Serenum Præfectum Vigilum Neronis; de quo Sereno Harduinus ad Plinij Lib. 22.
7. De Constantia sapientis, sive quod in sapientem non cadit injuria ad eundem Serenum.
8. De Clementia ad Neronem Cæsarem Libri. III. quorum non extat nisi primus et pars secundi.

9. De brevitate vitę ad Paulinum, forte uxoris suę Paulinę fratrem, non diu post Caligulę mortem scriptus, ut Cap. 18.
10. De Vita beata ad fratrem Gallionem, sive Novatum
11. Pars Libri de otio aut secessu sapientis, male olim annexa superiori Libro.
12. De Beneficijs Libri. VII. ad Æbucium Liberalem, Lugdunensem, cujus mentio Epist. 91.
13. Epistolę. CXXIV. ad Lucilium Sicilię Procuratorem
14. Naturalium Quęstionum Lib. VII. ad eundem Lucilium, maximam partem circa Meteorologica.
15. Ἀποκολοκύντωσις, Apocolocyntosis, seu Ludus in Claudium Imp. Satyra lepidissima Menippea, seu prosa oratio Satyrica passim versibus tamquam interjectis gemmulis distincta. Quid sit Apocolocyntosis exponit Dio Lib. 60 extrimo. pag. 974. Cap. 35.

Ex Tragędijs vero Senecę huic Philosopho tribuuntur sequentes

1. Hippolytus
2. Troades, sive Hecuba
3. Medea
4. Agamemnon

Hercules Oeteus, utroque Seneca indignus judicatur a viris doctis. Octavia quoque neutri tribui potest, ante cujus necem Seneca filius extinctus est. Vossius hanc tribuit ~~quidam~~ L. Anneo Floro, Josephus Scaliger Scęvo Memori, de quo Vossius pag. 44. de Poet. Lat.

. pag. 448. Cap. X.

M. Anneus Lucanus Cordubensis Hispanus, filius M. Annei Melę, Senecę Philosophi fratris, Eques Romanus, et ab Imp. Nerone varijs auctus honoribus, deinde ejus odium incurrens, quod in Poetica excellere cuperet, cujus principatum Nero ambiebat, teste Tacito. XV. 49. et 70. atque addens se Pisonianę conjurationi, et deprehensus, exireque vita jussus, venis solutis obijt anno Chr. 65. vix annos natus. 27.

Vide de Lucani Panegyrico Carmine ad Calpurnium Pisonem, cum quo dicitur conjurasse, supra in Virgilio pag. 213. et Tom. II. Lib. IV. Cap. I. hujus Biblioth. pag. 203. inter Poemata Vetera Petri Pithœi edita Paris. 1590. 12. & Lugd. 1596. 8.

Extant ejus Pharsalię seu de bello Civili Cęsaris et Pompeij Lib. X. Carmine Heroico. Tumoris arguitur Lucanus, et mirę in Neronem adulationis. Eloquentię corruptela Senecę Philosopho recte adscribitur, Heroici Carminis Lucano. Potest tamen cum fructu legi, cum ejus dictio sit satis latina, puraque, et descriptiones, quas immiscet operi, haud inelegantes. Characteres ejus quoque egregij, in qua arte proximus est Vellejo Paterculo, et rerum Civilium minime rudis.

pag. 457. Cap. XI.

T. Petronius Arbiter Massiliensis Equestri genere natus, Vir Consularis et inter familiares Neronis Imp. Sed artibus æmuli Tigellini invisus ei redditus, iussusque ab eo mori, incisis venis, lascivam animam efflavit anno Christi. 67. Tacit. Lib. XVI. Cap. 19

Scripsit Satyricum, sive Libros Satiricon, quibus nequissimos mores ejus ætatis omni procul pudore, etsi dictione tersa et eleganti descripsit, exponens et commendans potius, quam satyrico sale perfundens Libidines vitiaque Aulæ, in qua versabatur. Passim quoque exemplo Satyrarum Varronis Menippearum versus interposuit.

Extant Fragmenta hujus Satyrici ex Lib. XV. et XVI. uti legitur in M.S. Extat et aliud ejusdem Satyrici Fragmentum integram coenæ Trimalcionis fabulam complectens, Tragurij in Dalmatia in Nicolai Cippij Biblioth. repertum a Martino Statilio anno 1662. eoque inscio vulgatum primo Patavij 1664. 8. a Paulo Frambotto. Franciscus Nodotus Petronium integrum ex Codice Albæ Græcæ reperto anno. 1688. edere se fuit professus Parisijs ac mox Roterd. 1693. 8. sed fraudem detexit celeberrimus Leibnitzius aliique. Editiones. Amstel. 1669. 8. recusa ibid. 1687. 8. et Ultrajecti. 1709. 4. curante Petro Burmanno, editio præstantissima constat Scel. 14.

Pag. 466. Poema de mutatione Reipublicæ Romanæ huic Petronio tanquam ineditum asseritur. Veretur tamen Fabritius ne idem sit cum eo quod extat, de quo supra in Virgilio pag. 213. seq. incipitque:
Orbem jam totum victor Romanus habebat.
ubi C. non T. Petronio tribuitur.

pag. 466. Cap. XII.

A. Persius Flaccus natus Volaterris, teste Eusebio in Chronico, Licet ipse se Poetam Ligurem e Tigulia prope portum Lunæ innuere videtur Satyr. VII. vers. 6., Eques Romanus, æqualis Lucani Poetæ, et una cum eo Annæi Cornuti Philosophi Stoici auditor, vix duodetriginta annos natus obijt anno Imperij Neronis. IX.

Extat solus Liber Satyrarum sex doctus et argutus, sed cum acerbis salibus plenus, tum ita obscurus, ut propterea aliquibus abjiciendus esse videretur. Reliqua Persij Poemata juvenilia iussu Cornuti post auctoris mortem abolita sunt, utpote indigna luce.

Ut hodie illustratus est Persius, etiam a mediocriter doctis legi et intelligi potest. Editio præclara cum Veterum Scholijs integris Lugd. Bat. 1695. 4.

C. Silius Italicus, ex Italica Civitate Pelignorum, aut Italica Betice, sequioribus seculis Talca, dubium enim id est inter eruditos, Consulatum Rome gessit anno fatali Neronis Imperat. Christi. 67. Ciceronis et presertim Virgilij ingens cultor, et in utroque scribendi genere, etsi passibus non equis imitator, in Campania cum morbi lentitudinem inedia prevertisset, annos natus. 75. decessit primis annis Trajani Imperatoris. Post Consulatum suum Asie Proconsul, et apud Vitellium etiam Imp. gratiosus, post illud tempus in Campania in otium Litterarium se recipere, quam Rome in Republica versari maluit.

Extat ejus Poema Heroicum De Bello Punico, quod etate provectus, Martiale teste Lib. VII. Epig. 62. sub Domitiano Imp. usque ad Scipionis Africani triumphum descripsit Lib. XVII. Historici magis partibus functus, quam Poete ingenio suo indulgentis, unde majori cura, quam ingenio scripsisse affirmat Plinius Lib. III. Epist. 7. Edit. Lipsie 1695. 12. et Trajecti ad Rhenum 1717. 4. preclarissima Editio. Constat Scel. 15.

pag. 477. Cap. XIII.

C. Plinius Secundus Veronensis natus circa annum. 24. Ære Vulgaris sub Tiberio: sub Vespasiano varia officia publica administravit, etiam Augur et Procurator in Hispania. Nec minus omnibus liberalibus disciplinis insigniter excultus, Epicureus dogmate, non moribus, diligentia incredibili et eruditione admiranda, post elaborata plurima immortalitate dignissima volumina, cum classem Imperio regens Miseni, ad Vesuvium montem noscendi propius accessisset, ex caligine nubis e monte orte spiritu obstructo clausoque stomacho obijt sub Tito Imp. anno Chr. 79. etatis. LVI. Calendis Novembris. Hunc Plinium patriae

Vide Plinium Juniorem, de etate C. Plinij Lib. III. Epist. pag. 160. Atque Lib. VI. pag. 368. de ejus morte aliter referentem.

Romanum esse contendit Jo: Harduinus pag. 212. Chronolog. V. T. Dum porro Plinius toties nostræ Urbis dicit, se palam et aperte Romanum profitetur, nunquam Veronensem. Sed refellitur a Matthæo Vessio a Crose in Vindicijs Veterum Scriptorum pag. 146. seq. Pauli Cigalini Diatriba de Plinij patria edit. Comi 1605. 4. cui suffragatur Ez. Spanhemius in Orbe Romano pag. 62.

Deperditis ejus scriptis omnibus, quæ enumerantur a Plinio Juniore Lib. III. Epist. 5. sola ad nos pervenit Historia Mundi, sive Historiarum Naturæ Libri XXXVII. ad Titum Vespasianum Imp. Hoc Opere, thesauro potius quam Libro, ex Voluminibus ultra bis mille Scriptorum Græcorum Latinorumque universam naturæ varietatem complecti conatus est Plinius ita, ut Liber. II. ad. V. usque Cosmographica et Geographica persequatur: Liber. VII. ad. X. Animalium naturam describat: A Libro. X. ad. XIX. agatur de plantis agrorumque cultura et hortorum: Libro. XX. ad. XXXII. de medicamentis, quæ a plantis et animalibus petuntur: Libro. XXXIII. usque ad. XXXVII. de metallis atque lapidibus, ubi etiam simul de Statuarijs, Pictoribus, &c. Liber. I. quem una cum Præfatione supposititium Plinio, et ab interpolatoribus adtextum, absurde contendit, alioqui quam optime de Plinio meritus Joannes Harduinus Chronol. V. T. pag. 152., Indicis vice fungitur tam argumentorum, quæ tractat Plinius, quam Auctorum, e quorum scriptis profecit.

Plinius ipse in Præfat. et Lib. XIV. Sect. 13. et XXVIII. Sect. 13. testatur opus hoc exegisse se anno U. C. 830. Tito Vespasiano VI. Consule, hoc est paullo ante ejus obitum, qui contigit anno. 831 Christi 79. Cum vero plurima e Græcis petierit Scriptoribus, in illorum sensu assequendo non semper feliciter versatus fuit. Neque vero novum est, inquit Josephus Scaliger, sive Yvo Villiomarus in locos controversos Titij pag. 14. Plinium in reddendo Aristotele aut Theophrasto offendere, cum sexcentis locis hoc commiserit. Quod utique non Plinij inscitiæ attribuendum, sed eorum negligentiæ, qui Excerpta ex auctoribus mala fide descripta ad eum deferebant, ut in ordinem ab eo digererentur. Ita enim Opus suum eruditissimum magna ex parte composuit vir ille nunquam satis laudatus. Quare errores in Plinio notamus, quæ non sunt Plinij, sed amanuensium.

vide Plinij sed.

Idem Josephus Scaliger in Scaligerianis primis pag. 85. de Plinio rursus hæc habet: Accuratus Plinij Lector deprehendet ipsum Plinium omnia, quæ ex varijs auctoribus excerpebat, ordine Litterarum, sive Alphabetico in sua digessisse adversaria, neglecto ordine naturali qui potior erat.

Illustrando Plinio quamplurimi meliores notæ viri hactenus insudarunt, fatendum tamen est tot virorum doctissimorum labores nova sui Plinij Editione, reliquorumque omnium industriam doctrinæ et ingenij sui lumine obfuscasse Joannem Harduinum e Soc. Jesu, qui Codicibus M.SS. quindecim et Editionibus quamplurimis usus Plinium de integro recensuit, et in usum Delphini interpretatione et Notis Indicibusque locupletissimis, utinam non quituplici serie exhibitis, et Commentario Alphabetico de Auctoribus a Plinio allegatis, illam Naturæ Bibliothecam luculenter illustratam vulgavit Parisijs 1685. 4. quinque Volum. Equidem quis non optet de Salmasio aliorumque lucubrationibus eum non tam insolenter et indigne pronunciasse, cum passim ex illis profecerit, etiam ubi eorum nomina silentio involvit, ut aliquot exemplis ostensum a Joanne Clerico Bibliothecæ Univers. Tom. V. pag. 7. seq. Tom. XV. p. 247. et Tom. XXI. Part. II. pag. 132. Omitto alia, quæ in ijsdem Harduini laboribus reprehendit Jacobus Gronovius Præfat. ad Parentis sui Opus de Sestertijs. Nihilominus plurimum semper de illa Plinij Editione Harduino et debent litteræ et debebunt.

Struvius. Introduct. in notitiam rei litterariæ Cap. V. § 8. pag. 109. Gabrieli Cossartio S. J. deberi magnam partem in opere in Plinium impensæ contendit. Videndus etiam de Harduini Plinio Jo: Georgius Grævius Epist. ad Jo: Clericum data 13. Maij 1687. ad calcem Vitæ Clerici editæ Amstelod. 1711. 12. pag. 198. Videndus quoque Baylius in Diction.

Prodijt etiam Plinius Harduini, denuo Parisijs 1723. venireque solet in charta minori Tom. III. Sterl. 4. Scel. 4. in charta maxima, Sterl. 8. Scel. 5. Alijs in Catalogis Londinensibus tamen estimari solet Sterl. 12. Scel. 5.

Plinius Harduini recusus est, ficto loci nomine, Parisijs 1741. Impensis Societatis. tribus Volumin. in fol. typis Lipsiensibus

Codices MSS. ex quibus Harduini emendationes dimanarunt, fuere viginti

Regius. 1. — annorum amplius. 800.
Regius. 1. annorum fere — 800.
Colbertinus 1. — annorum —— 500
Colbertini 2. — annorum —— 400
Thuaneus sive Colbert. 1. — annorum, ut credimus, 800
Collegij S. J. Paris. — 2. — annorum circiter. 600
Chiffletianus 2.
Juxenses. 2.
Collegij S. J. Lugduni. 1.
Vaticani. 7. Num. 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 3533. 9939.
Biblioth. S. Victoris in Paris. suburbio — . 2.
Cænobij S. Benedicti Redonensis, olim Monast. S. Michaelis. 1.

Omnes. n°. 20.

Editiones Plinianæ, quibus præterea in restituendo Plinij textu usus est Harduinus fuere n.° XXI.

Harduini præterea Opera Selecta prodiere Amstel. 1709. fol. scel. 15.
Opera varia ibid. 1733 fol. scel. 15.

Editiones Plinianæ, quibus usus est Harduinus sunt

Romana. 1470
Andreæ Aleriensis Veneta. 1472
Parmensis. 1476
Tarvisina. 1479.
Parmensis. 1481.
Veneta. 1483
Brixiensis ex Barbari castig. 1498.
Veneta. 1519.
Basileen. 1531.
Veneta Manutij 1536.
Basileen. ——— 1539.
Parisiensis ——— 1543.
Basileensis ——— 1545.
Veneta Pauli Man. 1558. — 1559.
Lugdun. apud Juntas —— 1561.
Lugdunensis altera —— 1563.
Leydensis ——— 1582.
Lugdun ex Dalecampio — 1587.
Francof. ex Dalecampio — 1599.
Leyden. Elzevir. ——— 1635.
Leyden. ex Dalecampio et Pintiano ——— 1669.

pag. 511.

C. Julius Solinus Grammaticus, Patria, ut videtur Romanus, ducentis ferme annis Plinio junior, hoc loco memoratur, quod plurima quæ habet, petiit ex Pliniano Opere. Salmasius pag. 839. ad Solinum, Alexandro Mammeæ longe posteriorem facit. Post Vespasianos vixisse ex ejus Cap. XIX. est perspicuum. Henricus Valesius ad Excerpta Peiresciana pag. 105. haud diversum esse putat a Julio Solino seu Solone Senatore Rom. quem interfecit Alexander Severus. Henricus Dodwellus Appendice ad Dissert. Cyprianic. §. 5. Censorino æqualem facit, et in Dissert. de Isidoro Characeno §. 10. Adventum, cui Polyhistorem suum Solinus dicavit, verisimiliter existimat eundem esse qui Consul fuit anno Christi 218. E veteribus nemo Solinum laudat ante S. Hieronymum. Priscianus Solini Librum modo Memorabilia, modo Collectanea vocat. Ammianus Marcellinus multa e Solino mutuatus est, ejusque sententias ac locutiones scriptis suis inseruit. Vide Tom. II. Lib. IV. Cap. I. pag. 203. ejusdem Solini Ponticon fragmentum seu 22. primos versus Heroici Operis, quo ponticas, sive æquoreas creaturas, idest pisces, et animalia Maris descripturus erat Solinus, quod fortasse nunquam absolvit. Edita sunt hæc Carmina Paris. 1590. 12. et Lugduni 1596. 8. inter Poemata Vetera Petri Pithoei.

Extant utcumque ab eo digesta Collectanea rerum memorabilium, sive, uti in secunda ἐκδόσει ab ipso Solino vulgata, inscribitur, Polyhistor ad Adventum amicum suum, Capitibus LVII. quorum Index ab Auctore præfixus in Salmasii Edit. præstantiss. 1629. fol. 2. Vol. recusa Trajecti ad Rhen. 1689. fol. unico Vol.

pag. 515.

C. Plinius Valerianus Medicus Empiricus hoc loco quoque collocandus, quamvis Plinio majore non paucis annis posterior, quippe qui ex ejus Libris itidem pleraque est mutuatus. Ante Constantini M. tamen tempora vixisse colligunt viri docti, quod una cum Majore Plinio veteribus Medicinæ artis Auctoribus a Marcello Empirico accensetur. Patria Comensem faciunt vetustæ aliquot Inscriptiones. A Christiano nomine alienum, ei qui eundem leget, verisimile videbitur.

Extant sub ejus nomine De re Medica Libri V. Hoc de Plinio fuse Fabritius noster in Centuria Plagiariorum vulgata Lipsiæ anno 1689. num. 76.

pag. 518. Cap. XIV.

C. Valerius Flaccus Setinus Balbus non ignobilis Poeta, atque inter Latinos uno fortassis minor Marone, sub Vespasiano floruit, paupereque sorte usus, admodum juvenis Patavij decessit, Quintiliano Lib. X. Cap. 1. Instit. Orat. eius obitum lugente his verbis: Multum in Valerio Flacco nuper amisimus. Decessisse videtur sub Domitiano post annum Christi. 88. ut notatum Dodwello in Annal. Quintilianeis. Setinus dictus est e Setia Campaniæ Urbe, etsi alij, et verius forte malint fuisse Patavinum, qua in Urbe etiam condita esse ejus ossa memorant. Certe domicilio Patavinus fuit, unde apud Martialem Lib. 1. Epigr. 62. dicitur: Spes et alumnus Antenorei Laris. Est et ad Flaccum Epigr. 49. Libri IV. ejusdem Martialis. Argonautica Flacci perstringitur a Juvenale Satyra. 1. vers. 10. seq.

Extant ejusdem Libri. VII. et pars Octavi Argonauticon ad Flavium Vespasianum, carmine Heroico, quod Flaccus Apollonium Rhodium imitatus non invito Apolline scripsit, sed per immatura fata absolvere non potuit, vel certe integrum ad nos pervenire tempus non permisit.

Libri. VIII. partem, Librumque. IX. ac. X. ex quarto Apollonij supplevit Jo: Bapt. Pius Bononiensis. Edit. Parisijs, sive Francofurti 1698. 8. et Trajectina. 1701. 12. curante Petro Burmanno. Recusa Leidæ. 1724. 4.; constat Scel. 15.

pag. 521. Cap. XV.

M. Fabius Quintilianus ex Tarraconensis Hispaniæ oppido Calagurri, post Neronis necem adolescens admodum a Galba Romam perductus, postquam cum magna gloria in Foro versatus fuisset, in publico Gymnasio Rhetoricam juventutem docuit per annos. XX. cui centena sestertia e Fisco pro salario constituta sunt, respondentque quinque millibus librarum Gallicarum, sive Thaleris mille sexcentis et sexaginta. His elapsis otium et quietem studijs suis circa annum Chr. 88. impetrans sub Domitiano scripsit, cui adulatur Lib. X. Cap. 1. et qui Sororis suæ Nepotis delegaverat curam; forte etiam Consulem Flavio Clemente, cujus liberos itidem instituerat, commendante surrogavit. Verum Gallicus

Quintiliani interpres Nicolaus Pedoynus, Quintilianum non Hispanum, sed Romanum fuisse, nec a Galba demum A.C. 69. ut tradit Hieronymus in Chronico, perductum Romam, sed Domitium Afrum jam a puero Romæ audivisse observat, qui obijt anno Christi 59.

Extant ejus Libri XII. de Oratoria Institutione ad Marcellum Victorium amicum suum, quibus Epistola ad Tryphonem Bibliopolam, qui Editionem maturari postulavat, præmittitur. Hoc opus Fabius in futuros usus Filij sui paraverat, sed hic, eo nondum dimidio absoluto, decennis obijt, quod incredibiliter dolet Pater in Præfat. ad Librū VI. Catanæus ad Plinij Lib. II. Epist. I. suspicatur Libros hos sub Domitiano, quem laudat, scriptos, sub Trajano demum editos fuisse. At nequaquam verisimile est, præteritis veris boni Principis laudibus, mali Principis simulatas manare in vulgus passurum Quintilianum, nisi adhuc vivi ac spirantis, a quo si non surrogatus Consul est anno Chr. 95. T. Flavio Clementi, cujus filios instituerat, certe Consularia ornamenta fuit consecutus, ut testatur Ausonius in Panegyrico. Incidit Domitiani mors in annum Chr. 96.

Extant præterea Declamationes. 145. breviores fictique argumenti, quæ sub Quintiliani nomine feruntur. Has tamen viri docti suspicantur non Quintiliani nostri, sed Quintiliani ejus Patris esse, cuius meminit noster Institut. Libro IX. Cap. III. vel alterius Quintiliani Declamatoris Avi fortasse nostri Quintiliani, cuius fit mentio apud M. Annæum Senecam Rhetorem in Proœmio Libri X. Controvers. et Controversia IV. ejusdem Libri.

Extant rursus Declamationes XIX. longiores, quæ et ipse vulgo Quintiliano inscribuntur. Sed neque ejus sunt, qui Declamationes altera fecit, nihil enim tam dissimile, neque Quintiliani nostri. In Codicibus quibusdam M.S. M. Floro tribuuntur. Ab alijs esse creduntur Posthumij junioris, unius e triginta Tirannis, de quo ita Trebellius Pollio: Fuit autem Posthumius, quod solum memoratu dignum est, ita in Declamationibus disertus, ut ejus Controversiæ Quintiliano dicantur insertæ, quem Declamatorem Romani generis acutissimum vel unius Capitis lectio prima statim fronte demonstrat.

Alexander Politus De patria in condendis Testamentis potestate Lib. III. pag. 166. Edit. Florentiæ. 1712. 8. auctorem harum Declamationum esse contendit Posthumium Juniorem. Tamquam Fabio indignas rejicit Andreas Schottus, Ludovicus Vives, Erasmus, atque ante ipsos Franciscus Philelphus. Editio omnium præstantissima 1720. 4. duobus Vol. Lugd. Batav. apud Joannem de Vivie, curante Petro Burmanno. Constat Sterl. 1. Scel. 5. alias etiam sterl. 4 Scel. 1.

pag. 561.

Calpurnius Flaccus vixit sub Hadriano, et Antonino Pio Impp. uti ex Jurisconsultorum Libris observavit Jo: Fridericus Gronovius.

Extant eius Declamationes LI. quas ex Rhetorum minorum decem, Declamationibus excerptas primus edidit subiectas Declamationibus minoribus Quintiliani Petrus Pithoeus Paris. 1580. 8. Recusæ sunt pluries, atque etiam in supradicta Editione Quintiliani. 1720.

ibi. Cap. XVI.

P. Papinius Statius, Neapolitanus, extemporali Poemata componendi facilitate Imp. Domitiano clarissimus, et a majestate carminis Aquilinus Librarijs dictus fuit. Tamen victus in agone quinquennali Domitiani, alijs Poetis contra ipsum coronatis, ut ipse innuit Carmine ad Claudiam uxorem, et in Patrem Epicedio. Quod vero aliqui narrant eum præacuto stylo ab indignante Imperatore esse confossum, magis videtur credibile, quam quod Aligerius Dantes prodidit, eum Christiano addictum nomine, sævitiam Domitiani in Christianos pro virili temperasse. Diem obijt supremum ex H. Dodwelli quidem rationibus A. Christi. 96. Domitiani postremo.

Extant ejus Silvarum Libri. V. quorum primus Stellæ, secundus Meliori, tertius Pollioni, Marcello quartus, quintus Abascantio inscribitur singulis Epistolis ab auctore, unde colligunt viri docti, eum minus valuisse in soluta quam in ligata oratione, quod de Virgilio quoque fertur.

pag. 559.

Dialogus De causis corruptæ Eloquentiæ Quintiliano ab alijs tributus, ab alijs Tacito, a nonnullis Suetonio, separatus typis prodijt pluries, atque in quamplurimis non Quintiliani modo, sed Taciti quoque Editionibus. scriptus est anno. VI. Imperij Flavij Vespasiani, Christi. 74. ut ex Cap. XVII. constat. Quintiliano plurima argumenta vindicant.

Porro in his Libris Silvæ quædam versibus Phaleciis, vel Alcaicis, ut Lib. IV. Silv. 5. et Sapphicis, ut ibi. Silv. 7. reliquæ Epicis scriptæ sunt.

Extant eiusdem Thebaidos Libri. XII. sive de captis a Theseo Thebis, compositi ad imitationem Antimachi, et Æneidos Virgilianæ.

Extant porro Achilleidos Libri. II. sive de ijs, quæ Bellum Trojanum antecesserunt, quod Poema absolvere fata prohibuerunt, et ne illa quidem pars, quam Statius perfecit, ad nos fortasse pervenit. Poema utrumque Thebaidos et Achilleidos Domitiano dicavit. Eruditus Poeta in Silvis, sublimis in Thebaide, blandus in Achilleide habitus est.

Edit. Paris. 1618. 4. cum notis, et additis Scholijs Luctatij Placidij, qui post Severinum Boethium floruit. Cygneæ. 1664. 4. 2. Vol. Lugd. Bat. 1671. 8. et Parisijs. 1684. 4. ad usum Delphini.

pag. 568. Cap. XVII.

Q. Curtius Rufus quis fuerit et quando vixerit incertum est. Nam locus Lib. X. Cap. IX. unde ætatem ejus colligere conati sunt viri eruditi, ita ambiguus est, ut ibi per novum sidus alij intellexerint Augustum, alij Tiberium, alij Claudium, alij Vespasianum, alij Trajanum, alij demum Theodosium. Et fuit sane Theodosij ævo Curtius quidam, sive Turcius Rufus, qui Virgilium emendavit, sed longe is a nostro haud dubie diversus fuit, cujus ætatem innuit et alter locus IV. 4. Tyrus nunc tandem longa pace cuncta referente sub tutela Romanæ mansuetudinis acquiescit.

Iam vero si Curtius noster idem est, de quo Tacitus Annal. Lib. XI. Cap. 21. et ex quo Lipsius Tacitum quædam in Annales suos transtulisse notat ad Lib. VI. Annal. p. 242. et de quo Plinius Lib. VII. pag. 442. Epist. XXVII. aut si idem est Curtius cum Rufo, cujus opus omnibus numeris absolutum laudat idem Plinius Lib. IX. Epist. 38. pag. 569. vel demum si idem est cum eo, cujus inter claros Rhetores meminit Suetonius, ut Isaaco Casaubono, Vossio, Perizonio, alijsque, atque ipsi nostro Fabritio verisimillimum videtur, mirum fuerit Historiam ejus elegantissime scriptam a veteribus non memorari. Unde reperti sunt, qui observatis quibusdam in Curtio locis, quæ cum Geographia difficulter

conciliari possunt, qualia tamen in Herodoto etiam et alijs gravissimis auctoribus occurrere constat, non dubitarent affirmare Libros qui sub Curtij nomine feruntur, confectos esse ab erudito quodam Italo ante annos trecentos. inter quos Bodinus et Mollerus, quos tamen refellunt Joannes Reinoldus, et Hermannus Breverus. Et sane Curtium allegat in Policratico Lib. VIII. cap. 18 Joannes Sariberiensis, Carnotensis Episcopus, quem anno 1182 vita excessisse constat. Philippus Gualterus Episcopus Insulanus, aut Sariberiensi aequalis, aut certe non multo post circa annum 1250 clarus, in Alexandreide Curtium ad verbum quantum potuit imitatus est. Alphonsus X. Hispaniae Rex cognomento Sapiens, qui regnare coepit anno 1252 Curtij lectione mirifice delectabatur. Praeterea in Bibliotheca Medicea, Wagenseilio visendum praebuit Antonius Magliabechus Curtij Codicem antiquissimum, et, Lucae Holstenij judicio, haud minus annis septingentis gravem. Curtij Codicem MS. annorum octingentorum, qui extat in Bibliotheca Colbertina, laudat Bernardus de Montfaucon in Praefat. ad Palaeograph. Graecam.# Hinc Arriano antiquiorem Curtium fatetur Jacobus Gronovius, atque Arrianum e Curtio, non Curtium ex Arriano, ut volebant Isaacus Pontanus et Angelus Decembr, pleraque mutuatum ostendit in Notis ad Arriani Alexandrum pag. 260. Postremo jam inde ab oppresso Occidentali Imperio a Barbaris, et ante litteras postliminio in Occidente reversas quis credet quemquam fuisse idoneum ad Historiam scribendam tam eleganter et tam nativo colore antiquitatis? Ante Tacitum igitur, Plinium Juniorem, ac Suetonium, sique stylum spectes, circa Tiberij tempora cum viris doctissimis videtur Curtius collocandus.

Scripsit Curtius De rebus Alexandri Libros X. quorum posteriores VIII. ad nos pervenerunt. Primores duos suppleverunt jam inde ab anno 1545. Christophorus Bruno, deinde Jo. Freinshemius, postremo Christophorus Cellarius. Edit. Freinshemij Argentorati 1640. 8. 2. Vol. Cellarij 1688. 1691. 1696. 12. et 1711. 12. Lipsiae

* Prodijt etiam Q. Curtius Paris. 1678. in usum Delphini. Constat Scel. 10½.

Alium Schonhovij, exaratum ante aliquot secula e rugis evolvit Hadrianus Junius. Alius Codex antiquus Curtij membranaceus in Biblioth. Menarsiana pag. 64

pag. 577.

De Curtij Epistolis eidem falso suppositis Libris X. distributis, hic memoratis, quae postea pag. 644. typis prodeunt, ita Fabritius Nota (a)

Harum Epistolarum mentio fuit supra pag. 577. quas licet manifesto commentitias, et nullius pretij, tamen hoc loco subjicere visum fuit, ut detraheretur illis, quo solo hactenus se poterant commendare, pretium ineptum raritatis. Pauci certe visas opinor, et hoc ipsum Exemplar ante CCXX. annos Regij Lepidi in 4. excusum, ex quo illas descripsi, nuper in auctione publica duodecim vendebat Marcis Lubecensibus.

Epistolae istae non Q. Curtio, sed Curtio longe vetustiori Duci Romano, quamvis Historicus dicatur in Praefat., tribuuntur. Prodiere Regij Lepidi 1500. 4. curante Hyppone Angerio Regiense

pag. 577. Cap. XVIII.

Decimus Junius Juvenalis, Aquinas, ut ipsemet de se testatur Lib. III. vers. 319; cum Satyra non absurde composita in Paridem pantomimum, qui in delicijs aulę erat, Domitianum offendisset, per honorem militię, quamquam octogenarius, Urbe summotus est, missusque ad Prefecturam Cohortis in extrema parte tendentis Ægypti, ut narrat Suetonius in ejus Vita, quamobrem Histrionis exul vocatur a Sidonio. IX. 270. In Pentapolin Libyę relegatum esse a Domitiano Juvenalem scribit Jo: Malalas Tom. I. Chronographię pag. 341. cujus verba repetit Suidas in Lexico. Hinc fallitur vetus Juvenalis Scholiastes, qui ad Satyr. VII vers. 92. notat Neronem a Juvenale tactum; ut a Claudio Nerone propterea missum Juvenalem ~~missum~~ in exilium. Quin Dodwellus in Annalibus Quintilianeis, contendit eum sub Hadriano demum Satyras edidisse, et in exilium ab eodem missum A. C. 119. Scripsisse pleraque Trajani imperio, imo Hadriani observavit Lipsius Lib. IV. Epistolicarum Quęst. 20. et Salmasius ad Solini Cap. XXXII. pag. 319. seq. Marium Priscum, qui sub Trajano condemnatus est, tangi Satyr. I. vers. 49. notat Camillus Silvester Comes Rhodiginus in notis ad Italicam Juvenalis Metaphrasin pag. 47. Edit. Patavij. 1712. 4.

Extant eius Satyrę XVI. in Libros V. digestę. Liber I. quinque priores, Liber II. sextam. Lib. III. et IV. singuli ternas Liber V. quatuor reliquas complectitur. Satyra I. alios Poetas perstringit, exposita causa, cur ipse accesserit ad hoc genus scribendi. Sat. II. tangit Hypocritas. III. Urbis incommoda. IV. Convivas Domitiani. V. Parasitos. VI. Mulierum flagitia ac scelera. VII. Artium neglectarum querelam continet. VIII. De claritate natalium. IX. perstringit Cinoedos. X. Vota inania et ridicula. XI. Luxum. XII. Heredipetas. XIII. Docet scelera tandem non abire impunita. XIV. De exemplis Parentum. XV. De Religionibus peregrinis. XVI. De Privilegijs commodisque Militię, de cuius Auctore addubitare Grotius et Rutgersius videntur. Editiones Ultrajecti. 1685. 4. curante Henrico Christiano Henninio. et Parisijs. 1715. curante Josepho Juvencio S. J.

Si conferantur inter se triumviri Satyrę veteris Latinę, Juvenalis, Persius, et Horatius, libenter subscribi poterit sententię Jo: Baptistę Capellij, quam hoc Disticho fuit complexus.

Acrior est Aulus, florentior est Juvenalis,
Plus Venusina sapit seria Musa jocis.

pag. 585. Cap. XIX.

Sextus Julius Frontinus, Vir Consularis, Vespasianorum, Domitiani, Nervæ, et Trajani temporibus floruit, varijsque muneribus functus sub Trajano decessit, Successorem in Auguratu habens Plinium juniorem, ut apud eundem Plinium Lib. IV. Epist. 8. et Lib. IX. Epist. 19.

Extant ejus Libri. II. De Aqueductibus Urbis Romæ, quos scripsit cum aquarum Officium ei a Nerva esset injunctum. Prodiere aliquoties cum Vitruvio; novissime vero Tom. IV. Thesauri Græviani cum Dissert. Fabretti.

Extant rursus Libri. IV. Strategematicon, sive de solertibus Ducum Græcorum, Romanorum et aliorum in Bello factis et dictis. Hi quoque separatim pluries recusi.

Extat demum Libri de Colonijs duplex idque longè diversum Exemplar, de utroque agetur infra Lib. IV. Nunc sufficiat notasse Editiones duas omnium Scriptorum Frontini hactenus memoratorum, quarum alteram debemus Petro Scriverio Lugd. Bat. 1607. 4. una cum Scriptoribus rei militaris, altera Roberto Keuchenio Amstelod. 1661. 8. Postremæ hæc editio æstimari solet Scel. 1 1/2.

pag. 588. Cap. XX.

M. Valerius Martialis, ex Bilbili Celtiberiæ Oppido, Hispanus, sectator Epicuri, scribendique Epigrammatis non insulsus artifex, at scurrilis interdum, ac frequenter obscoenus Domitiani, Nervæ, et Trajani tempora ingenio suo illustravit; senex autem Urbe relicta patriam suam repetens, in illa obijt sub eodem Trajano, non ante tamen adultum annum Chr. 101. U. C. 854. ut probat Jo: Massonus in Vita Plinij jun. pag. 112.

Extant ejus Epigrammatum Libri. XIV. quorum penultimo Xeniorum, ultimo Apophoreton titulum ipse auctor inscripsit, quo nomine appellantur Munuscula, quæ in Saturnalijs, et alijs Festis, ac solemnibus Convivijs domum reportanda Convivæ accipiebant. Liber Spectaculorum, qui Epigrammatum Libris premittitur, eruditis videtur non unius Martialis, sed variorum Poetarum scribentium in Spectacula fratrum Titi ac Domitiani, editus forte a Martiali insertis proprijs quibusdam Epigrammatis. Libros IX. et X. de industria contractiores se fecisse fatetur Martialis Lib. XII. Epigr. V. Editio optima, Lugd. Bat. 1619. 12. curante Petro Scriverio

pag. 595. Cap. XXI.

C. Cornelius Tacitus Eques Romanus, gener Cn. Julij Agricolæ, sub Vespasiano, Domitiano, Nerva, sub quo Consulatum gessit anno U.C. 850. Christi 97. suffectus T. Virginio Rufo, et sub Trajano varios honores gessit; Scriptis vero suis prudenti et arguta brevitate disertis immortalem sibi laudem et gloriam comparavit. #

Extant eius Annalium Libri VI. primi quorum quintus mutilus est. Hoc Opere res Romanas a Tiberij principatu ad mortem Neronis usque persecutus fuerat Tacitus. Libri VI. primi in Tiberij excessum desinunt. Deinde post quatuor Librorum lacunam extat Liber XI. acephalus usque ad Lib. XVI. sed extrema parte mutilum, quibus continentur res gestæ a C. Valerij Asiatici sub Claudio Imp. per inimicorum fraudes ad voluntariam mortem adacti exitio, ad interitum Thraseæ et Poeti, quem Nero mori jusserat.

Extant ejus Historiarum Libri V. primores, quorum quintus extrema parte est mutilus, et complectuntur res a Consulatu Galbæ et Titi Vinnij usque ad pacem initam inter Cerealem Romanum, et Civilem Batavum, qui audita Vitellij morte turbas excitaverant. Diverso ab Annalium Libris scribendi genere Historias exaravit Tacitus. Qua de re multa disputat Bælius in Lexico pag. 2823. et 2827. accuratius perpendens verba Hieronymi Lib. III. in Zachariæ Cap. XIV. Cornelius quoque Tacitus, qui post Augustum usque ad mortem Domitiani vitas Cæsarum triginta Voluminibus exaravit. Hinc erudite ostendit præter Annalium Libros XVI. exarasse Tacitum Historiarum Libros XXX. atque adeo deperditos esse Historiarum Libros XXV. Contraria tamen Antonij Querengi sententia probabilitate sua minime destituitur, quod Hieronymus Libros illos XXX. testatur cœpisse post Augustum, a quo tempore Annalium Libri exordiuntur; atque adeo inter Libros deperditos Historiarum non ultra IX. enumerari posse. Præterea, nulla facta a Hieronymo distinctione Annalium et Historiarum, Taciti Libros falsa conjectura dividi in duo genera atque opera diversa, Historiarum alterum, alterum Annalium. Quod tamen addit Querengus, verisimile videri Histo=

Lipsius in ejus Vita, quæ extat in Edit. Taciti Plantiniana 1585. natum censet extremis Tiberij Claudij temporibus, qui decessit anno C. 54. vita functum initio Principatus Hadriani, qui verum potitus est anno Christi 117.

riarum Libros a Tacito ante Annales scriptos ex his ejus verbis Annalium Lib. XI. Cap. XI. Utriusque principij rationes prætermitto, satis narratas Libris, quibus res Imperatoris Domitiani composui. Levius debiliusque argumentum vel ex eo videri queat, quod posteriores Libros in prioribus citari apud Scriptores passim videre est.

Extat præterea ejusdem Vita C. Iulij Agricolæ Soceri sui, Viri Consularis, et Britanniæ Præfecti.

Extat demum Libellus de situ, moribus populisque Germaniæ, quam e vicino Belgio, cui regendo Procurator erat impositus, propius cognoscere Tacitus potuit.

Solet etiam Tacito a quibusdam tribui Dialogus de corrupta Eloquentia, de quo supra in Quintiliano dictum. Quæ inter Plinianas extat Lib. IX. Epistola. X. a Catanæo et H. Steph. refertur ad Tacitum, sed præter Codd. MSS. fidem, atque adeo male.

Edit. Amstel. 1701. forma minori. Lugd. Bat. 1720. 4. curante Abrahamo Gronovio

pag. 607. Cap. XXII.

C. Plinius Secundus Cæcilius ex Novo Como Italiæ Transpadanæ Oppido, Plinium Majorem Avunculum, Quintilianum, et Nicetam Sophistam Præceptores habuit, disertissimus in Foro causarum Patronus: varijs honoribus, ijsque maximis in Republica gestis, Imperatori Trajano charissimus, obijsse videtur postremis annis ejus Imperij.

Extant ejus Epistolarum Libri. X. florida ingenioraque elegantia insignium, quorum ultimus Epistolas Trajani et Plinij mutuas de rebus gravissimis scriptas complectitur. In Editionibus antiquioribus, et illa Catanæi Liber octavus noni, et nonus octavi locum occupat; et revera Librum. VIII. serius quam. IX. a Plinio editum fuisse disputat Io: Masson in Vita Plinij pag. 164.

Descriptio Villarum Lib. II. Epist. 17. et Lib. V. Epist. 6. tam accurata est et diligens, ac si illas vendere Plinius instituisset. De his consulenda Dissert. Io: Mariæ Lancisij de Plinianæ Villæ ruderibus. Romæ. 1714. fol.

Extat ejus Panegyricus Imp. Trajano dictus, cum ab eo Consul designatus esset, quem Plinius habuit in frequenti Senatu, præsente Trajano, anno ipsius Imperij. III. U. C. 853. Christi. 100. ætatis suæ. 39. cum iniret Consulatum bimestrem cum Cornuto Tertullo. Nimium in hoc Panegyrico indulsisse creditur Plinius ingenio suo, et acumina captasse.

·I. Eadem Plinij Oratio familiam ducit inter. XII. Panegyricos Veteres Variorum auctorum, qui Plinij Epistolis frequenter subjici solent. Sequitur igitur post Plinianum

·II. Claudij Mamertini Senioris Panegyricus dictus Maximiano Herculeo, die Urbis Romæ natali. XI. Cal. Martij in Gallia (Treveris fortasse) anno Christi. 292. De hujus Panegyrici auctore dubiam litem esse ait Hadrianus Junius Lib. IV. Animadvers. Cap. XI. ubi insignem ejus locum illustrat. — Forte idem est cum Claudio Eusthenio, qui Diocletiano ab Epistolis fuit, teste Vopisco in Vita Carini Cap. XVIII. ut totum nomen fuerit Claudius Eusthenius Mamertinus

·III. Eiusdem Mamertini Genethliacus Maximiani et Diocletiani Augustorum, dictus coram Maximiano post ejus quinquennalia, eodem A. Christi. 292. non diu post priorem.

·IV. Eumenij Oratio pro restaurandis Scholis Æduorum Augustodunensibus, ad virum perfectissimum Præfectum Galliæ Lugdunensis primæ, dicta post annum Christi. 297. Constantio Cæsare necdum Augusto. Eumenius iste Rhetor fuit Augustoduni in Gallia, non Civiopoli ad Rhenum.

·V. Eumenij ejusdem, vel incerti Epithalamius Maximiano Herculeo, et genero Constantino Augusto dictus anno Christi. 308. in Nuptijs cum Fausta Maximiani Imp. filia celebratis.

·VI. Eumenij ejusdem Panegyricus Constantio Imper. Treveris Augustodunensium dictus post Britanniam superatam anno Christi. 296. absentibus duobus Augustis, Diocletiano et Maximiano, Cæsareque Galerio.

·VII. Eumenij ejusdem Panegyricus Constantino Augusto dictus Treveris circa A. C. 309. die ejus Urbis natali, paulo post natale festum Constantini (25. Julij) Augustodunensium nomine.

·VIII. Eumenij ejusdem gratiarum Actio Flaviensium, sive eorundem Augustodunensium, hæc enim est Flavia Æduorum, nomine de remissis debitis a Constantino Augusto, dicta Treveris A. C. 311.

·IX· Incerti, fortasse Nazarij, Panegyricus Constantino Augusto Constantij F. Treveris dictus A·C·313· post devictum Maxentium.

·X· Nazarij Panegyricus dictus Constantino Aug· Filijsque Caesaribus Romae Cal· Martij A·C·321· Mentio hujus Nazarij apud S. Hieronymum in Chronico, et Ausonium in Commendat· Professorum Burdegalensium· XIV· vers· 9

XI· Claudij Mamertini, diversi ab eo, cujus Panegyricos Maximiano dictos supra memoravi, Gratiarum Actio pro Consulatu ad Julianum Imperat· dicta Romae Cal· Januarij· A·C·362· Mentio hujus Mamertini apud Ammianum Marcellinum Lib·XXI· Cap·4·et 10·

·XII· Latini Pacati Drepanij, Nitiobrigis ex Aginno Nitiobrigum Metropoli, Panegyricus praesenti Theodosio M· Augusto dictus A·C·361· Romae Cal· Septembris, spectante Senatu, cum Imperator interfecto Aquilejae Maximo triumphans in Urbem reversus fuisset.

Hisce in quibusdam Editionibus addi consuevit Ausonij Gratiarum Actio pro Consulatu, dicta Gratiano Augusto A·C·379· Stephanus adiunxit Panegyricos Claudiani versibus scriptos; et a nonnullis etiam additus est Ennodij Panegyricus Theodorico Italiae Regi dictus Mediolani vel Ravennae circa annum C·507· vel 508·

Quanta cura et diligentia in scribendo usus fuerit Plinius, ipse auctor est Lib·VII· Epist·17· ad Celerem pag. 270 ? Editionis inter caeteras Jo: Mariae Catanaei, cum ejus Commentario inprimis laudato Mediolani·1506·fol· Paris· apud Paulum Stephanum·1601; Genevae·1625· 1643·4· Denique Oxonij curante Thoma Hearnae castigata ad M·S· adiunctis Notis et Vita Plinij a doctissimo Jo: Massono praefixa 1703·8·

Verba Plinij in Epistola ad Nonium Celerem haec sunt: Itaque nullum emendandi genus omitto: ac primum quae scripsi mecum ipse pertracto: deinde duobus aut tribus lego, mox alijs trado annotanda, notasque eorum si dubito, cum uno rursus aut altero pensito, novissime vero pluribus recito· Deinde ad Epistolae finem: Cogito quam sit magnum dare aliquid in manus hominum, nec persuadere mihi possum, non et cum multis et saepe tractandum, quod placere et semper et omnibus cupias. ——— Ita et Ovid. in de Ponto: Cum relego, scripsisse pudet.

Lib.1. Eleg.V1. v.15.

Citatur etiam a Muratorio Annal. Ital· Tom.II· pag. 281· Optatiani Panegyricus eidem Constantino dictus, apud Velserum, et pag. 306. Hic est Publilius Optatianus Porphyrius, de quo, ejusque Panegyrico Acrostichis versibus conscripto vide infra pag.[illegible] in Poematijs Veteribus a Pithoeo collectis.

L. Anneus Florus patria, ut videtur Hispanus, et forte ex Senecarum gente, sub Hadriano Imperatore scripsit, ceu ipse innuit.

Extat ejus Epitome de gestis Romanorum, sive Rerum Romanarum Libri IV. ubi idem fere temporis spatium sibi describendum proponit Florus, quod Livius, scilicet ab U. C. ad Jani templum prima vice clausum sub Augusto Imp. Hinc fuerunt qui Livij Epitomen his Libris contineri dicerent. Sed a Livio non semel in hoc Opere dissentire Florum notavit Lipsius in Electis Lib. II. Cap. V.

Florus revera sub Trajano scripsisse colligitur ex verbis istis Proœmij Libri I. Nisi quod sub Trajano Principe movet lacertos, et præter spem omnium senectus Imperij, quasi reddita juventute revirescit. Qui sub Hadriano eum scripsisse malunt, cum Nazariano Codice legunt movit lacertos. His assentirer, si deinde diceret revixit, non revirescit, nec Hadriani omitteret mentionem.

Multus autem Florus est in laude rerum a Romanis gestarum, ut non tam narrare Bella, quam perpetuum victoriarum Pæanem, florida, sed interdum ad Poeticam accedenti dictione decantare videatur.

Multa e Floro Jornandes, multa etiam Freculfus in Chronico, Vincentius Bellovacensis et alij juniores. Ex Freculfo loca quædam Flori restitui posse Clariss. Schoetgenius annotavit. Ceterum in castigandis antiquis Scriptoribus ex sequiorum verba eorum jam decurtantium, jam interpolantium testimonijs, cautius agendum esse docet Rupertus ad Florum pag. 104. ubi de Jornande.

Edit. quamplurimæ, inter quas Norimbergæ 1639. 8. cum observationibus Christoph. Adami Ruperti. Amstelod. 1660. 8. cum integris Salmasij aliorumque Notis, addito etiam Ampelio. Londini 1715. 12. typis nitidis, addito Ampelio, edente Michaele Maittaire. -- Editio cum Salmasij Notis et Ampelio extat quoque Lugd. Bat. 1655. 8. ap. ud Elzevirios Constat Scel. 1½.

De Livij Epitome Floro attributa dictum est supra pag. 201. pag. 630.

L. Ampelius Trajano Imperat., cujus meminit, junior, scripsit Libellum suum Memorialem ad Macrinum quemdam, quo eleganti varietate narrationes totius Orbis celebriores breviter complectitur. Memoratur Sidonio, et apud Photium inter excerpta ex Himerij Sophistæ Declamationibus Cod. 243. Ex quo Salmasius, sive Elzevirius ex Salmasij Bibliotheca hunc Floro subjecit, plurimis Flori Editionibus adjunctus sæpius prodijt, ut supra in Flori Edit. observatum.

C. Suetonius Tranquillus, Grammaticus et Rhetor Romanus, scriptor Vopisci judicio emendatissimus et candidissimus, Plinij Junioris amicus et ab eo adscitus in contubernium, quod his verbis ipsemet tradit Lib. X. epist. 95. ad Trajanum: Suetonium Tranquillum probissimum, honestissimum, eruditissimum virum, et mores eius secutus et studia jampridem, Domine, in contubernium adsumpsi, tantoque magis diligere coepi, quanto propius inspexi. Trajani beneficio, cum ἄτεκνος esset, jus trium liberorum consecutus, Magister Epistolarum factus est, sed ab Hadriano remotus ab illa provincia, quod apud Sabinam uxorem Imperatoris, iniussu ejus, ut ait Spartianus, familiarius se egisset.

Extant ejus Vitae XII. Imperatorum pari libertate ab eo descriptae ac ipsi vixerunt. Hanc a Tillemontio in Hist. Imperatorum, et alijs quibusdam reprehensam, recte tuetur Baylius in Lexico Edit. secundae: ubi etiam observat Chronologici ordinis securum Suetonium Vitas per rerum capita maximam partem digessisse, et diligentissime annotasse quae ad vitam, mores, indolem et ingenium cujusque Imperatoris spectare observavit. C. Julij Caesaris Vitam, quae initio esse mutila visa est, supplementi loco quibusdam de Julia gente, Caesarisque juventa auxit Ludovicus Vives.

Extat praeterea ejus Liber de Illustribus Grammaticis, et De claris Rhetoribus Liber, sed majorem sui partem mutilus. Prodiere haec Opuscula separatim Venetijs in. 4. sine anni nota apud Bernardinum Venetum.

Editiones dictorum Suetonij Operum, Lugduni 1548. forma minori per Antonium Gryphium cum Erasmi et Egnatij notis in Caesares, ac Commentarijs Achillis Statij et Eliae Vineti in Librum de Grammaticis et Rhetoribus. Trajecti. 1672. 4. Hagae Comitis. 1691. 4. Trajecti. 1703. 4. curante Graevio, Editio optima. Leovardiae. 1714. 4. studio Samuelis Pitisci Edit. splendida ac locupletiss.

* Liber de Viris illustribus non magis Suetonij est quam Plinij Junioris, sed Aurelium Victorem auctorem habet. Edit. Hag. Com. 1691. 4. aestimari solet Scel. 6. Trajecti ad Rhen. 1703. 4. Scel. 10. alia ad usum Delphini Paris. 1684. 4. Scel. 9.

pag. 638. Cap. XXV.

Celius Apicius patria, ut suspicabatur Carolus Avantius, Hispanus.

Extant ejus De Re Culinaria Libri X. sive de obsonijs et condimentis; Liber I. inscribitur ἐπιμελὴς. II. Ἀρτόπτης, sive ut rectius in M.S. Vaticano Σαρκόπτης. III. Κηπουρικά. IV. Πανδέκτηρ. V. Ὄσπριος, sive Leguminarius. VI. Τροφήτης, sive ut in M.S. Tropetes sive ut emendat Humelbergius, Ἀεροπετής. VII. Πολυτελής. VIII. Τετράπους. IX. Θάλασσα. et X. Ἁλιεύς.

Hunc fuisse Apicium illum magistrum gulę memoratum Athenęo Lib. I. cujus verba exscribit Suidas in voce Ὄστρεα, Trajani ętate viventem, suspicatur cum Olao Borrichio Fabritius noster. Isidorus Hispalensis Lib. XX. Originum Cap. I. huic Apicio Libros illos videtur tribuere his verbis: Coquinę apparatum Apicius quidam primus composuit, qui in eo absumptis bonis morte voluntaria perijt. Scholiastes quoque Juvenalis ad Satyram II. vers. 22. Apicius auctor pręcipiendarum coenarum qui scripsit de juscellis, fuit enim exemplum gulę. Neque Isaacus Granggus ad illum Juvenalis locum dubitat eundem M. Apicium auctorem esse decem De Re Coquinaria Librorum, quos habemus.

Alij M. Apicij duo fuerunt, primus Nicomedis Regis ęqualis memoratus itidem Athenęo Lib. IV. Dipnosoph. et Suidę in ἀφύα, et forte in Μάρκος Ἀπίκιος. Alter sub Augusto et Tiberio, ambo itidem gulę impense dediti, ex quorum alterutro manasse dicitur mos ille, ut panes saccaro conditi etiamnum appellentur Marci panes, ut notat Balthasar Bonifacius Lib. X. Cap. V. Hist. Ludicrę. Hinc Tertullianus Cap. V. de Pallio, et Cap. 4. Apologetici Cocorum veluti sectam quamdam ait dictam esse ab Apicio, ut Grammaticorum ab Aristarcho, Medicorum ab Erasistrato.

Editiones Tiguri. 1542. 4. Basil. 1503. 4. Londini. 1705. 8. Amstelod. 1709. 8. curante Theodor. Jansonio ab Almeloveen.

.I. – Ἐπιμελὴς: est: Diligens, Sedulus.
.II. – Σαρκόπτης: – De carnibus assandis.
.III. Κηπουρικά: Hortulanorum obsonia.
.IV. Πανδέκτηρ: Obsonium omnia continens.
.V. Ὄσπριος: – Leguminarius.
.VI. Ἀεροπετής: – Ex aere delapsus.
.VII. – Πολυτελής: – Sumptuosus, Exquisitus.
.VIII. Τετράπους: – Quadrupes.
.IX. – Θάλασσα: – Mare.
.X. – Ἁλιεύς: – Piscator.

Londinensis Edit. 1705. 8. constat Scel. 2½. alias etiam Scel. 6.

De Scriptoribus Æneæ et Ferreæ Ætatis a temporibus Antoninorum ad corruptum penitus nitorem Latini sermonis

pag. 1. Cap. 1.

Aulus Gellius, Romanus, Romæ in Rhetorica disciplina Cornelij Frontonis, deinde Athenis Philosophorum Phavorini, Tauri, T. Eustachij, Peregrini et aliorum auditor, vir elegantissimi eloquij, et multæ ac facundæ scientiæ dicitur Augustino Lib. IX. Cap. IV. de Civit. Dei. Sane Litterarum et antiquitatis peritissimus fuit, floruitque sub Antonino Pio, mortuus primis annis Marci Antonini Philosophi; qua de re confer Dodwellum Dissert. de ætate Peripli Maris Euxini. § 10. pag. 117. seq. Tom. I. Geograph. Græcorum minorum. Oxoniæ. 1698. Norisium in Cenotaphijs Pisanis pag. 464. et Salmasium Lib. de Hellenistica. pag. 177. Aulus Gellius, sive A. Gellius non Agellius, dicendus ex Codicibus Vaticanis omnibus.

Titum Castritium habuit quoque Rhetoricæ magistrum, qui floruit sub Adriano, ut ipse Gellius testatur Lib. XIII. Cap. XX.

Extant Gellij Noctium Atticarum Libri XX. ad Liberos suos varia et facunda scientia referti, quos ita inscripsit, quod longinquis per hyemem noctibus in agro terræ Atticæ Commentationes illas ludere ac facere exorsus esset, ut ipse ait in Præfatione operis, quæ in antiquioribus Editionibus perperam locum extremum Libri XX. occupat. Liber VI. ἀκέφαλος est. Libri VIII. qui in Capita XV. distinctus perijt, sola Argumenta ad nos pervenerunt, qualia Libris suis Gellius ipse præfixisse in Præfatione testatur; etsi, quæ hodie habemus an Gellij sint vel potius Avieni, qui in M.S. quodam Gellium recensuisse dicitur, ambigunt aliqui Eruditorum, sed eos dubitare sine magna causa jam notatum Jacobo Gronovio, et nuper ostendit in vigilia prima Gellianis Noctibus impensa, editaque Hafniæ. 1721. 8. Christianus Falsterus.

Editiones emendatissimæ Gellij. 1651. 12. Amstelodami, recusa ibidem. 1665. 12. curante Jo: Frid. Gronovio, atque in Belgio recusa. 1666. 8. in usum Delphini. 1681. 4. Parisijs. Deinde Lugd. Bat. 1687. 8. Postremo Lugd. Bat. 1706. 4. Luculentam Gellij editionem adornavit Jacobus Gronovius dicavitque illustrissimo doctissimoque Abbati Dominico Passioneo; quæ, editio æstimari solet Scel. 16. alias etiam. 18.

Edit. Amst. 1665. æstimari solet Scel. 1½.
Lug. Bat. 1666. — — — Scel. 7½.

pag. 17. Cap. II.

L. Apulejus ex Madaura Africæ Civitate semi Numida et semi Getulus, Carthagine in pueritia disciplinas adeptus, Orator, Jurisconsultus et Philosophus Platonicus nobilis, doctusque utraque lingua Græca et Latina, nondum sub Trajano floruit, ut Petavio visum Rat. Temp. Part. I Lib. V. Cap. IX. pag. 247. neque Theodosij demum ætate, ut doctissimus quidam Juriconsultus contendit. Sed temporibus Antonini Pij, ac fratrum Marci Antonini Philosophi et Veri, uti ex Apologia Apuleij constat, qua, ut alia jam omittam, affirmat se Lolliano Avito præsente disserere, eique se purgare conatur. Floruit autem Lollianus sub Divis fratribus Bithyniæ Præses, qui attigit etiam Helvij Pertinacis adultam ætatem, etsi Pertinace ad Imperium evecto Lollianum superfuisse ex Capitolino probari non possit. Apuleij meminit Lactantius Lib. V Cap. III. et ante eum Septimius Severus Imper. apud Capitolinum in Albino Cap. XII. in Epistola ad Senatum scribens Clodium Albinum inter Milesias Punicas Apuleii sui consenescere.

Extant ejus Libri XI. Metamorphoseos, sive Fabularum Milesiarum de Asino. Perperam vulgo inscribuntur de Asino aureo. Errorem genuit non intellectum hujus Operis elogium, quod ob suavem, ingeniosam et eruditam sermonis elegantiam, aureum appellarunt. Tota porro hæc Metamorphosis Apulejana et stilo et sententia Satyricon est perpetuum, ad imitationem Lucij Patrensis ex Patris Achajæ Urbe, memorati Photio Cod. 129. in qua Magica deliria, Sacrificulorum scelera, Adulterorum crimina, Furum et Latronum impunitæ factiones palam differuntur.

Extat ejus Oratio de Magia, sive Apologia copiosissima, ut ait Augustinus, et disertissima, qua crimen artium Magicarum a se alienum esse defendit, ad Claudium Maximum Procos.

Extat ejus Liber de Mundo, ex Libro ejusdem argumenti, qui sub Aristotelis nomine ambulat, pene ad verbum expressus.

Extat eius Oratio extemporalis, sive Liber de Deo Socratis, quem de Dæmone Socratis potius inscribendum fuisse monet Augustinus Lib. VIII. Cap. XII. de Civitate Dei.

Extant ejus Libri III. De Habitudine Doctrinarum, et Nativitate Platonis. Liber I. est de Philosophia naturali, qui in antiquis edition. inscribitur de Dogmate Platonis. Lib. II. De Philosophia morali maximam partem e Platonis Libris de Legibus petitus. Lib. III. est περὶ ἑρμηνείας, sive de Syllogismo Categorico.

Extant ejus Libri III. Florida inscripti, sive Chrestomathiæ aut Excerpta quædam e Declamationibus Apuleij Carthagine, Oeæ, et forte alibi habitis, quibus non pauca lectu jucundissima continentur. In antiquis Editionibus divisa sunt in Libellos IV. primo in duos discerpto.

Dubia, vel supposita sunt Apulejo quæ sequuntur Opuscula.

I. Hermetis Trismegisti Τέλειος, sive ἱερὸς λόγος, sive ut S. Augustinus transfert, Verbum perfectum, hoc est de Natura Deorum ad Asclepium allocutio, quam Apulejum transtulisse volunt, sed Wowerio et Colvio atque Elmenhorstio judice, obstat oratio sicca atque exanguis nihilque simile habens cum Apulejana ubertate et lætitia.

II. Libellus de notis adspirationis et de diphthongis, quod extat sub Apulejj nomine in Marquardi Gudij M.S. Hic non Apulejj nostri est, sed fortasse Cæcilij Apulejj Minutiani Grammatici Gyraldo memorati, cujus Libri II. de Orthographia dicuntur manu exarati extare in Bibl. Vaticana, et alijs quibusdam.

III. Liber de Ponderibus et Mensuris, ac signis cujusque Ponderis. Cujus auctorem Apulienum seu Apulium quemdam vocat Gaspar Wolfius, nec videtur opus hoc tribuere Apulejo Madaurensi nostro, ut notavit Labbeus in Part. II. Bibliothecæ Numariæ.

IV. Apulejj Ἀνεχόμενος, sive Jambi Lascivi e Menandro expressi. Hoc Poemation P. Scriverius vel supposititium vel infimæ vetustatis esse censet. Tamquam genuinum Apulejj citat Hugo Grotius ad Jacobi. IV. 2. Elmenhorstio visum est recentioris Itali foetum esse.

V. Liber de Herbis, sive de nominibus ac virtutibus Herbarum ad Cives suos, sub Apulejj Platonici nomine prodijt Basileæ. 1528. fol. una cum Antonij Musæ Libello de Betonica ad M. Agrippam, ad calcem Plinij Valeriani, cujus Musæ extat alter Libellus de tuenda valetudine ad Mecænatem editus Norimbergæ. 1538. aut. 1536. deinde ibi. 1587. falso in P.ma Edit. Hippocrati tributus.

Dictio Apulejj ingeniosa se audacique elegantia commendat, sed quandoque licentior est et durior in detorquendis vocabulis, adverbijs præcipue et diminutivis. Multos passim in Metamorphoseon Libris versus latere, qui neglecti et pro libera oratione habiti durum aliquid proferunt et amœnum, observat Lipsius Lib. II. Cap. XI. Elector. Versusque Jambicos statim initio Libri I. in sua Edit. reponi curavit Elmenhorstius, quod minus probatur Pricæo, in cujus tamen Edit. istos versus, sed invito Pricæo expressit Typographus.

Editiones. Francofurti. 1621. 8. cur. Geverhardo Elmenhorstio. Lugd. Bat. 1624. 12. cur. Petro Scriverio Amstel. 1628. forma minori ex Vulcanij castigationibus. 1688. 4. 2. Vol. Parisijs. ad usum Delphini, quæ editio æstimari solet sterl. 1 Scel. 4.

In Oratione de Magia, sive Apologia pollicetur se de Partibus Animalium, de Situ, Causa, et Remedijs earundem scripturum. Ex quo Opere forte deflorati sunt, qui extant sub nomine Sexti Placiti Libelli. II. De Remedijs Animalium et Avium editi a Francisco Emerico Oppuriano, Gabriele Humelbergio, et Andrea Rivino. Lipsiæ. 1654. 8. Vide infra in Medicis Editionem ~~[illegible]~~ pag. 379. 384

pag. 35. Cap. III.

Justinus quis fuerit et quando vixerit, non satis compertum est, etsi Romę ante Imperatores Christianos scripsisse non dubitem, ipsum a Christi sacris alienum. Itaque non assentior ijs, qui ad Theodosij Imp. tempora rejiciunt, nescio quibus argumentis moti. Ut vero hoc loco commemoretur facit, quod in editione principe Romana sine anni nota in fol. apud Udalricum Gallum, atque in quibusdam alijs Libros suos dicitur inscripsisse Imp. Antonino Pio. Sed προσφώνησιν hanc in nullo M.S. Codice reperisse se testatur Jacobus Bongarsius, qui putat additum nomen Antonini ab illis, qui Justinum falso eundem putarunt cum celebri ejus nominis Philosopho Christiano et Martyre. Neque verisimile videtur Justinum emendandi causa Opus suum ad Imperatorem mittere voluisse, quod in Prefatione innuit, si eam non potius ad virum aliquem doctum illius ętatis, sibique amicum, quam ad Cęsarem direxit; atque proinde minime certum habendum, quod Libros suos Justinus dedicaverit Antonino Pio Imperatori.

Parum credibile est quod in Codice Maglibequiano, teste Abrahamo Gronovio, traditur, Justinum Philosophum celeberrimum, et Trogi fuisse discipulum, nedum, ut Gualterius Burleus scripsit, filium.

Extant ejus Libri XLIV. Historiarum Philippicarum, et totius Mundi originum, et Terrę situs ex Trogo Pompejo excerptarum, a Nino usque ad Cęsarem Augustum, sub quo Trogus Pompejus patria Gallus Philosophus ac Historicus disertissimus floruit, de quo sic Justinus ipse Lib. 43. Cap. 5: In postremo Libro Trogus majores suos a Vocontijs originem ducere, avum suum Trogum Pompejum Sertoriano Bello Civitatem a Cn. Pompejo percepisse dicit, patruum Mithridatico Bello turmas Equitum duxisse, patrem quoque sub Cajo Cęsare militasse Epistolarumque et Legationum simul et anuli curam habuisse.

Totius Orbis Trogus, sed Gręcas potissimum Historias Latino sermone 44. Voluminibus composuit, et a pręcipuo argumento, Regni nempe Macedonici Historia, quod a Lib. 7. ad 41. exequitur, Historias Philippicas, Theopompi exemplo inscripsit.

Subjiciuntur Justino in Bongarsij Edit. atque inde in alijs, Prologi, sive Periochę Historiarum Philippicarum Trogi Pompeij, ejusmodi fere qualia Historiarum Livij argumenta sub Flori nomine habemus. Illa ab ipso forte profecta Trogo, certe non a Justino elaborata, ostendunt Justinum in Epitome sua omisisse non pauca, quę de Terrarum situ Trogus scripserat.

Videtur Justinus in pluribus usus Trogi dictione, unde vix Justini ulla ab Trogo aliena in sermone vestigia apparere ait Jo: Frid. Gronovius, Lib. IV. Cap. X Observat. Justinum libenter sequitur Orosius, imitatur Saxo Grammaticus, ut in Notis ad eum Stephanius passim observat.

Editiones. Parisijs. 1581. 8. curante Jacobo Bongarsio. Ultrajecti. 1669. Amstelod. 1694. 12. curante Jo: Georgio Grępio. Grępiana edit. 1694. ęstimari solet Scel. 2. Oxonij 1705. 8. e Theatro Scheldoniano, cum Prologorum Castigationib. et Notis. Lugd. Bat. 1719. 8. curante Abrahamo Gronovio; quę Edit. Gronoviana ęstimari solet Scel. 6.

Palladius Rutilius Taurus Æmilianus, Volaterrano Scaurus dictus non Taurus, vir illustris et Græce doctus, patria ut videtur Romanus, etsi fundorum suorum in Sardinia, in Territorio Neapolitano meminit Lib. IV., scripsit post Apuleium, cujus testimonio semel utitur, non itaque sub Hadriano, ut visum Ludovico Vivès Lib. III. De tradendis Disciplinis.

Extant ejus Libri XIV. De Re Rustica. Liber. I. Præcepta rei rusticæ varia complectitur; Liber. II. usque ad. XIII. singulis Libris singulorum Mensium operas explicat, initium faciens a Januario. Liber. XIV. Pasiphilo inscriptus, quem Virum doctissimum vocat, cui superioris quoque Libros dicaverat, agit de Insitione, versibus Hexametris et Pentametris. Prioris Libri. XIII. ut ipsius Auctoris verbis utar, sunt

Nec stricti numeris, nec Apollinis amne fluentes.

Editio potior una cum Catonis, Varronis et Columellæ Libris. Heidelbergæ. 1591. 8. apud Hieronymum Commelinum.

pag. 42.

Julius Obsequens, de cujus ætate, et patria nihil fere explorati afferre licet, nisi quod castigatus sermo quo utitur, meliori ævo eum floruisse, et Prænomen Julij Romanum gente fuisse indicio sit.

Extant ejus Fragmenta Libri de Prodigijs Romæ, vel in Regionibus ditioni Romanæ subiectis visis, ordine temporum descriptis, a Consulatu L. Scipionis et Caij Lælij, hoc est ab anno U. C. 505. (error est, hoc anno enim Coss. fuere P. Claudius Pulcher, et L. Junius Pullus, ac forte reponendum L. [illegible] et C. Ovilij, qui Coss. fuere anno U. C. 495. vel certe hic annus erit. 564. seu. 563. quo vivebat Coss. fuere L. Cornelius Scipio, et C. Lælius) usque ad P. Fabij et M. Ælij Consulatum, (hoc anno Q. non M. Ælius Cos. fuit) seu ad annum U. C. 743.

Lugdun. Editio. 1553. constat scut. 1½.

Libri hujus partem priorem, quæ temporis injuria interciderat, supplevit Conradus Lycosthenes, ex Livio, Dionys. Halicar. Eutropio, Orosio, alijsque: Capita vero a se addita a verbis Obsequentis asterisco præfixo diligenter distinxit Basileæ. 1552. 8. apud Oporinum, cum Joach. Camerarij Libris. II. de Ostentis, et Polydoro Vergilio de Prodigijs. Servati deinde asterisci in Editione Lugdunensi Tornæsiana. 1553. 12. quam tamen teste Vossio de Hist. Lat. p. 711. recudit sine asteriscis Tornæsius pessimo exemplo, anno forte. 1589. 12. Ab eo tempore Jo: Schefferus hunc Libellum cum Lycosthenis supplementis diverso charactere excusis edidit Amstel. 1679. 8. ac Thomas Hearne Obsequentem a Lycosthenis additamentis liberum una cum alijs quibusdam Opusculis edidit Oxoniæ. 1703. 8. Sed Oudendorpij Editio Lugd. Bat. 1720. 8. cæteras omnes præstat. Livium potissime sequitur Obsequens in hoc Libello.

Censorinus doctissimus artis Grammaticæ, Sæculo. X. ab U. C. anno nempe Urbis 991. scripsisse se innuit, Ulpio et Pontiano Coss. Anno Christi. 238 Clarus (Romæ, ut opinor) temporibus Alexandri Severi, Maximiani, Gordiani.

Extat ejus aureolus Liber De die Natali, sive de humana origine, ad Q. Cerellium Equestris Ordinis virum, varijs doctrinæ et ingenij luminibus illustris. Hunc Cerellium Cap. XV. sanctissimum vocat, et Officijs municipalibus functum, Sacerdotijque honore in principibus Civitatis suæ conspicuum fuisse testatur. Hoc illustre De die Natali Volumen laudatur Sidonio Epist. ad Polemium, quæ Carmini. 24. præmittitur, et Cassiodoro Lib. de Geometria, et Lib. de Musica

Editiones. Venetijs. 1528. 8. apud Aldum. Basileæ eodem anno. 4. apud Jo: Bebellium. Venetijs 1581. 8. cum notis Aldi Manutij nepotis. Deinde Parisijs. 1583. 8 Ludovicus Carrio recensuit, qui Capita postrema, quæ Caput. XXIV. insequuntur, primus ad hunc Librum de die Natali non pertinere observavit, et ut Fragmentum incerti Scriptoris agens de Metris, ut infra in Grammaticis pag. 474 Censorino subjecit, quod tamen forte ejusdem Censorini est, sed ex alio illius Scripto. Recusa est hæc Editio Lugd. 1593. 1603. 8. Dortrechij quoque. 1579. 8. et Lovanij. 1628. 4. Item Hamburgi. 1614. 4 Demum Cantabrigiæ. 1695. 8. cum Notis Lindembrogij. constat Scel. 1½.

pag. 52. Cap. V.

Q. Serenus Sammonicus, seu Serenus Sammonicus, cum Quinti prænomen in Spartiano, Macrobio, alijsque veteribus non reperiatur, pater Sereni Sammonici, qui Gordiano juniori Præceptor fuit, quos sæpe ne cum Riccobono in ejus Vita, ac Gyraldo in Diel. alijsque, invicem confundas, clarus sub Septimio Severo et Antonino Caracalla fuit, a quo postremo in cœna interemptus perijt, ut inquit Spartianus in Caracalla: Occisique nonnulli etiam cœnantes, inter quos etiam Sammonicus Serenus, cujus Libri plurimi ad doctrinam extant. Vir inter sæculi sui doctissimos ingentem reliquit Bibliothecam Voluminum. 62000.

Extat ejus solum Carmen Heroicum, præcepta de Medicina parvo pretio parabili complexum, ex tot varijsque ejus scriptis Physici, Mathematici, et Philologici argumenti. In hoc tamen superstitiosa nonnulla ex more illius ætatis occurrunt. Extrema parte truncum esse videtur, fuerintque forte versus, qui in calce Libri Marcelli Empirici de medicamentis leguntur, hujus Poematis Sereniani Peroratio; ut infra pag. 583. Ejus præterea Fragmenta extant apud Macrobium Saturn. Lib. III. Cap. 9. 16. et 17.

Editiones Amstel. 1662. 8. curante Roberto Keuchenio, recusa ibidem 1706. 8

Vide infra pag. 594. in Henrici Ranzovij Editione Æmilij Macri. Hamburgi. 1596. 8 Sereni Sammonici Carmen de Medicamentis totius Corporis Humani.

M. Aurelius Olympius Nemesianus Carthaginiensis, Poeta, quem Halieutica, seu de Piscibus, Cynegetica, seu de Venatione, et Nautica, seu ut Casaubonus legit, Ixeutica, sive de avibus visco captandis scripsisse, omnibusque emicuisse coronis illustratum narrat Flavius Vopiscus, ubi Numerianum Caesarem cum eo in Poetica contendisse refert.

Extant ejus Cynegetica Carmine Heroico descripta ad Carinum et Numerianum. Extant praeteria ejus Ecloge IV. Quibus Poematibus non elegantiae tantum et ingenij laudem consecutus est, sed et castigata puraque dictione, prae ceteris se Scriptoribus Afris commendat.

Edit. cum Ovidij Halieutico, Gratio, et Calpurnio Venetijs. 1534. apud Paul. Manut. Cum Gratio Londini. 1699. 8. Cum Gratio et Calpurnio. 1527. 8. Lugduni apud Seb. Gryphium.

pag. 55.

474 T. Julius Calpurnius, Siculus, ab inopia vexatus, ad Nemesianum supradictum, suum ut videtur Patronum, misit Bucolica, sive Eclogas. VII. in quibus Gyraldus Dialog. IV. de Poetis ait, facilitatem se et sermonis volubilitatem, sed parum interdum nervi et concinnitatis offendisse. Vossius tamen Lib. III. Institution. Poet. pag. 14. Calpurnium Nemesiano castigatiorem esse notat, ubi paulo post haec habet: Quaedam alter alteri sublegit. Inter alia apud utrumque legas:

» Te sine, vae misero mihi, lilia nigra videntur,
» At tu si venias et candida lilia fient.

Potius autem censeam esse Nemesiani, quia Calpurnio is praestitit, suaque Calpurnio misit. At Fabritius noster Calpurnio sane inopi magis convenire credit, scribenti ad Patronum suum Nemesianum. Et Nemesiano fortassis in ora Libri hos versus e Calpurnio quemdam adnotasse, qui deinde a Librario sint Nemesiani versibus inserti.

An idem cum nostro Calpurnio fuerit Junius, sive ut in Palatino Codice Vopisci legi refert Gruterus, Julius Calpurnius dictator memoriae, cujus extat Epistola de morte Cari Imp. apud Vopiscum in Caro, incertum.

Prodiere Calpurnij Eclogae Parmae. 1478. 4. Florentiae. 1504. 8. et cum Nemesiano et alijs, ut notatum est in Gratio et Nemesiano.

pag. 57. Cap. VI.

Ælius Spartianus, Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, et Flavius Vopiscus, vulgo appellati Sex Scriptores Historiæ Augustæ, idest eorum Imperatorum, quos non attigit Suetonius, ab Hadriano, sive ab anno Christi 137. usque ad Carini Imp. decessum, sive ad annum Christi 285. Vitas posteritati descriptas mandantes.

Mirum est Nervæ et Trajani optimorum Principum, qui Domitiano, in quem desinit Suetonius, successerant, Vitas non addidisse ex Spartiano, vel alio auctore eum qui hanc Vitarum Collectionem primus confecit. Suspicioque subit non improbabilis, Vitas istas ex hac Collectione intercidisse. Ita enim Philipporum etiam Deciorumque, et Galli ac Volusiani Vitæ cum initio Vitæ Valeriani desiderantur; quas tamen Trebellium Pollionem scripsisse diserte testatur Flavius Vopiscus in Aureliani Vita his verbis: Trebellius Pollio a duobus Philippis usque ad D. Claudium et ejus fratrem Quintillum, Imperatores tam claros quam obscuros memoriæ prodidit. Imperitarunt vero Philippi, Deciique, Gallus et Volusianus ab anno Christi 244. usque ad annum 253. integroque hoc decennio temporis injuria manca ad nos pervenit hæc Historiæ Augustæ Collectio.

Sex isti Scriptores imperante Diocletiano aut Constantio Chloro, qui ei successit, vel certe filio ejus Constantino omnes vixerunt.

Ælius Spartianus V. C. Diocletiani familiaris fuit, fortasse etiam Libertus, ut ex ejus Epistola ad Diocletianum in Vita Ælij Veri colligunt Viri docti.

Julius Capitolinus circa annum Christi 333. Vitas Imperatorum scripsit in gratiam Constantini M.

Vulcatius Gallicanus Senator Romanus fuit, et fortasse idem Consul anno Christi 317.

Flavius Vopiscus, patria Syracusanus, Constantio Imperium tenente vixit, ut ipse innuit in Aureliano cap. 44.

Non omnes consentiunt, quibus quæque Imperatorum Vitæ ex his Scriptoribus tribuendæ sint. Vulgo tamen tribuuntur, ut infra.

Ælio Spartiano tribuuntur Vitæ

1. Hadriani — ad Diocletianum Aug.
2. Ælij Veri — ad Diocletianum Aug.
3. Didij Juliani — ad Diocletianum Aug.
4. Septimij Severi — ad Diocletianum Aug. — Hanc Spartiano tribuunt M.S. omnes, ac Editiones, si Codicem Regij Galliæ excipias, qui Julio Capitolino tribuit
5. Pescennij Nigri — ad Diocletianum Aug.
6. Antonini Caracalli
7. Antonini Getæ ad Constantinum Aug.

Julio Capitolino tribuuntur Vitæ

1. Antonini Pij ad Diocletianum Aug. — Spartiano hanc tribuunt Excerpta antiquiss. Biblioth. Palatinæ
2. M. Aurelij — ad — — — — — Spartiano hanc pariter tribuunt eadem Excerpta
3. Veri — — ad Diocletianum Aug. — Spartiano rursus hæc tribuitur ab eisdem Excerptis
4. Helvij Pertinacis ad Diocletianum Aug. — Spartiano hanc quoque tribuunt eadem Excerpta
5. Opilij Macrini ad Diocletianum Aug. — Spartiano deberi hanc rursus probant eadem Excerpta
6. Clodij Albini — ad Constantinum Aug. — Spartiano demum et hanc tribuunt eadem Excerpta
7. Maximini utriusque ad Constantinum Aug.
8. Gordianorum trium ad Constantin. Aug.
9. Maximi et Balbini

Ælio Lampridio tribuuntur Vitæ

1. Commodi — ad Diocletianum Aug. — Spartiano hanc tribuunt eadem Excerpta Palatina
2. Antonini Heliogabali ad Constantin. Aug. — Spartiano hanc quoque vindicant eadem Excerpta
3. Antonini Diadumeni — — — — — Spartiano hanc pariter esse ostendunt ead. Excerpta
4. Alexandri Severi — ad Constantin. Aug. — Spartiano demum hanc vindicant eadem Excerpta Codex Bibliothecæ Palatinæ, aliusque Regis Galliæ

Vulcatio Gallicano tribuitur Vita

1. Avidij Cassij — ad Diocletianum Aug. — Spartiano vindicant eadem Excerpta, tantaque est cum dictione Spartiani similitudo, ut si diversi sint Auctoris, uno veluti ore locuti videantur.

Trebellij Pollionis sunt Vitæ

1. Valeriani utriusque Patris ac Filij
2. Gallieni utriusque Patris ac Filij
3. Tirannorum triginta
4. M. Aurelij Claudij, ejusq. fratris Quintilli.

Flavij Vopisci Vitæ sunt

1. Aureliani
2. Taciti
3. Floriani
4. Probi
5. Firmi
6. Saturnini
7. Proculi
8. Bonosi
9. Cari
10. Numeriani
11. Carini

(5.–8.) Hi quatuor non Cæsares, sed sub Aureliano Rebelles Duces.

Igitur si Excerptis vetustissimis Bibliothecæ Palatinæ standum est, Capitolinus ad Vitas III. tantum reducetur, utriusque nempe Maximini trium Gordianorum, et Maximi ac Balbini. Lampridius, et Vulcatius Gallicanus omnino expungendi erunt, augendusque Spartianus Vitis XI. Tamen Henricus Dodwellus in Prælectionibus Historicis Procemialibus mavult Pertinacis, Didij Juliani, ac Septimij Severi Vitas Lampridio tribuere, reliquas universas usque ad Vitas Gordianorum Julio Capitolino.

In hac opinionum diversitate satius erit vulgatæ acquiescere; Harduinum vero hominem cæteroquin doctissimum, cui Scriptores isti toti suppositi ac commentitij habentur, somnijs suis tetricisque suspicionibus relinquere.

Trebellium Pollionem interim liceat ætate majorem Vopisco suspicari, cujus Vitas Vopiscus memorat loco supra citato, et in Vita Firmi.

Hunc Pollionem Harduinus in Operibus Selectis pag. 866. ut solet, carpit his verbis: Ridicule satis hunc sibi propositum finem in scribendo fuisse Trebellius Pollio profitetur, ut nempe eumdem XXX. Tirannorum in Historia Romana numerum exhiberet, quem olim fuisse Athenis Litteræ prodidissent. Nam ut promissis staret ille scilicet, necesse fuit et Tirannos ab ipso appellari, qui non essent, et fingi Principes, qui ne quidem inter homines forte extiterint. Fecit utrumque. Nam ex illis XXX. non omnino XII. in numis antiquis invenimus, et tantum abest, ut hi quos habemus Tiranni fuerint, ut eorum etiam plerique inter Divos relati fuerint, Provinciæ saltim illius Decreto, cui Præfecti fuerunt.

Vopiscum porro Vitas suas scripsisse post annum Christi 343. sequentia ejus verba ostendunt in Aureliano pag. m. 284. Vidimus proxime Consulatum Furij Placidi tanto ambitu in Circo editum, &c. Alij cum Muratorio legunt Furij Proculi. Sed sive Placidus sive Proculus fuerit, ejus Consulatus cecidit in annum 343. Junius Tiberianus, quo Prætore impellente post Hilaria Festa 25. Martij celebrari solita, Vopiscus testatur se Vitas scribendas suscepisse, Prætor fuit anno 291. ejusdem nominis Prætor occurrit anno 303. in cujus Præfecturam non inciderunt Hilaria. Utut tamen hæc res est, Vopiscus provinciam hanc Vitarum scribendarum diu multumque distulisse profecto dicendus est.

Editiones. Mediolani 1465. Basileæ apud Frobenium 1533. fol. cum Suetonio alijsque, recusa ibidem 1546. fol. addito Vellejo. Paris. 1620. fol. Lugd. Bat. 1670. 8. 2. Vol. atque ibid. 1661. 8. duob. Vol. qui æstimari solent Scel. 4.

pag. 64. Cap. VII.

Chalcidius V. C. et gnarissimus veteris Philosophiæ, dubium reliquit Lectoribus suis utrum Christo nomen dederit, fueritne Hebræus, an Ethnicam probaverit superstitionem. Fabius Planciades Fulgentius Scriptor Christianus Marciano Capella junior, qui circa annum. 457. Imperante Leone Thracio floruit, ut infra dicetur, Allegoriam Librorum Virgilij Chalcidio nostro inscribens, eum non dubitat Levitarum Sanctissimum appellare, atque adeo nonnulli Diaconum, alij Archidiaconum credidere Carthaginiensis Ecclesiæ. Guillelmus Caveus tamen dubitat plurimum de Chalcidij Christianitate. At Fabritius noster, lecto Chalcidij Opere, ijsque, quæ a doctissimo Caveo obijciuntur, diligenter expensis in eam inclinat sententiam, non videri esse dubitandum, quod Chalcidius Scriptor fuerit Christianus. Quod vero Diaconus fuerit non æque audet asserere.

Extat ejus Interpretatio Latina Partis prioris Timæi Platonici, sive Dialogi de statu universæ rei, et in eundem Commentarius prolixus et eruditus Osio inscriptus. In Bibliotheca Bodlejana testatur Nicolaus Cusanus Lib. I. Cap. 17. de docta ignorantia extare Chalcidij M.S. exemplar pervetustum, cui Nota in prima statim pagina adscripta est, Osij Hispani Episcopi Chalcidium fuisse Archidiaconum.

Editiones. Paris. 1520. fol. apud Iac. Badium Ascensium, curante Augustino Iustiniano Episcopo Nebiensi, cum figuris Mathematicis e M.S. Codice depromptis. Paris. 1563. 4. curante Io: Meursio, sine figuris. et Lugd. Bat. 1617. 4. sine figuris; et Hamburgi. 1718. fol. curante Fabritio nostro ad calcem Operum S. Hippolyti.

pag. 70. Cap. VIII.

Iulius Firmicus Maternus V. C. patria Siculus, ætate provectior, Ethnicis tamen superstitionibus, ut verisimile est, adhuc imbutus, relictis patrocinijs forensibus, quæ antea se tractasse testatur in limine Libri. III. et IV. anno Christi. 336. vel proximo. 337. scripsit imperante Constantino Magno, quem in extremo Libri. I. laudat. Permodica fuit tum Græcæ tum Latinæ linguæ cognitionis.

Extant eius Libri VIII. Matheseos, sive de vi ac potestate Stellarum ex Ægyptiorum et Babyloniorum doctrina ad Mavortium Lollianum Asiæ Procos. Quod opus absolvit sub Constantino cœptum, sub Constantio Juniori; Lollianus enim Consul fuit anno. 355.

Firmicum Astrologiæ et Mathematicarum disciplinarum haud peritum fuisse, sed aliorum Scriptorum fidem secutum, atque inde sæpius errasse, Scaligeri et aliorum Eruditorum opinio est. Editiones. Venetijs per Simonem Bevilaquam Papiensem. 1497. fol. deinde ibidem apud Aldum. 1499. fol. una cum Manilio alijsque. et Basileæ. 1533. fol. atque inde sæpius una cum Manilio alijsque.

Probis moribus videtur fuisse Firmicus, quo magis Deus ejus misertus jam serum ex Ethnicismi tenebris ereptum divinae Evangelij luce collustravit, hinc

Extat ejus eruditus, disertus, ac pius Liber de errore Profanarum Religionum ad Constantinum et Constantem Augustos, exaratus post annum Christi. 340. Primus è M.S. Mindensi vulgavit Matthias Flaccus Argentorati. 1562. 8. Sæpius deinde editus est tam seorsim, quam in Patrum Bibliothecis. Seorsim una cum Minucio Felice prodijt ex Bibliopolio Frobeniano curante Jo: Wowerio. 1603. 8. et alibi pluries.

Bonifacius Hist. Lud. XV. 5. et Baronius ad annu 355. Firmico cuidam juniori hoc Opus tribuunt; sed contrarium probari potest idem Opus scriptum fuisse post Libros VIII. Matheseos

pag. 77. Cap. IX.

Sextus Aurelius Victor, Afer vulgo creditur, multus enim est in Africæ laudibus, quam vocat decus terrarum. Sub Constantio floruit, sub quo a Juliano Cæsare anno. 361. Ammiano Marcellino teste Lib. XXI. Cap. XVIII. pag. m. 337. Pannoniæ II. est præfectus, et honoratus Ænea Statua. Is minime Christianus fuit.

Extat, qui ad eum vulgo refertur, Libellus de Origine Gentis Romanæ a Jano et Saturno conditoribus per succedentes sibimet Reges usque ad Consulatum X. Constantij, seu annum Christi. 360. digestus ex auctoribus Verrio Flacco Antiate, ex Annalibus Pontificum, Cneo Egnatio Veratio, Fabio Pictore, Licinio Macro, Varrone, Cæsare Tuberone, &c.

Vossius de Hist. Lat. pag. 169. ex hoc Titulo ab recentiore manu haud dubie, non ab Auctore adiecto, infert Libellum hunc

collectum fuisse ab aliquo, qui fuerit post Aurelium Victorem. Sed, si hoc argumentum valeat, idem dicendum erit, de alijs duobus ejusdem Libellis De Viris Illustribus Urbis Romæ, et De Cæsaribus, de quibus mox; nam Titulus hic tria hæc Opuscula diserte comprehendit; siquidem hic de Origine Gentis Romanæ a Jano et Saturno, in Historia Conditæ Urbis desinit. Alter de Viris Illustribus incipit a Proca Rege Albanorum, desinit in P. Pompejum. Tertius de Cæsaribus incipit ab Augusto, desinit in Constantio Constantini M. filio. Itaque Titulo tantum tribuere nolim, ut propterea Libellum hunc scriptum negandum putem ab Aurelio Victore.

Extat ejusdem Liber de Viris Illustribus Urbis Romæ; ut ante dixi.

Extat itidem ejus Liber de Cæsaribus.

Liber de Origine Gentis Romanæ prodijt primum separatim curante Andrea Schotto Antuerpiæ ex Offic. Plantin. 1579. 8. una cum Libro de Cæsaribus. Quem Librum mitti sibi petit Hieronymus Epist. 21. ad Paulinum Concordiensem propter notitiam Persecutorum.

Extat præterea alius Liber, qui inscribitur: De Vita et moribus Imperatorum Romanorum Epitome ex Libris Sexti Aurelij Victoris a Cæsare Augusto usque ad excessum Theodosij Imp. Sed hic juniorem auctorem habet et diversum a superiore Libro de Cæsaribus, atque ab eo interdum dissentit. Memoratur sub Victoris nomine, et in quibusdam Editionibus sub Victorini a Paulo Diacono de Gest. Langob. Lib. II. Cap. 18. Vossius pag. 171. de Hist. Lat. cum illo suspicatur, qui in Vet. Inscript. apud Gruterum, Theodosij temporibus Præfectus Urbi, et Judex Sacrarum Cognitionum fuit.

Editiones universorum istiusmodi Opusculorum Victoris. Antuerpiæ. 1579. 8. Lugd. Bat. 1671. 8. Parisijs ad usum Delphini. 1681. 4. Trajecti ad Rhenum 1696. 8. curante Samuele Pitisco. et Coburg. 1703. 8. curante Christiano Junchero. Demum Amstel. 1733. 4. pag. 81.

Editio Traject. ad Rh. Aurelij Victoris estimari solet Scel. 7. Amstel. 1733. Scel. 12.

Flavius Eutropius, Italus, Sophista Constantini M. primum ab Epistolis, deinde Juliani Apostatæ expeditioni in Parthos sive Persas interfuit anno 363. ejus ἡλικιώτης ὁμοῦ καὶ αἱρεσιώτης dictus a Nicephoro Gregora, unde non Christianum, sed Ethnicum fuisse colligit Lambecius Lib. IV. de Biblioth. Vindob. pag. 36. Anno. 371. Asiam Proconsulari potestate obtinebat teste Ammiano Lib. XIX. pag. 645. Eundem

in M.S. Orat. de Constant. M. laudibus apud Lambecium Tom. VIII. pag. 65.

memorat Gregorius Nazianzenus Epist. 137. et magnum Eutropium appellat. In Epist. autem. 138. non obscure significat fuisse Asiæ Proconsulem. Item postea Præfectus Prætorio fuit anno Dom. 1380. et 1381. Tamen, ut supra dixi, Christianum fuisse negant viri docti, atque ubi in quibusdam excusis Eutropij Codicibus, Iesum Christum Deum et Dominum nostrum vocat, ea in alijs Codicibus desiderari observant, censentque Pauli Diaconi opera et industria, illa addita fuisse. Vide hac de re Eutropium ipsum Lib. X. pag. m. 431. Cap. VIII

Extat eius Breviarium Romanæ Historiæ in Libros X. distinctum, ab U. C. usque ad obitum Ioviniani, seu Ioviani, sive ad annum Christi. 1364. res Romanas iussu Valentis brevi narratione, et sermone satis eleganti strictim complexum. Cui etiam Valenti dicatum est; qui rerum potitus est ab anno. 1364. usque ad. 1378. Sed in antiquioribus Editionibus Rom. 1471. Venet. 1480. fol. Cracoviæ. 1510. 4. Parisijs. 1513. additamentis Pauli Diaconi mixtus interpolatum legitur. Etiam in Historia Miscella Libri XI. priores, hos ipsos Eutropij Libros a Paulo interpolatos exhibent, proximi Libri IV. auctorem agnoscunt eundem Paulum Diaconum. Liber XVI. usque ad Librum XXIV. additi sunt a Landulpho Sagace, Historiamque perducunt ad annum usque Christi. 806. in quibus tota fere Anastasij Bibliothecarij Rom. Historia Ecclesiastica ex Georgio, Theophane, alijsque Græcis Scriptoribus collecta continetur. neque in Landulpho tantum, sed et in ijs quæ Paulo tribuuntur, Anastasij verba observare licet. Prodijt hæc Historia Miscella, ex recensione Petri Pithoei Basil. 1569. 8. Ingolstad. 1603. 8. cura Henrici Canisij et Hanov. 1611. fol. inter Latinos Hist. August. Script. minores opera Iani Gruteri.

Eutropium sincerum dare, et a Pauli interpolationibus separare primus conatus est Io: Baptista Egnatius Venet. apud Aldum. 1524. 8. Post hunc Antonius Schonhovius, deinde Elias Vinetus, ac Fridericus Sylburgius; ex M. SS. Codd.

Editiones recentiores. Cizæ. 1678. 8. et Ienæ. 1697. 8. curante Christophoro Cellario. Oxon. 1703. 8. curante Thoma Hearne, cum alijs Scriptoribus et Londini. 1705. forma minore

Decimus Magnus Ausonius Burdegalensis, Grammaticus et Rhetor doctissimus, Poeta vero suavis atque ingeniosus, Christi etiam sacris addictus, quamvis Muratorio, Borrichio, alijsque viris doctissimis aliter visum sit; hoc enim vel ex sequentibus Pontij Paulini ejus Discipuli versibus ad eum scriptis colligitur:

"Inque tuo tantus nobis consensus amore est,
"Quantus et in Christo connexa mente colendo.

Rectius itaque Gyraldus Dialogo X. de Poëtis: Christianus quidem Ausonius fuit, ut ex ejus versibus, et item Paulini ejus discipuli facile colligimus, sed petulantior tamen et lascivior. Ab Imp. Gratiano, quem non minus ac Valentinianum fratrem in Litteris instituerat, promotus ad Quæsturam anno. 376. ad Præfecturam Prætorij Italiæ, anno. 387. ad Præfecturam Prætorij Galliarum, et anno. 379. ad Consulatum, obijt imperante Honorio post annum. 392. major octuagenario.

Extat ejus Liber Epigrammatum, quibus. I. præmittitur Theodosij Epistola, qua Ausonium parentem suum vocat, eumque rogat, ut scripta sua audacter ad se perferat, non minus patrocinij ac amoris reperturus, quam docti Poetæ et Scriptores olim apud Augustum. Hanc Epistolam sequitur triplex Præfatio versu scripta, una ad Theodosium Imp. altera ad Syagrium, tertia ad Latinum Pacatum Drepanium filium, idest discipulum. II. Ephemeris, sive totius diei negotium vario carminis genere, quam qui legerit, Christianum fuisse Auctorem minime dubitabit. III. Parentalia, quibus carorum suorum obitus commemorat. IV. Commemoratio Professorum Burdigalensium. V. Epitaphia Heroum qui bello Trojano interfuerunt, additis alijs quibusdam. VI. De XII. Cæsaribus per Suetonium Tranquillum scriptis Monosticha, dicata Hesperio filio, et De ijsdem Cæsaribus a Julio Cæsare usque ad Heliogabalum Tetrasticha. Scripserat in cæteros quoque Imperatores usque ad Theodosium, sed reliqua Tetrasticha perierunt. VII. Claræ Urbes, sive Ordo nobilium Urbium. VIII. Ludus, sive sententiæ septem Sapientum ad Lat. Pacatum Procos. IX. Idyllia. XX. ~~Liber Epistolarum XXV.~~ X. Eclogarium variorum Poematiorum et Epigrammatum. XI. Liber Epistolarum. XXV. XII. Oratio Panegyrica ad Gratianum Imp.

XIII. Periocha in Homeri Iliadem et Odysseam.
XIV. Tetrasticha in singulos Menses.

Editiones praecipuae Burdegalae. 1575. 4. curante Elia Vineto, et. 1590. 4. Lugd. Batav. 1671. 8. curante Iacobo Tollio. et Parisijs. 1730. 4. ad usum Delphini
Editio Tollij. 1671. constat Scel. 7½.

pag. 93. Cap. XI.

Rufus Festus Avienus, alijs Hispanus fuisse ac Christianus creditus, Fabritij judicio Italus, et a Christiana religione alienus fuit. Floruit sub Theodosio Juniore, Marciano, et Leone Thrace, qui ab anno Christi. 402. usque ad annum 474. rerum potiti sunt.

Extat ejus Metaphrasis Arati, versibus Hexametris exarata.

Extat ejus Metaphrasis Periegeseos Dionysij Characeni, eodem Hexametri carminis genere concinnata. Hac in Metaphrasi Avienus altius surgit Prisciano, qui eamdem itidem interpretatus est, et minus in Prisciano quam in Avieno genij Poetici subest. Avienus saepius seipsum, quam Auctorem suum sequitur. Sunt qui credant eum interdum Codice Dionysij magis integro quam nos usum fuisse. At non alienum a verisimilitudine est Avienum multa de suo addidisse, neutiquam ex integriore Dionysij Codice accepisse. Priscianus tantum sibi indulget, ac simplici Metaphrasi adstrictius inhaeret Dionysij verbis, etsi ipse quoque interdum quaedam interpolat, nec semel e Solino quaedam inseruisse existimatur. Vide Bibl. Lat. hoc Tom. II. pag. 625. et. 626. ac Supplemento Ioannis Eustathij

Extat ejus Fragmentum Descriptionis orae maritimae a Gadibus Massiliam usque, Iambis elegantibus ab eodem post Periegesim compositae, et Probo cuidam cognato suo inscriptae.

Extant ejus Fabulae Aesopi. XLII. Latinis Elegis conscriptae, et Theodosio, hoc est Macrobio Ambrosio Aurelio Theodosio dicatae.

Extat quoque sub ejus nomine Breve Carmen ad Flavium Myrmeicum, V.C., quo Malogranata sibi mitti rogat.

Extat et Sirenum Allegoria Avieno haud indignum Poemation, Juliano cuidam ab alijs adscriptum.

Extat ejus Ad Amicos de agro suo, inter Martialis Epigrammata Lib. IV. olim perperam insertum.

Editiones horum Opusculorum omnium Venetijs 1488. 4. per Victorem Pisanum. Parisijs. 1590. 8 et. 1599. 12. longe emendatius inter Vetera Poemata curante Petro Pithoeo, et Madriti. 1634. 4. separatim typis luculentis, edente ex Ramiresij Biblioth. Petro Meliano.

pag. 97.

Sextus Rufus, seu Rufus Festus sub Valentiniano. II. florebat, qui ab anno. 375. ad annum usque 392. imperitavit.

Extat ejus Breviarium de Victorijs ac Provincijs Populi Romani, quod Valentiniano. II. extremis temporibus ejus Imperij dicavit. Se sub Valentiniani. I. Imperio, qui obijt anno. 375. etiam senem, eoque graviorem esse profitetur. Diversus igitur a Rufo Festo Avieno, qui cum Macrobius scriberet Saturnalia sua, juvenis erat, ubi ab eodem loquens inducitur. Ex hoc Rufi

Foroliviensem fuisse Sextum Rufum, vestigia vetustatis, quae ibidem adsunt, non temere testari affirmat Petr. Vivianus Marchesius de Illustribus Foroliviensibus pag. 215. Sed nulla addit. Biblioth. Med. et infim. Aetatis Tom. VI. pag. 167

Festi Breviario ad verbum quædam mutuatus est Ammianus Marcellinus, ut in extremo Libri XXII. observavit vir summus Henricus Valesius. Jornandes quoque Rufo est usus. Rufus vero Eutropio et Floro. Hoc Breviarium non Valentiniano II. sed Valenti dicatum anno 370. existimat Jac. Gothofredus ad Legem quisquis pag. 16.

Editiones potioris Cizæ 1679. 8. curante Christophoro Cellario, ejusdemque cura Halæ 1698. 8. cui Editioni accessit Libellus Veterum Locorum Urbis et Provinciarum, quem Antonius Schonovius edidit scriptum circa A.C. 390. et Helmst. 1588. 8. curante Henrico Meibomio. #

Extat etiam sub Sexti Rufi nomine opusculum De Regionibus Urbis Romæ, cum Publij Victoris Libello ejusdem argumenti editum ab Onufrio Panvinio Venetijs 1558. ut infra pag. 378. Novissime vero Tom. III. Thesauri Antiquit. Rom. Cl. Grævij; ubi Tom. IV. habetur etiam Famiani Nardini Roma antiqua, quæ Liber Commentariorum instar est in hæc P. Victoris et Sexti Rufi Opuscula.

\# Prodijt etiam initio Tomi III. Thesauri Antiquit. Rom. Grævij opusculum de Regionibus Urbis Romæ.

pag. 98. Cap. XII.

Ammianus Marcellinus homo græcus, patria Antiochenus, ut observat H. Valesius e Libanij ad Marcellinum Epistola, militaris, sed doctus, sub Constantio, sub quo militavit ut ipse testatur Lib. XVIII anno 359. quique imperare cœpit anno 337. et sub proximis Imperatoribus usque ad Theodosium, qui rerum potitus est anno 379. vixit. Scriptor curiosus, nec absurdo judicio, veritatis autem studiosissimus, etsi Gabrieli Naudæo viro doctissimo, et ante eum Ludovico Vivesi visus est interdum quædam nimis exaggerare, et addere veritati quamplura, fidemque habere narrationibus parum verisimilibus, composuit Romæ inconcinna licet dictione, et, ut ait Salmasius, incondita et lutulenta, durioribusque phrasibus ac rusticioribus, homo græcus et militaris, voces tantum latinas sciens, quomodo collocandæ essent nesciens, Historiarum, sive Rerum gestarum a Nervæ Principatu, seu ab anno Christi 96. usque ad Valentis Imp. excessum, sive ad annum 378. Libros XXXI. quorum priores Libri XIII. deperditi sunt. Postremi Libri XVIII. qui incipiunt a facinoribus

Cæsaris Galli, Constantij patrueli, ac Regiæ stirpis propinquitate elati et aspirantis ad Imperium ætatem tulere. Sunt qui Marcellinum Christianum putent, ut Petrus Pithoeus, et Claudius Chiffletius. At si Christianus fuisset, Eth=nicismo in Historia haudquaquam favisset. Sub Christianis vero Principibus militans, si pauca demas Iuliani momenta, quem et impensius laudat, ab iniquiori de Christianis judicio abstinuit.

Editiones præcipuæ Hamburgi. 1611. fol. Tom. II. Hist. Augustæ Scriptorum, curante Iano Grutero, qui primus in capita Ammianum distinxit. Lugd. Bat. 1632. 12. curante Boxhornio. Parisijs. 1636. 4. curante Henr. Valesio. Ibidem. 1681. folio, curante Hadriano Valesio, ex M.S. Codd. Biblioth. Colbertinæ. Denique Lugd. Bat. 1693. fol. et minori typorum Charactere ibid. vulgata in. 4. curante Iac. Gronovio, cum figuris, Sterl. 1. Scel. 1. alias etiam Edit. Lugd. in. 4. 1693. Scel. 15.

Edit. Paris. 16[illegible] Hadr. Vales. æstimari solet Scel. 14.

In Valesij et Gronovij editionibus subjiciuntur Excerpta Auctoris ignoti de Constantino Chloro et alijs quibusdam Imperatoribus, tum Excerpta de Odo=acre, et Theodorico Rege Italiæ ex Chronicis antiquis deprompta.

pag. 109.

Flavius Vegetius Renatus, Vir illustris, Comes, ut contra Scriverium ex Codd. M.S. Peiresc=cianis videtur Haudæo, Valentiniani. II. qui ab anno. 375. ad annum usque 392. rerum potitus est, floruit. Patria Romanum fuisse affirmat Petrus Andloy Lib. II. Cap. XIII. de Imperio Rom.

Extant ejus De Re Militari, sive Institu=torum Rei Militaris Libri. V. sive Epitome, ut ipse testatur pluries, præsertim Lib. I Cap. 8., ex M. Porcio Catone, Cornelio Celso, Frontino, Paterno, Varronis Navalibus, et Constitutionibus Augusti, Trajani, et Hadriani collecta. Quam Valentiniano. II. Imp. dedicavit. Sui ac superioris ævi Instituta Militaria non raro confundit ac miscuit, teste Lipsio Lib. I. Dial. II. de Militia Rom. ac Salmasio de Re Milit. Rom. Tom. X. Thes. Antiq. Rom. Græv. pag. 1294. seq. Christianus fuit, ut ex Lib. II. Cap. V. colligere est.

Editiones Vegetij cum alijs rei militaris Scriptor. Lugd. Bat. 1644. 4. Vesaliæ Clivorum. 1670. 8. quam Editionem non satis emendatam esse ob=servant viri docti

Extant itidem Vegetij nomine, sed alterius utique, nimirum Publij Vegetij Digestorum

Artis Mulomedicinæ Libri IV. sive de Re Veterinaria, vel Artis Veterinariæ. Veterina enim animalia dicuntur ad vecturam idonea, quasi vecterina vel vehetrina, ut sunt Equi, Asini, Muli, quos generis veterini nomine complectitur Plinius Lib. VIII. Cap. 42. seq.

Editiones. Basileæ. 1528. 4. atque ibidem 1574. 4.

pag. 110.

Modestus quis fuerit, suspicari facilius erit, quam pro certo affirmare, inquit Stewechius: sub M. Claudio Tacito certe floruit, qui anno. 275 25 Sept. rerum potitus, anno. 276. Aprili mense, diem obijt extremum.

Extat ejusdem Modesti Libellus de Vocabulis Rei Militaris ad Tacitum Augustum; quo nihil putidius se unquam vidisse Modius affirmat, atque in Bibliotheca Militari Naudæus eundem vocat infelicem Vegetij Epitomatorem. Verum Regi cum grate Modesti minime conveniunt, ut notat Stewechius, cum seculo circiter Vegetium Modestus præcesserit.

Editio Modesti separatim prodijt Francofurti 1602. 12. conjunctim vero cum supradictis Vegetij Editionibus.

ibidem.

Anonymi Libellus De rebus bellicis, scriptus, ut videtur, ad Theodosium Augustum, ejusque filios Honorium et Arcadium Cæsares. Prodijt cum Scriptoribus de re militari. Lugd. Bat. 1607. 4.

Rufus, cujus extant Leges Militares typis editæ in dicta Editione Scriptorum rei Militaris.

pag. 113.

Macrobius Ambrosius Aurelius Theodosius, Vir Consularis et illustris, sacrique cubiculi Præfectus, Honorij et Theodosij iunioris temporibus floruit, quorum primus imperare cœpit anno. 393. ~~[illegible]~~. Resijt anno. 423. alter anno. 402. usque ad annum. 450. De patria ejus quæ fuerit non certo constat. Pro Græco habere videtur Erasmus in Ciceroniano. Romanum se ipse diserte negat Præfat. in Saturnal. quem sub alio ortum Cœlo latinæ linguæ vena non adiuvat, atque in suo sermone Romani oris elegantia desideratur. Riccioluus in Almagesto Parmensem scribit. Non

minus incerta res de Religione Macrobij. Chri=
stianis annumerat Barthius Adversar. pag. 2258.
contra homo Ethnicus dicitur Spanhemio Dub.
Evangel. Tom. I. pag. 533. cui Fabritius noster as=
sentiri malit. Ambigui hærent Grotius et Huetius.

Extant ejus Commentariorum in Somnium Scipionis a Cicerone descriptum Libri. II. magnae eruditione referti, ad Eustathium filium, quos partem esse Saturnalium ab illis perperam divulsam, notat Barthius ad Claudianum pag. 791. et 918. Ex Seneca, Gellio præcipue, Valerio Maximo, et alijs Scriptoribus, etiam quando non nominat, multa mutuatus est Macrobius.

Extant ejus Saturnalium Conviviorum Libri VII. veluti totidem dies, ad eundem Eustathium, super varijs iucundæ et reconditæ doctrinæ argumentis. Inducuntur colloquentes, narrante ad Decium Posthumiano, Vectius Prætextatus rex mensæ, Flavianus Q. Aurelij Symmachi frater, Symmachus ipse, Cæcinna Decius Albinus, Furius Albinus, Eustathius, Nicomachus Avienus admodum adhuc adolescens, Evangelus, Eusebius Rhetor, Disarius Medicus, Horus et Servius Grammatici. Multa in his Libris a Gellio mutuatum Macrobium, et Librum. VII. fere integrum ex Plutarcho repetijsse observatum est; sed propterea plagiarijs merito annumerandum esse non facile dixeris, qui, iudice Joanne Sarisberiensi Lib. VIII. Policrat. Cap. X. conspicuus in sententijs, in verbis floridus, et tanta rerum venustate redundans, ut in institutione Convivij et dispensatione Socraticam videatur dulcedinem propinare. Sub extremum Libri. VII. videntur quædam ad Operis absolutionem deesse.

Extant Excerpta De differentijs et societatibus Græci et Latini verbi, e Macrobij Libro hujus argumenti, a Joanne quodam collecta, forte, ut Pithoeus et Usserius suspicabantur, Erigena Scotto, qui temporibus Caroli Calvi vixit. Prodijt seorsim Parisijs. 1588. 8. cum notis Jo: Obsopæi, et alibi.

Editiones præcipuæ dictorum omnium Operum Macrobij. Lugd. Bat. 1595. et. 1628. 8. ~~Gronii~~ Lugd. Bat. 1670. 8. curante Jac. Gronovio, recusa Londini 1694. 8. quæ Lond. editio constat Scel. 1½.

Claudius Claudianus Alexandrinus, quem Blondus ridicule pro Hispano, Lud. Morerius in Lexico, et Nic. Chorerius pro Gallo, Landinus, Petrarcha, Politianus, et L. Colutius pro Florentino perperam vendidarunt, sub Theodosio Magno, sed maxime sub ejus filijs Honorio et Arcadio floruit, quorum erat equalis. Arcadius vero obijt anno. 408. annos natus. 31. et Onorius anno. 423. annos natus. 40. Ab his Claudianus statua est honoratus, Poeta floridus et amenissimi ingenij, sed Augustino ~~teste~~ Lib. V. Cap. XXVI. de Civ. Dei, a Christi nomine alienus, et Orosio Lib. VII. Cap. 35. Paganus pervicacissimus, Paulo Diacono Lib XII. Poeta eximius sed infidelis. Unde Barthio, qui Lib. I. Adversar. Cap. VII. et alibi cum Christophoro Landino Christianum facere non dubitat, adsentiri minime queo.

Statij infinitis locis emulator Claudianus dicitur a Barthio Tom. I. ad Statium pag. 352.

Extant ejus De Olybrij et Probini fratrum Consulatu Panegyricum scriptum anno Chr. 395.

In Consulatum Mallij Theodori scriptum anno. 399.

In Consulatum duplicem Flavij Stiliconis Libri. III. et Liber de Bello Getico sive Pollentino, quo nempe ad Pollentiam Alaricum Stilico profligavit: adulatorij dedecoris exemplar.

Panegyris Serene Regine, Conjugi Stiliconis dicta.

Palladij et Celerine Epithalamium a milite Claudiano dictum.

In Consulatum. III. IV. et. VI. Honorij Augusti tria Panegyrica anno Chri. 395. 398. 404

In nuptias Honorij Augusti et Marie Carmen Heroicum, cum quibusdam Fescenninis, Alcaico et Anacreontico versuum genere

Raptus Proserpine Libri. III. ad Florentinum. Quod Opus eximium, fatis prohibitus Poeta ad umbilicum non videtur perduxisse.

Gigantomachia; quam Greco etiam carmine descripsit Claudianus. Demptis quibusdam versibus, qui a Scriptoribus proferuntur, Greca non extat. Latine quoque pars extrima desideratur; nam ea que extat, e greco translata vel a Claudiano ipso, vel ab alio quopiam

istorum temporum Scriptori videtur Nicolao Heinsio. Qui sibi persuadet idem contigisse de Epistola ad Hadrianum, et Idyllijs nonnullis, qualia Phoenix, Histrix, Torpedo, Nilus, et Magnes. Ut enim, inquit, aliquid Claudianeum in illis facile agnoscas, ita languent numeri plerumque, &c. Nec accesserim ijs, qui seni et effoeto ista excidisse opinantur.

Extant prȩterea ejus Epistolȩ IV. ad Hadrianum, Serenam, Olybrium et Probinum.

Extant item Epistolia, sive Epigrammata Tria ad Gennadium Procos. Æternalem, et Maximum, quorum duo postrema N. Heinsius inter ea quȩ Claudiani haud videntur rejecit.

Extant demum Epigrammata et Poematia XLVII. hoc est Idyllia VII. Phoenix, Histrix, Torpedo, Nilus, Magnes, Aponus, et Pij Fratres. Inter Epigrammata Heinsius Claudiano minime tribuenda putat quamplura incipiens ab eo quod est In Podagrum. Ad Æternalem. Ad Maximum. Rimanti telum ira facit. De Locusta. De Balneis Quintianis. In Theodorum Mallium et Hadrianum. Descriptio Portus Smyrnensis. Descriptio Insulȩ, sive, Est in conspectu longe locus. De quadrigis marmoreis. Fragmentum duorum versuum: Sordidus ex humeris, &c. De paupere amante Bina Epigrammata. In Sepulcrum speciosȩ. De birro Castoreo. Carmen Paschale: Εἰς τὸν Σωτῆρα. Εἰς τὸν δεσπότην Χριστόν. Laus Christi. Miracula Christi. In Sirenas. Ex his, Carmen Paschale, Laus Christi, et Miracula Christi, alterius Claudiani Mamerti, vel S. Damasi Papȩ sunt, etsi Barthio aliter visum, qui Poetam nostrum, ut diximus, accenset Christianis.

Extant postremo Libri II. in Rufinum, et Libri II. in Eutropium Eunuchum. Quibus Claudiani scriptis subjici solent Laudes Herculis ab Anonymo Poeta Heroico carmine decantatȩ.

Editiones prȩstantissimȩ Claudiani. Lugd. Batav. 1641. 12. curante Nicolao Heinsio. Francofurti. 1650. 4. cum Commentario, sive secundis curis Caspari Barthij. Amstelodami 1659. 1665. 8. curante Schrevelio. et Parisijs 1677. 4. in usum Delphini.

pag. 127.

Claudius Rutilius Numatianus Gallus, Vir Consularis, Urbique Præfectus, et Magister officiorum, sive Magister Palatij, Honorij et Theodosij Junioris temporibus floruit. A Christiana religione alienum fuisse colligunt viri docti, ex his ejusdem versibus pag. 310. seq. Edit. Simleri. Basil. 1575. ex Lib. I. Itinerarij.

Namque loci querulus curam Judæus agebat,
  Humanis animal dissociale cibis.
Vexatos frutices, pulsatas imputat algas,
  Damnaque libatæ grandia clamat aquæ.
Reddimus obscenæ convicia debita genti,
  Quæ genitale caput propudiosa metit.
Radix stultitiæ, cui frigida Sabbata cordi:
  Sed cor frigidius religione sua est.
Septima quæque dies turpi damnata veterno,
  Tamquam lassati mollis imago Dei.
Cetera mendacis deliramenta catastæ
  Nec pueros omnes credere posse reor.
Atque utinam nunquam Judæa subacta fuisset
  Pompeij bellis, imperioque Titi.
Latius excisæ pestis contagia serpunt,
  Victoresque suos Natio victa premit.

Extant ejus Itinerarij, sive de Reditu suo Libri II. ad Rufium Venerium Volusianum, in Præfectura Urbana successorem, versibus Elegis scripti Anno Urbis, ut ipse innuit, MCLXIX. hoc est Christi. 416. ut ex his versibus Lib. I. pag. 302. quibus Romam alloquitur, liquet.

Quamvis sedecies denis et mille peractis
  Annus præterea jam tibi nonus eat.

Hujus insignis Poematis Libri II. pars maxima amissa est. Huic Rutilio, ut videtur, inscripta est Comœdia Querolus ad Plautinæ Aululariæ exemplum composita, incerto auctore, ut Tom. I. Cap. I. in Plauto notatum est. Pro Numatiano alij malunt Munatianum fuisse appellatum Rutilium. In celebranda Lib. I. vers. 47. seq. Roma, Claudiani vestigijs insistere notatur a Barthio.

Editiones. Bononiæ. 1520. 4. curante Jo: Baptista Pio, ad Leonem X. Pontificem. Venet. 1558. et Paris. 1588. 8. curante Onufrio Panvinio. Basileæ. 1575. 12. una cum Æthici Cosmographia alijsque, curante Josia Simlero. Denique Amstel. 1687. 12 elegantissime, cum Grævij aliorumque animadversionibus, curante Theodoro Jansonio ab Almeloveen; et æstimari solet Scud. 1½.

Schoetgenius in Continuat. ~~hujus~~ Biblioth. mediæ et infimæ ætatis Tom. VI. pag. 140.

Tolosanus, aut quod magis probabile est, Pictaviensis id quod probatur ex Libro I. vers. 208. pag. 304. ubi Palladium, qui Pictaviensis fuit, spem et decus generis sui vocat his verbis:

Tum discessurus, studijs Urbique remitto
  Palladium generis spemque decusque mei.
Facundus juvenis Gallorum nuper ab arvis
  Missus Romani discere jura fori.
Ille meæ secum dulcissima vincula curæ
  Filius affectu, stirpe propinquus habet.
Cujus Aremoricas pater Exuperantius oras
  Nunc postliminium pacis amore docet:
Leges restituit, libertatemque reducit,
  Et servos famulis non sinit esse suis.

Vide tamen Cellarium Orbis Antiq. Tom. I. pag. 157. ubi contra hanc Schoettgenij opinionem, Pictones ab Armoricis diserte distinguit.

pag. 129. Cap. XIV.

Q. Aurelius Symmachus, Vir Consularis et Præfectus Urbis, causæ Gentium adversus Christianos pertinax et ingeniosus assertor, Valentiniani. II. Theodosij, et filiorum ejus Arcadij et Honorij tempora ingenio suo illustravit. Quorum primus rerum potitus est anno Christi. 375. reliqui imperitarunt usque ad annum. 423. Inter præcipua, Ammiano judice, exempla doctrinarum et modestiæ numerandus fuit. Cum laudat Prudentius Lib. I. vers. 633. in Symmachum, his verbis:

O Linguam miro verborum fonte fluentem
Romani decus eloquij, cui cedat et ipse
Tullius, has fundit dives facundia gemmas.
Os dignum æterno tinctum quod fulgeat auro,
Si mallet laudare Deum.

Sed Erasmus in Ciceroniano ita de eodem: Symmachum admirentur quibus studio est moleste potius quam bene dicere. Et Olaus Borrichius in Conspectu præstantiorum auctorum Latinæ Linguæ pag. 22. itidem de Symmachi stylo: Stylus non raro offendit aures melioribus seculis adsuetas.

Extant ejus Libri. X. Epistolarum ad diversos post ejus obitum editi ab ejus filio Q. Flavio Memmio Symmacho V. C. quorum Liber. X. Plinij junioris imitatione exhibet Epistolas scriptas ad Imperatores. Cujus Libri Epistola. 61. continetur celebris illa Relatio pro Ara Victoriæ Valentiniano oblata, sed fructus expers, et ab Ambrosio Prudentioque valide confutata. — Symmachus quidam Historiarum Libros edidit, ex quorum Libro V. Jornandes in Geticis Luculentum adfert Fragmentum de Maximino Imperatore. Dubium vero an sit hujus Symmachi, an Symmachi ejus patris, qui Epigrammata in præstantes sui Seculi Viros condidit, ut ex ejus ad Symmachum nostrum ejus filium Epistola et filij Responso cognoscitur, Libro. I. Epistola. II. et III.

Editiones. Parisijs. 1580. curante Francisco Jureto. Genevæ. 1587. 1599. 8. cum Jureti et Jacobi Lectij Notis. Parisijs. 1604. 4. Moguntiæ. 1608. 4. cum Casparis Scioppij Notis. Neapoli Nemetum, sive Spiræ. 1617. scil. 1½ 1628. et Francofurti. 1642. 8. curante Philippo Pareo, qui, Daumio judice, multis in locis Symmachum corrupit potius quam correxit. Non contemnendam tamen operam posuit in Lexico electis, et Calligraphia Symmachiana. Prodijt Symmachus Lugduni Bat. 1653. 12.

pag. 131.

C. Sollius Apollinaris Sidonius, Lugdunensis Gallus, Christianus, inter doctissimos suæ ætatis, Græce non minus, ut Jo: Savaronus contra Hermolaum Barbarum notavit, quam Latine peritus, et Poeta non absurdus, post varios honores seculares, quibus Imperator Anthemius eum ornaverat, quo Romæ trucidato a Ricimere anno. 472. hoc eodem anno

electus Claromontanus Arvernorum Episcopus, diem obijt septimum anno Chr. 482. — Habus anno circiter. 430. e vivis decessisse dicitur anno. 488. vel. 489. in Biblioth. Mediæ et infimæ ætatis Tom. VI. pag. 168.

Extant ejus Carmina. XXIV. quorum Carmini II. V. et VII. Locum occupant Panegyrici Romæ dicti Anthemio Augusto. II. Cons. anno Chr. 468. Majoriano Augusto sub extremum anni. 458. et Avito Augusto Socero anno. 456. Carmini XIV. Epistola ad Polemium, et Carmini. XXII. Epistola ad Pontium Leontium prosa scripta præmittitur. Claudiani non raro insistere vestigijs lapsusque nonnullos in Prosodia admisisse notarunt viri docti. Affectatum scribendi genus reprehendit Barthius ad Claudianum. Carmina ante annum Chri. 472. a Sidonio scripta notat Tillimontius Tom. XVI. pag. 216.

Extant ejus Epistolarum Libri. IX. post carmina editi, et suadente Constantio Lugdunensi Presbytero, secunda editione circa annum Chr. 478. collecti, quibus etiam passim versus intermixtos videre est. Libri. VII. Epistolæ. IX. annectitur Sermo, quem Sidonius Biturigis habuit in electione Benedicti Simplicij Episcopi. Descriptio Curiæ Romanæ, quæ in MSS. rectius, ut opinor, tribuitur Hildeberto Cenomanensi, ab alijs refertur ad Sidonium Apollinarem.

Editiones apud Henric. Petri. Basil. 1542. 4. et. 1597. 8. Lugduni. 1552. 8. ex Eliæ Vineti recensione Parisijs. 1598. 8. cum Notis Petri Colvij, et ibidem 1599. 4. cum præstantissimis Jo: Savaronis Commentarijs, qui tamen falso Arvernum patria Sidonium credidit. Hanov. 1617. 8. et Paris. 1652. 4. cum Notis Jac. Sirmondi. Omnes fere editiones æstimari solent Sect. 2 pag. 178. Cap. XV.

Martianus Mineus Felix Capella, patria Madaurensis, ex Madaura Numidiæ Oppido, quæ fuit L. quoque Apulej patria, Carthagine educatus, Vir Proconsularis. Scripsit Romæ, ut par est credere temporibus Leonis Thracis, qui anno. 457. rerum potitus decessit anno. 474. Sed scripsit, ut est mos Afrorum, dictione aspera, semibarbara, quandoque et difficili; cum iam ætate provectus esset. Vossius tamen Lib. I. Cap. VII. de Analogia, Martianum appellat bonum Latinitatis auctorem. Contra Ludovicus Vives Lib. III. de ratione dicendi, de Sidonio et Capella, eorum prosam absurdissimam, versum non penitus reijciendum affirmat.

Extant Libri IX. Satyrę ab eo prosa oratione, interiectis passim varij metri carminibus, conscriptę, quod scribendi genus longe felicius postea imitatus Boethius est, etsi in Marciano quoque doctrinę et ingenij vestigia non proletaria offendantur. Libri duo priores continent Philosophię ἀποθέωσιν, sive delectabilem Fabulam de Nuptijs Philologię et Mercurij, a quibus merito excludit Discordiam et Seditionem, quas Philologię semper inimicas fuisse vere affirmat. Reliqui Libri VII. singuli singularum Artium Liberalium laudes ac pręcepta complectuntur, Grammaticę nimirum, Dialecticę, Rhetoricę, Geometrię, Astrologię, Arithmeticę, et Harmonicę.

Editiones, Basileę 1532. fol. apud Henr. Petri. Lugduni 1539. 8. curante Simone Vincentij, apud Matthiam Bonhomme. Pręstantissima hactenus Editio Lugd. Batav. 1599. 8. quam recensuit Hugo Grotius annos non plures 14 natus. Multa nihilominus restant in Marciano, quę Delio notatore indigere videntur. Ea emendatum et illustratum iri a Viris doctis interesset Reipublicę Litterarię. pag. 146.

Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius Romanus, Scriptor Christianus Sęculo VI. post Christum natum ineunte, summis honoribus functus, cum Theodorici Gothorum Regis Tirrannidem impedire conatus esset Ticinum in exilium missus est, atque in carcere detrusus, postquam paulo supra semestris spatium in eo vitam produxisset, petens solatium a Philosophia et litteris, anno Chr. 524. aut certe sequenti 525. ut observatum Annalistę Italię Tom. III. pag. 140. et 141. iussu ejusdem Theodorici est interfectus. In veteribus lapidibus iam Boethius iam Boetius scriptum invenitur.

— Tom. insequenti hujus Biblioth. sive Tom. I. medię et infimę ętatis, pag. 251. dicitur Boethius obijsse die 23. Octobris anno 524. fustibus peremptus in carcere.

Extant ejus De Consolatione Philosophię Libri V. in Ticinensi Carcere compositi elegantissime, partim versibus, partim soluta oratione. Typis editi pluries, sed diligentissime Patavij 1721. 8. curante Jo: Antonio Vulpio

Extant præterea Boethij sequentia Opus=
cula.

I. Quod Trinitas sit unus Deus, non tres Dij ad
Q. Aurelium Memmium Symmachum Socerum.

II. Quod Pater, Filius, et Spiritus S. non
substantialiter prædicentur ad Ioannem
Diaconum Romanum

III. An omne quod est, bonum sit, cum non
sint substantialia bona.

IV. Fidei confessio, sive brevis institutio
Religionis Christianæ.

V. Adversus Eutychen et Nestorium de
duabus naturis et una persona Christi, ad
Ioannem Ecclesiæ Romanæ Diaconum.

VI. Liber De unitate et uno, et Libri. II.
de Arithmetica ad Patricium Symmachum

VII. De Musica, sive Institutiones Musicæ.

VIII. De Geometria Libri. II.

IX. In Porphyrij Phœnicis Isagogen de Præ=
dicabilibus a Victorino translatam Dialogi. II.

X. In eandem a se latine versam Libri. II.

XI. In Categorias Aristotelis Libri. II.

XII. In Librum Aristotelis de interpretatione
minorum Commentariorum Libri. II. Majorum
sive secundæ editionis Libri VI.

XIII. Analyticorum Aristotelis priorum et
posteriorum Boethio interprete Libri. IV.

XIV. Introductio ad Categoricos Syllogismos

XV. De Syllogismo Categorico Libri. II. de
Hypothetico Libri. II. ad Symmachum.

XVI. De divisione Liber, et Liber de definitione.

XVII. Topicorum Aristotelis, Boethio interprete Libri. IIII.

XVIII. Elenchorum Sophisticorum ex ejusdem
interpretatione Libri. II.

XIX. In Topica Ciceronis Libri. VI. ad Patricium Rhetorem.

XX. De differentijs Topicis, sive localibus Libri. IV.

Edita sunt junctim Boethij Opera Venetijs
1491. 1499. fol. et curante Henrico Glareano

prefixa Vita Boethij a Julio Martiano Rota scripta, Basileæ. 1546. 1570. fol.

Boethio minus recte tribui Libellum de disciplina Scholarium, communis hodie doctorum sententia est. Alij Joanni Schotto Origenæ, alij Dionysio Carthusiano illud tribuunt; alij Petro Blesensi, alij Hugoni Eteriano. Sed recepta apud emunctæ naris viros opinio est, verum auctorem esse Thomam Brabantinum, sive Cantipratanum, qui clarus circa annum 1250. Libellum suum, modestiæ et majoris auctoritatis causa, Boethio adscripsit.

De Elpidia Boethij uxore, sive potius Elpide erudita femina, ejusque Hymnis duobus: Aurea luce et decore roseo; et: Felix per omnes festum mundi cardines, vide Tom. II. Biblioth. mediæ et infimæ ætatis pag. 93.

pag. 165. Cap. XVI.

Magnus Aurelius Cassiodorus Senator, non quidem Officio, sed nomine Senator dictus, Scriptor Christianus, e Romana Senatorum familia in Brutijs natus, medio VI. Sæculo floruit, varijsque honoribus auctus a Regibus Gothorum Theodorico, Athalarico, Amalasunthæ, Theodato, et Vitige, qui Regno depulsus est anno 541. Consul fuit anno Chr. 514. denique rerum aulicarum pertæsus, turbarumque civilium, sæculo se abdicavit, atque in extremam Calabriam recedens Vivariense Monasterium apud Scylaceum ibi condidit, verisimiliter juxta S. Benedicti regulas, ac centum prope modum annos natus vita decessit, post celebratum Concilium V. Constantinopoli anno 553. illi enim non consensisse colligitur ex ejus scriptis.

In antiquo M. S. Veronensi ter scriptum est, ut testatur illustris Maffejus, Cassiodorius Senator.

Extant ejus Variarum Epistolarum Libri XII. celeberrimum Opus atque utilissimum. Libri V. priores continent Epistolas et Edicta Theodorici Regis nomine scripta. Liber VI. et VII. continent formulas Dignitatum et Magistratuum in Republica Romana. Liber VIII. IX. ac X. complectuntur Rescripta et Edicta Athalarici, Amalasunthæ, Theodati et Vitigis. Liber denique XI. et XII. exhibent Rescripta Præfecti Prætorio, hoc est ipsiusmet Cassiodori.

Extant ejus Historiæ Ecclesiasticæ Tripartitæ Libri XII. ex Socrate, Sozomeno, et Theodorito, vertente Epiphanio Scholastico collectæ. de quibus vide Biblioth. Græcæ Tom. VII. pag. 120.

Extat ejus Chronicon breve, jubente Theodorico scriptum, atque ipsi dicatum, ab Orbe condito ad annum Christi 519. sive Consulatum Justini et Eutarici, a præcipuo argumento vulgo dictum Chronicon Consulare, ex Eusebio, Prospero, Hieronymo, et Victore consutum admodum negligenter, nisi cum Baronio, Bucherio, Jureto, Dionysio Sammarthano, et Garetio, pleraque hallucinationes et parachronismos in Librarios rejicere velis.

Extat ejus Computus Paschalis, sive de indictionibus, Cyclis Solis et Lunæ, Epactis, tempore Paschatis celebrandi, et ad inveniendis brevia Præcepta, quæ a Josepho Scaligero, Ægidio Bucherio Dionysio Petavio, et alijs Chronologis fusius illustrantur.

Extat ejus Commentarius in Psalmos Davidis ex Augustino præcipue, tum ex Hilario, Ambrosio et Hieronymo collectus.

Extat ejus Liber Institutionum ad Divinas Lectiones, indicans quo ordine, quaque ratione Libri Sacri legendi sint, et quinam Ecclesiæ Doctores in ijs interpretandis sint inprimis cum laude versati, vel quorum præterea Librorum Lectione Monachi teneri debeant. Ex hoc Opere inprimis erudita pietas et sollicitudo Cassiodori apparet, unde multus in illius laude est Jo. Mabillonius Libro Gallice scripto de Studijs Monasticis.

Extat ejus Liber de septem Disciplinis, Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Geometria, Arithmetica, Musica, et Astronomia. Sed Grammaticæ major pars extrema intercidit.

Extat ejus Liber de Orthographia, ex varijs Grammaticis collectus, et anno ætatis 93. editus a Cassiodoro, ut infra in Grammaticis pag. 472. ubi vide quoque ejus Fragmentum De Arte Grammatica ad mentem Donati.

Extat ejus De ratione Animæ Liber a Cassiodoro scriptus antequam Monasticen professus esset; quem Variarum Librum esse XIII. ipsemet testatur Cassiodorus in Commentario ad Psalmum CXLV. quod ab Editoribus omnibus hactenus neglectum.

Extat ejus Commentarius in Donatum, sive de Oratione, et Partibus Orationis.

Minime audiendus est Harduinus, qui exceptis Epistolarum Libris, Libro de Anima, et Commentario in Psalmos, Cassiodori Scripta omnia a Gallo quodam supposita jactitat. Quem refellit Lud. Elias Du-pin in Præfat. ad Biblioth. Script. Ecclesiasticorum Sæculi VI.

Novissime ex MS. Canonicorum Veronensium, Scipio Maffejus Cassiodori Complexiones, sive explicationes breves in Epistolas Apostolorum, in Acta et Apocalypsim, primus in lucem dedit Florentiæ. 1721. 8. quæ recusæ sunt Londini. 1722. 8. et Roterodami 1723. 8. Harum Complexionum meminit ipsemet Cassiodorus in Præfatione Libri de Orthographia.

Supposita tamen Cassiodoro fuere alia Opera nonnulla, ut Expositio in Cantica Canticorum, et Liber de Schematibus et tropis, locisque quibusdam Rhetoricis S. Scripturæ. Rursus Liber de Amicitia Christiana. Præterea Sanctorum Paphnutij et Spiridionis, aliorumque quorumdam Vitæ. Postremo Liber de Trinitate, ac Libri XVI. de re rustica.

Inter deperdita Cassiodori Scripta sunt Breves explanationes in Acta Apostolorum, et Libri XII. de Gestis Gothorum. Cujus Operis brevis Epitome a Jornande est concinnata, ut mox dicetur. Præstantissima omnium Operum Cassiodori et unica Editio est Joannis Garetij Monachi Benedict. Congreg. S. Mauri cura vulgata Rothomagi. 1679. fol. duobus Voluminibus.

pag. 186. Cap. XVII.

Jornandes, sive, ut a Sigeberto, Geographo Ravennate, et Honorio Scholastico Jordanes dicitur, cujus Scholastici versiculi ad Jordanem Ravennensem Episcopum praeceptorem suum extant in Mabillonij Analectis Tom. I. pag. 1764. gente Gothus, et Notarius Regis Alanorum, postea Christi nomen professus, et Gothorum denique Ravennae Episcopus scripsit anno Christi. 552. si credimus Vossio de Hist. Latinis pag. 241. quod probat ex eo quod Jornandes Cap. 19. de pestilenti morbo agens qui anno Christi 543. grassatus est, addit: ut nos ante hos novem annos experti sumus. At suspicio esse potest ibi Jornandem Cassiodori verbis usum, atque inde nihil aliud constare, quam Cassiodorum illo anno Libros suos de Gestis Gothorum scripsisse, non autem Jornandem exarasse illorum Epitomen. ~~Cassiodorus scripserat easdem Libros ad petitionem nonnullorum Episcoporum, amicorum collegarum suorum fidelium, ut ex~~. Cassiodorus Libris Epistolarum, Vitigis Rescripta et edicta complectitur. Vitigis Regno pulsus est anno 551. post quem annum Cassiodorus probabiliter Gothorum Historiae operam dedit. Vix ergo credibile est Jornandem anno insequenti 552. ejusdem Cassiodori Libros de Gestis Gothorum ~~et~~ in Epitomen redegisse, ~~atque adeo post dicendus~~ id operis ~~eligante post~~ [illegible] ~~compilasse~~ atque adeo verba illa Jornandis ad Cassiodorum referenda, de tempore, quo Historiam scribebat, testimonium perhibentem.

Extat ejus Liber de Rebus Geticis, sive, ut supra dixi, Epitome Cassiodori Historiae a Gentis origine usque ad Vitigem Regem a Belisario superatum. Quod ipse Jornandes testatur in Operis Praefatione ad Castalium his verbis: Suades, ut nostris verbis, XII. Senatoris Volumina de origine actuque Getarum --- in unum, et hoc parvo Libello coarctarem. Cui tamen nonnulla convenientia ex Historicis Graecis et Latinis se addidisse testatur.

Extat alius quoque ejus Liber De origine Mundi, et actibus Romanorum caeterarumque Gentium, sive De Regnorum ac temporum successione ad Vigilium. Quem Librum respicit Geographus Ravennas, Lib. I. p. 17. cum Jornandem sapientissimum Cosmographum appellat. in quo Libro Jornandes Flori Historiam aliosque, praeterito nomine, graviter exscribit.

Editiones horum Jornandis Opusculorum seorsim non inveniuntur. Conjunctim saepius, et praecipue Hamburgi. 1611. 4. una cum Isidori Hispalensis Libro de Gothis Wandalis ac Suevis, et ejusdem Chronico Regum Wisigothorum, ac Paulo Diacono de Gestis Langobardorum, curante Frid. Lindenbrog.

De Fragmentis varijsque Collectionibus veterum Scriptorum Latinorum

pag. 191. Cap. I.

Q. Ennius patria Rudinus in Calabria, sive ex Rudiis prope Tarentum, ut Cellarius Tom. I. Notit. Orbis Lib. II. Cap. IX. pag. 721. cum viris doctis plerisque statuit, sive ex altera Rudias duobus ab Aletio milibus in eadem Calabria Dominico de Angelis memorata, in Dissert. Italica da Patria Ennij Romæ 1701. 8. Poeta eximius, quamquam temporum vitio admodum hirsutus, sed quem eruditio, Catone teste, in maximum decus, atque in excellentissimam claritudinem sublimavit. natus est anno U. C. 515. C. Claudio Centhone, M. Sempronio Tuditano Coss. Obijt anno ætatis 70. U. C. 585. Scipioni Africano perdilectus, cujus

Hærebat doctus lateri, castrisque solebat
Omnibus in medias Ennius ire tubas.

Editiones Fragmentorum Ennij, Neapoli. 1590. 4. curante Hieronymo Columna Nob. Romano, Lugd. Bat. 1595. 4. curante Paulo Merula, et Amstelod. 1707. 4. curante H. Wesstenio. Edit. 1595. æstimari solet Sced. 6.

Scripsit Ennius Hexametro Carmine Annalium Libros XVIII. Historiam Romanam olim complexos, legi solitos ad Populum in Theatro. Cetera ejus scripta fuere: Phagetica, Epigrammata, Scipio, Epicharmus, Asotus, et aliæ Satyræ, Protrepticus, et Præcepta. Tum Tragœdiæ Achilles, Ajax, Alcestis, Alcmæon, Alexander, Andromache, Andromeda, Athamas, Cresphontes, Cressæ, Dulorestes, Erechtheus, Eumenides, Hectoris lustra sive λύτρα, Hecuba, Iliona sive Polydorus, Iphigenia, Medea, Menalippe, Nemea, Phoenix, Telamon, Telephus, Thyestes. Comœdiæ vero: Amphithraso, Ambracia, Pancratiastes, atque demum Evemerus sive sacra Historia Evemeri soluto sermone conversa. Periere omnia, et solum supersunt Fragmenta. Primus, teste Merula, Ennius composuit Hexametros Latinos.

pag. 193.

C. Lucilius Suessanus Auruncanus, Eques Romanus magnus avunculus Magno Pompejo fuit, sive Aviæ Pompeij Magni frater, Pompejus vero natus est anno Urbis Varroniano 647. Ptolemæi jussu est trucidatus anno 706. annos natus 59. Scripsit Libros XXX. Satyrarum, Epodos, Hymnos, Serranum, et Numulariam Comœdiam, ex quibus Extant Fragmenta, cura Francisci Dousæ collecta atque illustrata, ...ne typis edita Lugd. Bat. 1597. 4. Solitum esse Lucilium observant viri docti, verba in versibus satis audacius disiungere, ac discerpere, ut pro cerebrum comminuit, non dubitarit verbi causa dicere: Cere comminuit brum.

pag. 194.

Fragmenta Veterum Poetarum Latinorum Accij, Valerij Æditui, Alphei Aviti, Albini, Afranij, Petronij Arbitri, Bassi, M. Furij Bibaculi, C. Licinij Calvi, Cæcilij Statij, Q. Catulli, C. Helvij Cinnæ, Ennij, Furij, A. Galli, Cornelij Galli, Decimi Laberij, Laureæ Tullij, Porcij Licinij, Livij Andronici, Lucilij, Æmilij Macri, Domitij Marsi, Cn. Matij, Nævij, Pacuvij, C. Pedonis Albinovani,

L. Pomponii, Septimii, Publii Syri, Auli Sereni Cornelii Severi, Svevii sive Succii, C. Titii, Titinii, Trabeae, Turpilii, T. Valgii, Varii, M. Varronis, et Varronis Attacini, ab ambobus Stephanis Roberto ejusque filio Henrico primum collecta digestaque prodierunt Parisiis. 1564. 8. Ex his L. Afranius Terentium brevi excepit, scripsitque Togatas, Caecilius Statius Comico suppar, anno post eum vita functus, nimirum U. C. 586. Comoedias scripsit. Suppar Terentii fuit et Sextus Turpilius.

pag. 196.

Fragmenta Veterum Tragicorum Latinorum Livii Andronici, Q. Ennii, Cn. Naevii, M. Pacuvii, L. Attii sive Accii, M. Ciceronis ex Graecis interpretationibus, Ilii, C. Grani sive Graii aut Gracchi, Memoris vel Memmii, de quo dictum est Tom. I. Cap. IX. ad Senecae Octaviam. C. Julii, C. Strabonis, Sempronii Gracchi, Q. Lutatii Catuli, Varii, C. Cilnii Maecenatis, Ovidii Nasonis, Pomponii Secundi, et Rutilii Gemini, ac denique incertorum Tragicorum, inter quos Osidius Geta, sive Ovidius potius ex Medea, de qua vide Lib. I. Cap. 15. p. 323. hujus Biblioth. post Stephanorum et Martini Delrionis industriam, diligentius collecta a Petro Scriverio, notisque uberioribus Gerh. Jo: Vossii aucta Lugd. Bat. 1720. 4.

pag. 199.

Comici Veteres Latini hi fere sunt: Sutrius, Succius, Dossennus, Afranius, Atta, Titinnius, Livius, Aquilius, Acutius, Juventius, Naevius, Caecilius Statius, Plautus, Licinius, Terentius, L. Pomponius, Turpilius, Trabea, Luscius, Ennius. Quorum plerique, sive eorum fragmenta prodiere in dicta Edit. Stephani Paris. 1564. 8. Afranii vero, Caecilii, Naevii, Plauti, Pomponii, Sexti Turpilii, et Terentii Sententias selectas una cum Publii Syri Mimis post Comicorum Graecorum Sententias edidit Henricus Steph. Paris. 1569. forma minore. L. Pomponius Bononiensis quo tempore Cicero virilem Togam sumeret inclaruit. De Fabio Dosseno consulendus Jo: Marius Matius Lib. III. Opinionum Cap. 23. pag. 506. Tom. IV. Miscell. Gaudentii Roberti. T. Quintius Atta Togatarum scriptor Cicerone jam annum. 20. agente defunctus erat. Titinius, ut scribendum est, non Titinnius, Togatarum scriptor, fabularum nempe ad quas Romani, non Graeci inducebantur, quibus nimirum Palliatae conveniebant, an fuerit ex Equestri Ordine ex genere Titiniorum, an Libertus M. Titinii, ad quem Cicero Librum Epistolarum scripserat, qui hodie desideratur, incertum est.

Epigrammata Vetera ex Bibliotheca Petri Pithoei collecta in Libros IV. distributa prodiere Parisijs. 1590. 12. apud Dionysium Duvallium, et Lugduni. 1596. 8. sumptibus Iacobi Chouet Genevensis Typographi. Liber I. continet ad Sacra et mores spectantia. Liber II. Elogia. Liber III. Epitaphia et Tumulos. Liber IV. Miscellanea et omissa complectitur.

Nomina Auctorum, quæ hisce Epigrammatis præfiguntur, dubia non raro fide, hæc sunt: Ablavij Cos. Albij Tibulli, Alcimi Alcinoi, Asclepiadij, A. Septimij Sereni, Asmeni, Avieni, Basilij, Callimachi, C. A. Romuli, C. Cæcilij Plinij Secundi, Cælij Firmiani Symphosij, C. Cassij Parmensis, seu potius Achillis Statij, ut suspicantur viri docti in hujus Cassij Orpheo, C. Cilnij Mæcenatis, C. Helvij Cinnæ, Citerij Sidonij Syracusani, C. Iulij Cæsaris, C. Licinij Calvi, C. Nævij, Cornelij Celsi, Cornelij Severi, C. Silonij, C. Sulpicij Apollinaris Carthaginiensis, de quo vide Belium in Lex. Tom. V. Grammaticus Seculi II temporibus Antoninorum. Auctor habetur Periochæ in Comœdias Terentij, et Epigrammatis in Æneida Virgilij ex incendio eripienda. D. Laberij Mimi, Epicteti, Domini Evantij, sive Eugenij, Eucheriæ Poetriæ, Euphorbij, Euriali Morani, Eusebij, Eusthenij, Focæ Grammatici, Furij Bibaculi, Gerberti, Germanici Cæsaris, Hadriani Imperatoris, Hilasij, Iuliani, Iulij Flori, L. Annæi Senecæ, L. Apuleij, Laureæ Tullij, C. Lucilij, M. Annæi Lucani, Maximiani, Iulij Modestini, M. Pacuvij, M. Terentij Afri, M. Tullij Ciceronis, M. Valerij Martialis, Palladij, Pentadij, Pompejani, Porphyrij Poetæ, Porcij Licinij, P. Ovidij Nasonis, P. Syri Mimi, P. Virgilij Maronis, Pulicis, qui est Pulex de Custoza Vicentinus, qui medio Seculo XIV. claruit, Puppij Poetæ, Q. Aurelij Symmachi, Q. Catuli, Q. Ennij, Regilani, Rufi Festi Avieni, Sex. Aurelij Propertij, Sulpiciæ, Sulpicij Luperci Serasti junioris, Tullij Marci, Valeriani, Val. Catonis Grammatici, Varronis Terentij, et Atacini, Vitalis Mimi, Volcatij Sedigiti, Vomani, sive Voviani.

Focas, sive Phocas Grammaticus scripsit Vitam Virgilij Carmine Hexametro quod, præmisso versibus Sapphicis exordio, extat in hac Collectione, sed extrema parte mutilum. Vide Biblioth. mediæ et infimæ ætatis Tom. II. pag. 174. Vide quoque infra, de hoc Phoca pag. 405.

Poemata Vetera cum supradictis Epigrammatibus ab eodem Pithoeo collecta edita sunt quæ sequuntur in eisdem Editionibus.
1. Q. Ennij Phagetiorum Fragmentum.
2. D. Laberij Mimi Prologus

3. P. Virgilij Maronis Culex ad Octavium
4. Ejusdem Ciris
5. Elegia ad Valerium Messalam
6. Cornelij Severi Ætna
7. Incerti, forte A. Septimij Severi Moretum
8. Valerij Catonis Dirae.
9. C. Pedonis Albinovani Equitis Romani
Elegia de morte Drusi Neronis ad Liviam Augustam.
10. Ejusdem in obitum C. Cilnij Mecœnatis Elegiæ duæ.
11. Ejusdem de Navigatione Drusi Germanici fragmentum.
12. Q. Ciceronis de XII. signis Zodiaci.
13. P. Ovidij Nasonis Halieuticon fragmentum.
14. Gratij Cynegeticon
15. M. Annæi Lucani Catalecton de laude Calpurnij Pisonis.
16. C. Julij Solini Polyhistoris Ponticon fragmentum
17. Sulpiciæ Poetriæ Satyra sive Ecloga de Edicto
Domitiani, quo Philosophos Urbe exegit.
18. Q. Sereni Sammonici de Medicina Carmen.
19. M. Aurelij Olympij Nemesiani Cynegeticon.
20. Ejusdem Eclogæ Bucolicæ IV.
21. T. Calpurnij Siculi ad Nemesianum Eclogæ Buc. VII.
22. P. Optatiani Porphyrij ad Constantinum Imperat.
et Constantini ad Porphyrium Epistola, cum
laboriosissimo Porphyrij ejusdem ad Constantem
Panegyrico versibus scripto, quod difficilibus
nugis Lector accensere poterit. Scripsit ante Crispum anno 324. interfectum
23. Incerti, forte Lactantij Firmiani Elegia inscripta Phœnix.
24. Marcelli Viri Illustris ex Magistro Officiorum Theodos. P. Aug.
in Librum Marcelli Empirici de Medicina, Carmen.
25. Rufi Festi Avieni Orbis Descriptio ex Dionysio Periegete
26. Ejusdem Avieni Oræ Maritimæ Descriptio.
27. Ejusdem ad Theodosium Macrobium Æsopicæ Fabulæ XLII.
28. Licentij ad Augustinum Præceptorem, S. Augustinum intellige,
qui hujus Licentij Poetæ Christiani pluries meminit,
Carmen, quo eum ad elenchos de Musica Libros hortatur.
29. Claudij Rutilij Numatiani Itineraria duo.
30. Prisciani Periegesis ex Dionysio Characeno.
31. De Ponderibus et Mensuris Libellus, ab alijs
Remio Favino, ab alijs Q. Rhemnio Fannio Palæmoni,
a pluribus Prisciano tributus. Hunc Libellum vide tom. XI. Thes. Antiq. Rom. Grævij pag 1693.
32. Incerti Auctoris de defectu Lunæ, sive de Astronomia fragmentum.
33. Cœlij Firmiani Symposij, sive Symposij vel Lactantij Firmiani ut infra, pag. 225. n.° 22. Ænigmata centum. Vide infra in Indice pag. 679. ubi Auctor credit hic Symposius Versionis latinæ Narrationum eorum quæ Apollonio Tyrio contigerunt.
34. Elegia falso Cornelio Gallo tributa ab Aldo Manutio P. F.
35. Epigrammata tria itidem falso eidem Gallo eidem tributa, in Edit. Florent. 1588.
36. Maximiani Etrusci Poetæ, Boethio æqualis, ut Fontanino videtur, in Corn. Gallo, Elegiæ VI.
37. Incerti Auctoris versus in laudem Solis.
38. Antiqui Poetæ anonymi Pasiphaes Fabula, metris Horatianis cujuscumque generis composita. Rufinus V. C. est auctor, ut infra pag. 218.

39. Severi Sancti Endelechij Aquitanici, Paulini Nolani familiaris, Rhetoris et Poetae Christiani Carmen Bucolicum genere Choriambico, in quo fit mentio de mortibus Boum, Bovinaeque pariter atque hominum luis, memoratae S. Ambrosio Lib. X. in Lucam.

Prodijt typis separatim hoc Carmen Francofurti 1612. 8. Lugd. Batavorum [illegible] 8. et Groningae 1712. 8. ad calcem Libri de Judicijs [illegible] quem a se compositum edidit eruditus Vir Gerhardus Outhovius.

40. Vespae Judicium Coqui et Pistoris de primatu inter se contendentium, judice Vulcano.

41. Domitij Marsi in Cicuta de Bavio curatore Octastichon.

Denique post castigationem notasque suas Pithoeus addidit praetermissa quaedam a Beda et alijs.

pag. 213.

Dionysij Catonis Disticha de moribus ad filium, in Libros IV. distincta, quibus parvulos olim initiari solitos testatur Jo: Sarisberiensis Lib. VII. Policratici Cap. IX. Elegantia et utilia ista Carmina scripta fuere ante Valentinianum I. Imp. jam enim laudantur a Vindiciano Medico ad eund. Imp. post vero Lucanum Poetam, in ipsis enim laudatur idem Lucanus. Catonis nomen praefixum illis esse ex argumento quod tractant conjicit verisimillime Jo: Gerhardus Vossius. Nec Cato igitur, nec Seneca, nec Ausonius, nec Octavianus nescio quis, sed anonymus et incertus illorum auctor dicendus erit. Ethnicus, non Christianus Scriptor fuisse, pluribus argumentis ostenditur.

Editio praestantissima Cygneae 1672. 8. curante Christiano Daumio, additis inter caetera S. Columbani defuncti anno 615. Bobiensis Abbatis, Carminibus.

pag. 215.

Fragmenta Veterum Poetarum, a Theodoro ab Almeloveen vulgata Amstelod. 1686. ab alijs vel praeterita vel minus emendate edita, sunt Accij, Aelij, Afranij, Attae, Caecilij, Licinij Calvi, Cornuti, Domitij, Ennij, Hostij, Laberij, Laevij sive Laelij, de quo vide Baylij Lex. Livij Andronici, Aemilij Macri, Mariani sive Marini, Mummij, Naevij, Novij, Pacuvij, Pomponij, Porcij, Sueij sive Suevij, Titinij, Valgij, Vari et Volcatij.

Bello Punico I. quod caepit anno U. C. 489. gestumque est ad annum usque 513. stipendia fecit Naevius; Annis 150. Naevio junior fuit Novius, et Sullanae Dictaturae vicinus fuit, quam occupavit Sylla anno 672. ab eaque se abdicavit anno 675.

pag. 216.

Epigrammata et Poëmatia Vetera ad exemplum Petri Pithoei, ex scriptis post Pithoeum vulgatis Reinesij, Sponij, Salmasij, Barthij aliorumque collecta, et inter Amoenitates suas Theologico-Philologicas vulgata ab eodem Almeloveenio Amstelod. 1694. 8.

pag. 217.

Errores Venerei, sive Petronij Arbitri Appendix, varia Erotica, aliaque Poemata et Epigrammata incertorum Auctorum complectens, Petronioque coniungi solita in Editionibus, praecipue in Amstelodamensi. 1687. 8.

Priapeja. De his dictum est Tom. I. Cap. XII. in Virgilio.

pag. 218.

Pervigilium Veneris, sive Carmen Trochaicum De Vere, quo Pervigilij vocabulo Sacrum nocturnum innuitur; a Josepho Scaligero Q. Catulo Urbicario, cuius quoque Iuvenalem meminisse, a Barthio tribuitur Senecae Floro, a Lipsio Poëtae qui Augustei, a Salmasio et Menagio mediae aetatis Poetae, Solino suppari, ab alijs Luxurio, qui Carthagine floruit sub Trasimundo Vandalorum Rege, qui imperitavit ab anno Christi 496. usque ad 523., ab alijs nescio cui Floro. Editio in Collectione Scriverij variorum Opusculorum, inscripta Baudij Amores, Lugd. Bat. 1638. 8. ac separatim Lipsiae. 1645. 4. et Hagae. 1712. 8. quae Hag. Comp. editio constat Scud. 2½

Flori Poetae, sive Florida de qualitate Vitae, versus Trochaici editi in eisdem Baudij Amoribus. Sub Hadriano meminit Spartianus Flori Poetae.

Epigrammata Valerij Aeditui, Porcij Licinij, Q. Catuli, C. Caes. Oct. Augusti, C. Cilnij Mecenatis, Gallieni Imper. L. Pomponij, Asinij Galli, P. Virg. Maronis, C. Plinij, L. Apuleij, Petronij Afranij, Alcimi, Claudij Claudiani V. C.ae Licinij Calvi, Regiani, Sentij Augurini, et incertorum.

Rufini V. C. Pasiphaes Fabula, memorata supra sub Antiqui Poetae nomine inter Pithoei Poematia n.o 38.

L. Apuleij Ἀνεχόμενος ex Menandro, de quo vide supra in Apulejo. Cap. II. Libri. III.

Ausonij Cento Nuptialis, inter Ausonij Idyllia. XIII. et Cupido Cruci affixus, inter eadem Idyllia. VI. ex XX. Ausonij Idyllijs supra memoratis Cap. X. Libri. III.

pag. 220.

Corpus omnium Veterum Poetarum Latinorum, iuxta temporum seriem digestum, et Libris V. distinctum, præfixa uniuscuiusque Poetæ Vita. Geneuæ. 1611. 4. duobus Volum., quod æstimari solet Scel. 8.

Norit Lector, Fragmenta in hoc Corpore petita esse ex Collectione Rob. et Henr. Stephanorum paulo ante memorata, deinde non paucas Poemata, minora Poematia, Epigrammata, et Fragmenta prætermissa fuisse.

Altera Editio Lugd. 1616. 4. curante Alexandro Ficheto S. J. expunctis obscænis, cæterum priore auctior

Tertia Editio. 1627. primæ anni. 1611. vestigijs insistens.

Quarta demum Editio Londini. 1713. fol. duobus Volum. nitidis typis, cæterisque longe auctior et e melioribus Editionibus expressa, curante Michaele Mattaire.

pag. 225. Cap. II.

Poëtarum Veterum Ecclesiasticorum Opera Christiana, eorumque reliquiæ, et Fragmenta diligentius collecta et illustrata a Georgio Fabritio. Basileæ. 1562. 4. quem tamen Erasmus, ac Daupius notant aliquando nimia libertate usum in alendis Veterum scriptis, sunt quæ sequuntur.

.1. Aurelij Prudentij Clementis Hispani ex Calagurri Castello, Oppido, magnis dignitatibus functo sub Arcadio et Honorio Impp. rebus divinis carmine dicendis celebri — De alio Prudentio, cognomento Tricassino, itidem Hispano, qui obijt anno. 871. vide in Bibliotheca mediæ et infimæ ætatis, Tom. VI. pag. 19.

Psychomachia, sive pugna animæ super vitijs et virtutibus,

Cathemerinon Liber, sive Hymni omnibus diurnis actionibus convenientes

Peristephanon, sive de Coronis Martyrum Hymni XIV.

Hamartigenia, sive de origine peccatorum adversus Marcionitas.

Libri II. contra Q. Aurelium Symmachum Urbi Præfectum — Christianorum Maro et Flaccus Prudentius dicitur Bentlejo pag. 66. in Horatium.

Enchiridion, sive tetrasticha in præcipua quæque Capita Veteris et Novi Testamenti; quod Amœno hic male tribuitur, quod forte epitheton Prudentio tribuerunt Librarij ob singularem carminis ejus suavitatem et amœnitatem.

2. Q. Septimij Florentij Tertulliani Presbyteri Carthaginensis, qui circa annum. 205. in Mon=tanistarum Sectam prolapsus obijt anno Christi 220. Poemata duo, unum adversus Marcionem, alterum De Judicio Domini. Utrumque Poema Tertulliani esse hodie negant eruditi, et Carmen de Judicio Verecundo Africano Episcopo tribuunt, qui circa medium Sæculi. VI. floruit, Carmina adversus Marcionem post Hieronymi tempora ab Anonymo exarata suspicantur.

.3. Cæcilij Cypriani Epic. Carth. Genesis et Sodoma, quæ tamen Carmina non esse Cypriani compertum est, sed alij ad Tertullianum, alij ad Salvianum Massiliensem referunt.

.4. Hilarij Pictaviensis Episcopi, anno. 367. vita functi, seu rectius Hilarij Arilatensis, anno. 449. e vivis sublati, Genesis, sive Hexaemeron Epico carmine.

.5. Claudij Marij Victoris Massiliensis Oratoris Libri. III. de Genesi Epico Carmine. Ejusdem Epistola ad Salomonem, Abbatem de perversis suæ ætatis moribus.

.6. Dracontij Toletani Hexaemeron Liber Primus, isque in fine mutilus.

.7. Ambrosij Episcopi Mediolanensis De Opere Creationis Hymni. VII.

.8. Alcimi Ecdicij Aviti Viennensis Archi-Ep. vita functi anno. Chr. 523. De Mundi origine, de origine peccatorum, de sententia Dei, de Diluvio, de transitu Maris rubri Lib. V. Ad Apollinarem Sidonij Apollinaris filium. Ejusdem De consolatoria Castitatis laude ad Fuscinam sororem Liber.

9. Fabij Marij Victorini Afri de Fratribus Machabæis interfectis ab Antonio Epiphane. Quod Carmen Barthius Hilario Arilatensi, Rivinus Hictario attribuit, Daumius diversorum auctorum opus esse existimat. Victorinus Afer vixit circa A. C. 362.

.10. Aquilini Caij Vettij Juvenci presbyteri Hispani, qui sub Constantino Imperatore scripsit carmine Historiam Evangelicam Libris. IV. Diversus fuit hic a Juvenco Cœlio Calano Dalmata, cujus extat Attilæ Vita. Præter Edit. hujus Calani citatas a Fontanino, et Notas 13. mæ Dissert. de Forojul. Hist. alligatur hic alia in [illegible] Ingolstadij. 1604. 4. Vixit Calanus circa Sæc. XII.

11. Cœlij Sedulij Scoti Presbyteri Heroico carmine Libri. IV. De mirabilibus Divinis, sive Operis Paschalis, præmissa Epistola ad Macedonium Abbatem a Turcio Rufo Asterio, qui A. C. 494. Consul fuit, post Sedulij mortem addita. Diversus igitur Sedulius hic a Sedulio Scoto Sæculi. VIII. Poeta; scripsit enim sub Theod. Jun. et Valentiniano in Achaja. Ejusdem Veteris et Novi Testamenti collatio, versibus Elegis. Ejusdem Hymnus Acrostichus Alphabeticus, totam Vitam Christi continens. Versus nuncupatorij ad Theod. Juniorem non sunt Sedulij, sed Probæ Falconiæ, quos Centoni suo præfixit.

Sedulij Opera prodiere novissime Edimburgi 1701. 8. accurate, et Halæ. 1704. 8. edente Cellario. Plura de hoc Sedulio videre est Tom. VI Biblioth. med. et infim. Latinit. pag. 157. ubi vide pag. 335. recusum ejusdem carmen de Verbi Incarnatione ex MS. Codice Corbejensi

12. Aratoris Subdiaconi Historiæ Apostolicæ Libri II. sive de Vita S. Pauli, Poema Epicum ex Actis Apostolorum expressum, publicoque applausu A. C. 544. recitatum, cui præmittuntur breves Elegiæ II. una ad Florianum Abbatem, altera ad Vigilium Pontificem.

13. Tironis Prosperi Aquitanici, Episcopi Regio=lepidi, quod tamen a Labbèo aliisque in dubium merito revocatur, Liber Primus Sacrorum Epigrammatum super Augustini Sententias, Epigrammata, sive minuta Poematia CXII. complexus.

14. Eiusdem Poema Epicum, sive Liber de Libero arbitrio contra ingratos aut Pelagianos, vivente adhuc Augustino scriptum.

15. Versus quidam Anacreontici ex adhortatione Prosperi ad Conjugem.

16. Venantii Honorii Theodosii Clementiani Fortunati Poematum Sacrorum Libri IV. idest De Partu Virginis, De Christi beneficiis, De Vita Hominum, et De certaminibus et miraculis Piorum.

17. Eiusdem Libri IV. De Vita S. Martini; Muratorius Tom. I. Anecd. Biblioth. Ambros. pag. 15. Venantii expositionem in Symbolum Quicumque, quod Athanasio tribuitur, pollicetur.

18. Drepanii Flori, qui Sæculo IX. ad Moduinum Augustodunensem Episcopum scripsit, aleoque Drepanio, cujus meminit Apollinaris Sidonius Lib. VIII. Epist. 12. valde junior, Psalmi XXII. XXVI. XXVIII. et Carmen trium Puerorum versibus expressum, aliaque Carmina tria. una cum Moduini, et Jonæ Aurelianensis reliquiis prodiere etiā Lipsiæ. 1653. 8

19. Pontii Meropii Paulini Episcopi Nolani Carmen de Jo: Baptista, et Epistolæ III. ad Ausonium. eiusdem Ad Deum omnipotentem precatio, et Carmen pro salute Augustorum. De Celsi Filii obitu Panegyricus. Epistola ad Cytherium, et Propempticon ad Nicetam Episcopū Dacorum. Fragmenta Natalium VIII. ex IX. et Psalmi I. II. et CXXXVI. versibus redditi.

20. Amoeni Enchiridion, quod supra Prudentii esse observavimus.

21. Rustici Helpidij Tristicha de Historijs quibusdam utriusque Testamenti, et Carmen de Christi Jesu Beneficijs; ac Walafridi Strabi Abb. Augiensis Carmine in imagines Mariæ et Apostolorum Tom. XV. Bibl. P.P. Edit. Lugd. pag. 233 seq.

22. L. Cælij Lactantij Firmiani Carmen, quo de Beneficijs suis Christus Loquitur, alias inscriptum: De Domini Passione. Lactantius sub Constantino M. floruit, et Crispi Cæsaris præceptor fuit, cui a Constantino anno 326. e vivis sublato superstes etiam fuisse creditur. Carmen supradictum rectius forte Firmiano Symposio tribuitur a Viris doctis. ——

Imo et Ænygmata centum Firmiano Symposito hactenus tributa, Lactantio Firmiano vindicavit Christoph. Augustus Heumannus, in illorum Ænigmatum Editione, Hanoveræ. 1722. fol.

23. Victorini Episcopi Pictaviensis De Jesu Christo Deo et homine Carmen. Quod Victorino Afro rectius forte tribuitur quam Pictaviensi vel Petavionensi; perperam enim Pictaviensem vulgo crediderunt.

24. Merobaudis seu Marboli Hispani, Scholastici, postea, ab anno 1096, Episcopi Redonensis, vita functi anno 1123. ætatis 88, Carmen de Christo, et Auctoris incerti De laudibus Domini. Marboli Opuscula junctim edita sunt Paris. 1708. fol. ad calcem Operum Hildeberti Cenomanensis, ubi postremo loco ponuntur Catonis Philosophi Proverbia ficta sub viri sapientissimi nomine, ut et Disticha Moralia, de quibus supra pag. 213. Vide infra in Medicis pag. 595.

25. Damasi Episcopi Romani Elogia XI.

26. Claudiani Mamerti Presbyteri Viennensis Carmen contra Poetas vanos, cujus quoque existimatur esse Hymnus, qui incipit: Pange lingua gloriosi. Frater Mamerti Episcopi Viennensis fuit, dictus etiam Claudianus Ecdicius Mamertus, obijt anno Christi 470. Scripsit præterea Libros III de Statu Animæ contra Faustum Rejensem, prodiere Basileæ 1520. 4. et alibi pluries. Vide Tom. I. pag. 384. 85. 86. de hoc Mamerto in Biblioth. mediæ et infimæ ætatis. Vide quoque supra in Claudio Claudiano Cap. XIII.

27. Columbani Hiberni Epistola ad Hunaldum discipulum, qua avaritiam detestatur. Columbani hujus mentio sup. pag. 213. in Dionysio Catone.

28. Anonymi de Bebiani Baptismo, et Uxoris Apræ obitu Carmen.

29. Hymni Ecclesiastici Hilarij, Ambrosij, Augustini, Gregorij Magni, Theodulfi, Fulberti, aliorumque veterum auctorum.

30. Alcimi Aviti Epitaphium, Honorij Episcopi Romani Epigramma de Apostolis, Liberij et Belisarij Acrosticha in Sedulium, Metaphrasis Decalogi ex Petri de Regia Aurora, Versus quidam, qui Prosperi Epigrammati in M.S. prefixi erant.

Atque huc usque Georgij Fabritij Collectio Poetarum Christianorum. Nunc sequuntur

Poetæ Christiani a Georgio Fabritio præ-
termissi: Ausonius, Sidonius Apollinaris,
Licentius, Severus Endelechius, P. Optatianus
Porphyrius, Boethius, Eugenius Toletanus,
Modoinus, et Jonas Aurelianensis, de quibus
iam diximus. His adde:

Commodiani Afri Librum adversus
Paganos, sive Instructiones LXXX. Acrostichidibus
Carmine politico, quo numerus Hexametri servatur,
neglecta syllabarum quantitate. Floruit hic
scriptor, si Gennadio credimus, et Rigaltio, post
Lactantium. Verum Henr. Dodwellus contendit merito, cum Instr. VI. vers. 6. annos tantum 200 a Christo numeret,
Seculi III. Scriptorem esse Commodianum.
Editio potior Witteb. 1705. 4.

Andreæ Oratoris Carmen de Maria Virgine,
ad Rusticianum, apud Barthium Lib. LVI. Cap. XVI.
Adversar.

Benedicti Paullini Petrocorij Aquitani Libros VI. circa annum 460. conscriptos
de Vita B. Martini, Carmen ad Nepotulum,
et Epigramma Basilicæ Martini apud Turones
inscriptum. Prodijt Lipsiæ 1681. 8. una cum
Paullini Pelæi Ausonij Nepotis Eucharistico, quod scripsit anno 456. octogenario major, recensente Christiano Daumio, addito Syllabo
et Tertulliani Carmine de Jona et Ninive. Poetarum Christianorum Veterum

Orientij Episcopi Eliberitani, memo-
rati Venantio in limine Librorum de Vita
S. Martini Commonitorium Fidelium Elegiaco carmine,
Libris II. et Carmina Heroica De Nativitate
Domini, De Trinitate, De nominibus Domini.
Editiones Rothomagi 1700. 4. et Vittebergæ 1706. 4

Magni Felicis Ennodij Seculi VI. initio
clari, Episcopi Ticinensis, Poematum et
Epigrammatum Libros II. cum reliquis ejus
scriptis Sirmondi opera typis editos Paris. 1611. 8.
vide Tom. II. Biblioth. mediæ et infimæ ætatis pag. 100. Ubi Ennodij opera omnia enumerata.

Flavij Cresconij Corippi Africani Fragmentum
Panegyrici in laudem Justini Augusti minoris anno 565
rerum potiti, vita functi anno 578. Panegyricum
in laudem Anastasij Quæstoris et Magistri, et De
laudibus Justini minoris Libros IV. Prodiere typis
Altorffij. 1664. 4. Idem creditur esse ac
Cresconius Episcopus Africanus, qui circa annum 570.
scripsit Breviarium Canonum; vide Biblioth. Lat. mediæ et inf. ætatis pag. 443. 444.

Martini Dumiensis Abbatis, sive qui idem est Martini Braccarensis Versus a Sirmondo editos cum Eugenio Toletano pag. 57. Parisiis. 1619. 8. et inter Sirmondi Opera Tom. II. Martini Braccarensis Versus occurrunt pag. 907. Eugenii vero Toletani Versiculi De Inventoribus Litterarum pag. 887.

Marci Cassinensis Monachi Vitam Benedicti Elegiaco Carmine, in sermone Aimoini Floriacensis de S. Benedicto Bibl. Floriacens. Part. I. pag. 281.

Aldhelmi Librum de Laude Virginitatis, versibus Hexametris scriptum. Londini. 1693. 4.

Theodulfi Aurelianensis Carminum Libros VI. a Sirmondo cum aliis ejus Scriptis editos Paris. 1646. 8. quibus adde Poemata X. ap. Mabillonium Tom. I. Analect. pag. 376.

Longius esset recensere Poemata Bedæ, Alcuini, Pauli Diaconi, Rabani Mauri, Walafridi Strabi, cujus extat Hortulus, de quo vide infra pag. 593. Hildeberti Cenomanensis, Fulberti Carnotensis et Petri Mauritii Venerabilis. Theoduli Eclogam, sive Libellum, in quo colloquuntur Ἀλήθεια, et Ψεύδης, judice Φρόνησει, Paschasii Radberti Carmen geminum de Corpore et Sanguine Christi, quorum posterius Bedæ, forsitan rectius tribuitur. Engelmodi Suessionensis Carmen de laudibus Paschasii, Smaragdi Carmen Epistolis et Evangeliis præfixum, Freculfi Præfationem ad Libros Chronicorum, Angelomi ad Libros Regum, et Agobardi Epitaphium Caroli M., De translatione SS. Martyrum Cypriani, Sperati, &c.

Octo Auctorum Moralium Editio Lugd. 1507. fol. recusa ibi. 1520. continet præter Catonis Disticha, et Theoduli suprascriptam Eclogam, Librum Faceti cujus auctor censetur Tebaldus quidam Seculi XII. scriptor, ex quo Poemate Galateum suum effinxit Joannes Casa, et ejusdem Librum de contemptu Mundi: Tobiam infrascripti Matthæi Vindocinensis, Alani Parabolas, et Æsopi Fabulas versibus Elegiacis. Floretti Librum continentem Flores Canonum ac sacræ Theologiæ, et Joannis Sulpicii Verulani Librum de moribus Puerorum, præcipue in mensa servandis.

His adde insuper:

Matthæi Vindocinensis præliciti, sive de Vendome, medio Sæculo XII. clari Libri Tobiæ Metaphrasim Elegiacam. Prodijt typis Argentor. 1550. Lugd. 1558. 8. Basil. 1563. 4. et Bremæ. 1642. 8. et Lipsiæ. 1691. 8.

Petri de Riga, qui non diu post Vindocinensem vixit, Auroram, sive Metaphrasim Poëticam aliorumque Librorum Biblicorum eodem carminis genere elaboratam, et interpolatam ab Ægidio Delphensi, magnaque parte ineditam.

Cesonij Episcopi Hispani Genesim, ex qua Barthius quædam affert ad Statium Tom. I. pag. 227. Tom. II. pag. 1225. pluraque inseruerat Libro CIX. Adversar.

Guidonis Ferrariensis Margaritam Bibliæ Gyraldo Vossioque nominatam.

Petri de Rosenheim Memoriale Divinorum Eloquiorum, et Rationarium Evangelistarum.

Metelli Tegerensis, Monachi Benedictini circa A. C. 1060. clari Odas Quirinales in laudem S. Quirini Martyris, metris Horatianis, et Eclogas alias X. editas a Canisio Tom. I. Antiq. Lect. in Appendice.

Henrici Monachi Altissiodorensis De Vita S. Germani Libros IV. Anselmi Cantuariensis Carmen de contemptu Mundi, Chilieni Monachi Vitam Brigittæ Scotæ, apud Bollandum die 1. Februarij pag. 141. seq.

Marbodi Episcopi Redonensis Vitam Theophili pœnitenti apud eund. Bollandum. die 4. Febr. pag. 476. seq.

Iacobi Cajetani Cardinalis Vitam Petri Cœlestini Pontificis ap. Papebrochium Tom. IV. Maij. die 19.

Hygini in S. Amandum Tom. I. Febr. pag. 903.

Vulfaij, sive Vulfagi Monachi ad Milonem ibidem pag. 888.

Hymnus in S. Verdianam Tom. I. Febr. pag. 257.

Guidonis Monachi Corbejensis Vita S. Anscharij carmine Heroico ibidem pag. 247.

Rythmi antiqui in mortem Caroli Comitis Flandriæ Tom. I. Martij pag. 219.

Vita S. Senani Tom. I. Martij pag. 761. versibus latinis politicis leoninis

Iacobus Presbyter de miraculis Zenonis Veronensis Tom. II. Aprilis pag. 76.

S. Casimiri Hymnus ad B. Virginem Tom. I. Martij pag. 357.

Plura alia hujusmodi vide in Actis Sanctorum apud Bollandum

Hroswithæ Monialis Gandersheimensis A. C. 980. claræ Poemata prodiere typis Norimbergæ. 1501. et Witebergæ. 1707. 4. in quibus deest Carmen Heroicum De Constructione sive primordijs Cœnobij Gandersheimensis, quod postea publicarunt Jo: Georg. Leuckfeldus Guelferbyti. 1709. 4. et Leibnitzius Tom. II. Script. Brunswicensia illustrantium Hannoveræ. 1710. fol.

Bilindis Abbatissæ Bergensis versus. Prudentij Tricensis, sive Triassini, de quo vide Tom. VI. Biblioth. mediæ et infimæ ætat. pag. 19 Carmen apud Barthium Lib. XVIII. Cap. 2. Salomonis Constantiensis Versus ad Dilonem apud Canisium Tom. I. Antiq. Lectionis.

Hartmanni, sive Artmuti potius, Bernardi Abbatis S. Galli, Eckeardi†, Notkeri Medici*, Ratperti, Strabi Galli Fuldensis, Tutelonis, Waldrammi, et Anonymorum apud eundem Tom. V. Poematico.

† Eckearhus forte seu Eccardus de quo Tom II. pag. 78. Biblioth. mediæ et infimæ ætatis.

* Forte Monachus reponendum est, de quo Notkero Monacho cognomento Balbulo vide Tom. V pag. 145. Biblioth. mediæ et infimæ ætatis

Petri Pictaviensis Poemata in Biblioth. Cluniacensi pag. 604.

Arnulphi Lexoviensis Poemata edita Lipsiæ. 1655. 8. cum Joannis Sarisberiensis Enthetico, sive Nuthetico, et Carmine de membris conspirantibus.

Bernardi Moralensis clari circa A. C. 1140. Libros III. de contemptu Mundi, et Speculum Mundi. Bernardi Clyrensis Sæculo XIII. clari Palponistam sive Adulatorem, quo titulo vita aulica et privata versibus leoninis depingitur. Walonis Britanni Carmen Satyricum in Monachos. Guilelmi Flandri Epicedium. Hæc omnia prodiere Cygneæ. 1680. 8. curante Christiano Daumio.

Petri Blesensis De Eucharistia, inter ejus Opera. De quibus vide Tom. V. Bibl. med. et inf. ætatis pag. 247.

De his alijsque Poetis Christianis plura vide apud Daumium in Syllabo, Paulini Petrocorij editioni præmisso Lipsiæ. 1681. 8. in ejusdem Daumij Reinesijque Epistolis amœbæis, apud Barthium in Adversarijs, et in Cangij indice præfixo Glossario mediæ latinitatis.

Philippi Gualteri#, Insulensis, Episcopi Magalonensis Alexandreis, sive de rebus gestis Alexandri Magni Libros X. carmine Heroico non ineleganter, Q. Curtij vestigijs adhærentes, circa annum. 1171. descriptos. Prodiere typis Argentinæ. 1513. Ingolstadij 1541. 8 et Lugd. 1558. 4. singulari et nitido typorum charactere.

Magister Philippus Gualterus de Castellione nuncupari consuevit, patria vero Insulanus, ut in Biblioth. mediæ et infimæ ætatis videre est Tom. III. pag. 112. ubi de Gualtero loc. sequens prostat Distichon:

Insula me genuit, rapuit Castellio, nomen
Perstrepuit modulis Gallia tota meis.

Licet etiam est Gualterus Flandeus, vide ibi videre pag. 114.

Guntheri Monachi Cisterciensis circa annum ·1210· clari Ligurinum carmine Heroico Libris ·X· conscriptum, sive de rebus a Friderico ·I· Barbarossa per Italiam ac praecipue Liguriam gestis. Prodijt typis Augustae Vindel. 1507 fol. curante Conrado Peutingero, deinde Argentinae ·1531· fol. postea Basileae ·1569· fol. iunctus Othoni Frisingensi, rursus Francofurti 1582 vel 1584 apud Wechelium inter Script. Rer. Germ. collectos a Justo Reubero fol. Denique cum Notis Conradi Rittershusij ·1598·8· Tubing. Notis Conradi Rittershusij illustrando Othonis Morenae et Acerbi Morenae ejus filij Historiae Laudensis cum Notis Felicis Osij commentarijs esse poterit inprimis utilis, quod vide Tom. III. Thesauri Antiq. Italiae Graeviani.

— Collectio haec prodijt deinde Hanov. 1619. et Francof. 1726. fol.

Guilelmi Britonis Aremorici, sive Armorici, aut Vasconis Libros ·XII· Philippidos, hoc est Poema Heroicum de rebus Philippi Francorum Regis, qui anno Christi ·1223· obijt. Prodiere typis cum Caspari Barthij annotation. Cygneae ·1657·4·

Petri Apollonij Collatij Presbyteri Novariensis De Excidio Hierosolymitano Libros ·IV· Prodiere Mediolani ·1481·4· vivente ipso Collatio, deinde Parisijs ·1540· postea in Bibliotheca Patrum Margarini de la Bignè, demum Antuerpiae ·1586·8· Hinc mirari subit Collatium hunc a Bibliothecae Patrum Collectoribus ad Saeculum ·VII· referri, et ab alijs Viris doctis pro antiquo haberi. Extat ejusdem Collatij Carmen Heroicum de Davide et Golia, ad Laurentium Medicem: Christi querela ad Judaeos eodem versuum genere, Elegia de laudibus Vitae Rusticae, et Epigrammata, quae typis prodiere Mediolani 1692· 4· curante Lazaro Augustino Cotta ex Antonij Magliabechi beneficio.

Falconia Proba post annum Christi ·393· composuit Centonem De fabrica Mundi et Evangelijs, Virgilianis cooptatum versiculis. De hoc Centone et de Falconia vide Fontaninum de Antiquitat. Hortae Romae 1708·4· Libro ·II· Cap. ·1· seq. Prodijt quam pluries, novissime vero Halae ·1719·8· curante Jo: Henrico Kromayero, cum Notis et indice. Vide Biblioth. mediae et infimae aetatis pag. 142. seq. Tom. II.

Historia Poetarum et Poematum medij Aevi auctore V. Cl. Polycarpo Leysers, prodijt Halae Magdeb. 1721. 8. in qua pag. 312 secundam ejus Partem expectans jubemur

pag. 268. Cap. III.

Ecclesiasticorum Scriptorum memoriæ seu Bibliothecæ debentur Sixto Senensi, Antonio Possevino, Roberto Bellarmino, doctisque viris, qui in hunc supplementa edidere, Philippo Labbeo et Casimiro Oudin atque duobus Olearijs, Jo: Gerhardo et Jo: Gottfrido. Præ cæteris autem commendatissimæ sunt Bibliothecæ Ecclesiasticæ quarum unam Gallice scripsit Ludovicus Elias du-Pin, alteram Latine Guilielmus Caveus sub Historiæ Literariæ Scriptorum Ecclesiasticorum titulo, per XII. sæcula duplici insigni Vol. in fol. docte complexus est. Reliqua usque ad annum 1520. supplevit Henricus Warthonus, et in posteriori Volumine Robertus Gerius Cavei gener. Ambo Volumina conjunctim una serie digesta ediderunt Genevenses anno 1707. recusa Oxon. 1740. quæ edit. æstimari solet sterl. 3. scel. 16.

Sixti Senensis Bibliotheca Sancta prolixit Paris. 1610. venire solet scel. 7.

Instituti nostri non est Scriptores hos universos hic recensere, satisque erit Scriptores Latinos Ecclesiasticos per IV. priora a Christo nato Sæcula celebriores, quorum Scripta ad nos pervenere, hoc loco paucis perstringere.

IN PRIMO SÆCULO nullus occurrit Scriptor, si a supposititijs decesseris, ut puta ab Herma, Clemente, Abdia, &c.

IN II. SÆCULO solus occurrit pag. 269.

Q. Septimius Florens Tertullianus Carthaginiensis circa annum 205. in Montanistarum sectam prolapsus, et circa annum 220. vita defunctus.

Prodiere typis pluries Tertulliani Opera, præsertim vero Paris. 1566. 8. duobus Vol. apud Wechelum, editio nitida, et elegans; ac deinde alibi, ut Antverpiæ, Coloniæ, &c. Edit. Paris. 1566. constat Scel. 7½. Prodiere quoque Paris. 1675. fol. ac æstimari solent Scel. 9.

pag. 281.

Irenæus dubium an latine scripserit an græce, nec inter se conveniunt viri docti. Eamque quam habemus ejusdem Operum versionem, non ab Irenæo ipso profectam aliqui recte fortasse contendunt. At enim Græce scripsisse Irenæum, et longo tempore interjecto post annum C. 385. occasione Priscillianistarum eam, quæ extat, versionem nescio quo auctore concinnatam esse ostendit H. Dodwellus Diss. V. in Irenæum. Interim luculentam ejusdem pij et antiqui Scriptoris editionem debemus Jo: Ernesto Grabio Oxon. 1702. fol. Utinam Græca, quæ alicubi in Orientis Bibliothecis dicuntur delitescere, tandem in dias Luminis auras proferantur.

Edit. Irenæi. Oxon. 1702. Gr. Lat. æstimari solet Scel. 12.

IN SÆCVLO III. floruere infrascripti

M. Minutius Felix hoc seculo floruisse communiter creditur, quamvis antiquiorem fuisse in extremis M. Antonini temporibus scripsisse persuasit sibi H. Dodwellus Diss. III. Cap. 16. Dissertationum Cyprianic. Quin Blondellus Libro Gallice edito de Eucharistia pag. 119. Minutium æqualem facit Frontonis, qui M. Antoninum docuit circa A.C. 160

Prodijt pluries, præsertim vero Halæ Sax. 1699. 8. æstimari solet Sel. 1½. curante Christ. Cell. Cantabrigiæ. 1707. 8. cum notis variorum, Lugd. Bat. 1709. 8. et Cantabrigiæ 1711. 8. itidem cum variorum Notis, 3tia Editio Cant. æstimari solet Scel. 2.

pag. 284.

Thascius Cæcilius Cyprianus anno C. 258. Martyrium pro Christo fortiter sustinuit.

Ejus Operae tum conjunctim tum separatim typis sæpissime prodiere. At in conjunctis luculentæ est Oxon. 1682. fol. aliæque dua. Bremæ. 1690. et Amst. 1699. fol. Henr. Dodwelli Dissertationibus Cyprianicis XIII. locupletatæ.

pag. 289.

Arnobius orator gente Afer, scripsit Libros VII. adversus Nationes circa annum U. C. 1050. Christi 298. ut ipse innuit pag. 94. Editionis præstantissimæ Salmasianæ Lugd. Bat. 1651. 4. constat 8ue edit Scels. alias etiā 8 ex Officina Joannis Maire. Obijsse creditur non ante annum 326. ut Tom. I. pag. 138. hujus Bibliothecæ mediæ et infimæ ætatis

pag. 293.

Cœlius Lactantius Firmianus, Ciceronis imitator, teste Ludovico Vivis Lib. II. de Anima pag. 88.

Inter Lactantij editiones eminent Cujacij 1587. 8. apud Plantinum Lugduni 1660. 8. Lugd. Bat. apud Fran. Hackium. Oxoniæ. 1684. 8. Cantabrigiæ. 1685. 8. Lipsiæ. 1698. 8. cum Chr. Cellarij Notis. Lipsiæ iterum 1715. 8. cum Jo: Georgij Walchij Notis.

pag. 292

Victorinus Petavionensis Pannonius, sub cujus nomine Commentarius in Apocalypsin legitur in Bibliothecis Patrum. Scio plerosque illum Victorino abjudicare, sed fieri potest, ut partim illius sit, partim alterius, tamen ab alio interpolatus, quod est judicium Launoij pag. 50. Dissert. de Victorinis Paris. 1653. 8. Tractatum brevem De Fabrica Mundi sub Victorini nomine vulgavit Caveus in Historia Literaria.

Incertum an Afer fuerit patria. Certe Romæ, ut ex Hieronymo Cap. LVIII. de S. E. discimus, insignis Causidicus fuit.

Extat ejus Octavius, sive Dialogus Cæcilij Natalis, Cyrtensis Ethnici, cum Ianuario Octavio Christiano, Ostiæ de Religione disputantis.

pag. 292

Arnobius alius medio seculo V. ad Leontium et Rusticum scripsit Commentarios in Psalmos edita Argentinæ 1522. 4. recusa Coloniæ 1532. 8. Basil. 1537. 8. et Paris. 1639. cum Annotationibus, ejusd. Arnobij ad quaedam Evangeliorum loca, a Schotto recensitis Basil. 1543. 8. Extat et Altercatio hujus Arnobij cum Serapione Aegyptio in Bibliotheca Patrum Parisijs et Lugduni

pag. 302

IN SÆCVLO IV. floruere infrascripti:

Julius Firmicus, de quo supra hoc Tomo pag. 70.

S. Hilarius Pictaviensis Episcopus, quem eloquentiæ latinæ Rhodanum dixit Hieronymus, vita functus est A. C. 367.

Ejusdem Operum Editiones præcipuæ, Paris. 1598. 8. ex Biblioth. P. Pithoei, recusæ Coloniæ 1617. et Paris. 1631. et 1652.

pag. 304. Lucifer Caralitanus Episcopus in Sardinia anno 371. defunctus est. Cujus scripta ex minus emendato Codice edidit Joannes Tilius Paris. 1568. 8. ac deinde in Bibliothecis Patrum. Vide quæ dicuntur in Bibl. Græca Tom. VIII. pag. 402.

Phœbadius Agenni in Aquitania Episcopus Hosio adhuc vivente sed iam nonagenario scripsit Librum contra Arianos, ~~[illegible]~~ formulam Sirmiensem anno 357. ad Gallos missam refellit. Edit. Genevæ 1570. 8. curante Theod. Beza, Paris. 1586. 4. cur. P. Pithoeo, et Francof. 1623. 8. cur. Casp. Barthio.

S. Zeno Veronensis Episcopus traditur auctor esse Sermonum CIV. quos Caveus nescio quomodo numerat 93. Tillemontius 27. atque genuinos eiusdem esse censent viri docti. Quamquam Sixtus Senensis Biblioth. Sanctæ Lib. IV. pag. 391. majori ex parte ex diversis auctoribus collectorem esse evelat. Christianum ~~[illegible]~~ Apulejum appellat ~~Tillemontius~~ Caspar Barthius. Edit. Venetijs. 1508. 8. Veronæ 1586. 4.

pag. 306.

Fabius Marius Victorinus Afer, Romæ Rhetoricam docuit, præceptor, ut ajunt, S. Hieronymi, licet hoc neutiquam credere suadet Hieronymus, et Christo nomen dedit iam senex, teste Augustino Confessionum Lib. VIII. Cap. II. et cum Julianus anno 362. prohibuisset Christianos docere litteraturam et Oratoriam, Victorinus noster iam ad Christi fidem transierat, atque, ut ibi Cap. V. ait idem Augustinus, Loquacem Scholam deserere maluit, quam verbum tuum Domine.

Opera omnia Fab. Marij Victorini recensentur Tom. VI. Biblioth. mediæ et infimæ ætatis, pag. 294.

Opera ejus varia separatim, atque multis in locis prodiere typis, conjunctim nunquam quod sciam. Ejus sunt inter cætera Libri IV. de Orthographia, et ~~ratione~~ Metrorum, ut infra in Grammaticis pag. 474. et Expositio in I. et II. Rhetoricorum Ciceronis, ut infra in Rhetoribus pag. 501.

pag. 308.

S. Damasus Romanus Pontifex a 1. Oct. 366. ad 10. Dec. 384. memoratus supra pag. 243. n.° 25.

Ejus Poemata omnia edidit Andr. Rivinus Lipsiæ 1652. 8. et Martius Milesius Sarazanius tum Poemata tum Opuscula alia Romæ 1638. 4. ac Feder. Ubaldinus, recusa Paris. 1672. 8.

S. Optatus Milevitanus in Numidia Africæ Provinciæ Episcopus circa A. C. 370. scripsit Libros VI. adversus Parmenianum, Donatianæ partis Carthagine Episcopum.

Edit. præstantissima Paris. 1700. fol. curante Lud. Elia Du-Pin, recusa Amstelod. 1701.

pag. 309. Episcopus ab anno 380. ad 388.

S. Philastrius Brixiensis, scripsit Libellum de Hæresibus. Prodijt typis Basil. 1528. et 1539. 8 deinde Helmst. 1611. et 1621. 4. Denique Hamburgi. 1721. 8. cum Notis Jo: Alberti Fabritij. Novissime vero Brixiæ. 1738. inter Brixiæ Episcoporum Opuscula, curante Petro Galeardo.

Pacianus Barcinonis in Hispania Episcopus A. C. 390. defunctus, Lucij Dextri pater, de quo mox dicendum est, cujus variæ extant Opuscula, quæ typis edidit Jo: Tilius Paris. 1538. 4. deinde Paul. Manutius Romæ. 1564. fol. cum Salviano, et Sulp. Severo.

pag. 310

Gregorius Beticus Episcopus Illiberitanus, cui tributum est Martyrologium Madriti editum. 1667. quod tamen explodit Nic. Antonius Lib. II. Bibl. Vet. Hispan. cap. III. Libellum quoque de Trinitate Gregorio abjudicant viri docti, et Faustini Presbyteri Luciferianæ partis esse docent. Libellum de Fide huic Gregorio tamen vindicat Paschasius Quesnellus Dissert. XIV. ad Leonem Magnum.

S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis ab anno Chr. 374. doctrinæ et constantiæ laude admirandus usque ad annum. 397. quo vita est defunctus. Editio ejus Operum præstantissima Paris. 1686. et 1691. fol. duob. Vol. cura Patrum Maurinorum.

pag. 317.

Flavius Lucius Dexter, quo hortante Librum de Scriptor. Ecclesiasticis scripsisse se in Epistola ad eundem præmissa testatur Hieronymus, cujus et meminit Cap. 132. his verbis: Dexter Paciani, de quo supra dixi, filius, clarus apud seculum, et Christi fidei deditus, fertur ad me Omnimodam Historiam texuisse, quam necdum legi. Hanc in deperditis jampridem habuere Viri docti. At Hieronymus Romanus de Higuera Soc. Jes. Toletanus Omnimodæ, hujus Historiæ alienventæ laudem sibi ac socio ejus Thomæ Torrialbæ ementitus est. Fictitiam enim, atque ipsius fortasse Higuerræ opus censent viri eruditi, atque adeo non Lucius Dexter, sed Tenebrio Sinister audit hujus operis auctor apud Cornelium a Lapide.

pag. 319.

S. Martinus Turonensis Episcopus ab anno 375. usque ad annum. 400. quo e vivis sublatus est, Turonensem Ecclesiam rexit. Professio fidei de Trinitate brevis, quę sub S. Martini fertur nomine, et cum varijs lectionibus exhibetur a Casp. Barthio pag. 120. suppositititia videtur Schurzfleischio; Vide Cambefis. Bibliothecam Concionatoriam Tom. VIII. pag. 470.

S. Hieronymus, quem ob multa et egregia, quę nobis reliquit monumenta, Bibliothecam Ecclesię vocat Ionas Aurelianensis Lib. III. contra Claudium Taurinensem pag. 1243. Orthodoxograph. natus est A. C. 331. factusque Presbyter anno. 350. ętatis. 29. et cum per triennium inde Romę, et annos. IV. in Eremo Syrię versatus esset, reliquam omnem ętatem porro Bethlehemi exegit, diemque obijt A. C. 420. ętatis. 89. licet inchoatum. 92. attigisse contendit Dodwellus III. 7. Dissert. ad Irenęum. Editio omnium ejus Operum locupletissima Paris. 1693. usque 1706. fol. quinque Voluminibus, curante Joanne Martianęo Monacho Benedictino; sed Tom. I. Latinas versiones Hieronymianas ab eodem editas minime sinceras esse conqueruntur Viri Critici.

pag. 345.

Rufinus Aquilejensis, cujus varia doctaque Opera supersunt, de quibus ac de ejus Vita videndus Fontaninus in Historia Litteraria Forojuliensi, ac Jo: Joseph Liruti Tom. I. pag. 26. seqq. Obijt Rufinus anno. 410.

pag. 349.

Meropius Pontius Anicius Paulinus, Episcopus Nolanus obijt A. C. 431. ętatis. 78. de eodem dictum est supra in Collectione P. Fabritij pag. 223. n. 19. Editio omnium ejus Operum Paris. 1684. 4. duobus Volum. curante Jo: Baptista Le-Brun. Cui accedere poterunt inedita Paulini Poemata a Muratorio vulgata Tom. I. Anecdotorum Latinorum Mediolani. 1697. 4.

pag. 353.

S. Augustinus monumenta nobis reliquit, quę tanto jam olim in pretio in Hispania fuere, ut, cum ibi Exemplaria deessent, circa annum. 650. Tajo Cęsaraugustanus Episcopus Romam mitteretur. Editio omnium ejus Operum curantibus Maurinis Patribus Paris. anno. 1679. usque. 1701. fol. undecim Volum. Recusa Venetijs. 1723. Typis Jo: Baptistę Albrizzi.

Natus est Augustinus Tagastę in Numidia Idib. Nov.[ris] anno. 354. ex auditore Manichęorum anno. 387. conversus et baptizatus a S. Ambrosio, postmodum ab anno. 396. Episcopus Hipponensis in Africa, anno Christi 430. die. 28. Augusti, teste Prospero, diem obijt supremum.

Vide hic pag. 324

Bibliothecam Ecclesiasticam, quam Fabritius noster edidit Hamburgi. 1718. fol. in qua continentur Opera de Scriptoribus Ecclesiasticis

S. Hieronymi
Gennadij Massiliensis
S. Isidori Hispalensis
Ildefonsi Toletani
Honorij Augustodunensis
Iuliani, Felicis, ac Anonymi Appendices ad Isidorum et Ildefonsum.
Anonymi Mellicensis
Petri Casinensis cum supplemento Placidi Romani.
Io: Trithemij
Auberti Mirgi Auctarium de Scriptoribus Sęculi. XVI. et. XVII.

ea recusa est Belgij, seu Amstelodami. 1703. sub Antuerpiæ nomine, minori typorum charactere, addito Tomo. XII. sub titulo appendicis Augustinianæ, curante Joanne Phereponö, sive Clerico: qui cum animadversiones suas addidisset, et liberius paulo Augustinum subinde reprehendisset, non minore libertate et eruditione defensionem Doctoris Hipponensis susceperunt Robertus Jenkius Socius Collegij S. Joannis in Apologia Augustini, Cantabrigiæ. 1707. 8. sine nomine edita, et Lamindus Britanius, sive qui sub hoc nomine latet Lud. Antonius Muratorius in Libro. III. De Ingeniorum moderatione in Religionis negotio Paris. 1714. et Francof. 1716. 8.

pag. 337.

Marius Mercator Afer, ut videbur, scripsit ante annum. 450. Editio ejus Operum Paris. 1684. 8. cum Steph. Baluzij Notis
Editæ fuerant etiam. 1673. fol. ibid. a Garnerio Soc. J.
pag. 339.

Tiro Prosper Aquitanicus Leonis. I. Notarius, Pelagianæ hæreseos strenuus oppugnator, obijt anno circiter. 463. Chronicique auctor, cujus Editiones. 4. circumferuntur. Vulgaris, quæ Chronico Eusebiano et Hieronymiano in Edit. Pontaci et Scaligeriana subjungitur, incipitque ab anno. 379. quo desinit Hieronymus, et ad annum usque 445. progreditur: Duchesniana, quæ Chronico eidem decem annorum historiam adiungit, et ad annum usque. 455. quo capta est a Genserico Roma, pertingit, quam primus vulgavit e Codd. MSS. Sirmondi et Chiffletij Duchesnius Tom. I. Historicorum coætaneorum Franciæ. Paris. 1641. fol. Pithoeana, seu Imperatoria, quæ anno. 379. exorsa, non per Consules, sed per annotatos in margine Imperatorum annos procedit, et in annum. 455. desinit, quam in lucem emisit Petrus Pithoeus. Parisijs. 1588. recusa a Labbeo Tom. I. Bibl. MSS. pag. 56. Labbeana demum, quam ~~[illegible]~~ [illegible] Philippus Labbeus Tom. I. Biblioth. Novæ M.SS. pag. 16. ~~[illegible]~~ recudique curavit Grævius Tom. XI. Thes. Antiq. Rom. pag. 269. quæ integrum Prosperi Chronicon exhibet, quale a Gennadio et Victore Aquitano, seu Victorio Præfat. ad Canonem Paschalem describitur, a Mundi principio exorsa ad annum usque. 455. pertingens. Hinc Sirmondus Hist. Prædestinatiana Cap. V. duos putat fuisse Prosperos ejusdem ambos ætatis, et utriusque Chronici auctores, quod ambo perduxerint ad Urbem a Genserico captam: at Prosperum Pithoeanum appendicem tantum videri adiecisse Eusebio et Hieronymo, per annotatos in margine Imperatorum annos procedentem; Tironem vero Prosperum Victorij, Gennadij et Cassiodori testimonio a Mundi principio exorsum ad Vandalicam usque direptionem opus suum, per Consules direxisse. Nec verisimile videri eundem Auctorem eadem bis tamquam diverse tradidisse.
Editio novissima omnium Tironis Prosperi Operum Paris. 1711. fol. ubi Chronicon integrum, seu per Consules exhibetur pag. 685. Chronicon vero Pithoeanum, per Imperat. annos, in Appendice Parte. I. pag. 209.

Omnia Prosperi Opera prodiere Parisijs. anno. 1711. ut notatum est in Biblioth. mediæ et infimæ ætatis Tom. VI. pag. 13.

pag. 360.

S. Leo Magnus Pontificatum gessit ab A. C. 440. ad. 461. Eius Operum omnium Editio accuratior integriorque Paris. 1675. 4. duobus Volum. cura Paschasij Quesnelli cum ejus Notis et Dissertat. Librorum prohibitorum Indici impositus est Romae; at non obstante prohibitione Romana Quesnelli Leo recusus est Lugd. 1700. fol.

pag. 363.

Ex SAECVLO V. additur

Severus Sulpicius Primuliacensis in Aquitania Presbyter, cujus Historiarum Libri. II. succincte et eleganter persequuntur res ab Orbe Condito ad Consulatum usque Stiliconis, seu A. C. 400. quamquam tempora non accurate ab eo distingui, Historiamque sacram breviter nimis transiliri, conqueruntur Viri docti. Editio locupletior Lipsiae. 1709. 8. curante Thoma Fritschio, cui scilicet additae sunt Epistolae. VII. ejusdem Severi

pag. 365

Paulus Orosius Hispanici generis Presbyter, quem alij ex Braga Lusitaniae contendunt, alij Tarraconensem esse non dubitant, in Orientem, Petavio auctore Rat. Temp. Part. I. Lib. VI. Cap. XVI. pag. 316. ab Augustino missus, inde sub annum. 416. Stephani Reliquias in Africam attulit. Hortatu ejusdem Augustini circa eundem annum. 416. vel. 417. scripsit Libros. VII. Historiarum adversus Paganos, ab Orbe condito ad annum Christi. 417. ubi ut non pauca Orosius ex Iustino, Eutropio, Suetonio alijsque in Opus suum derivavit, sic multa Orosij ad verbum repetuntur in Historia Miscella. Praestantissima Orosij Editio est Moguntina. 1615. 8. ubi Caput. I. Libri. I. auctius habetur ex M. S. Genevensi. Apologeticum contra Pelagianos de arbitrij Libertate ejusdem esse Orosij censent Viri docti contra Petrum Wastelium Carmelitam, prodijtque cum Historiarum Libris frequenter.

pag. 368.

Q. Iulius Hilario, sive Hilarianus, scripsit Caesario et Attico Coss. hoc est A. C. 397. Expositum de ratione Paschae et primi Mensis. Editum Paris. 1712. 8. ad calcem Epitomes Institutionum Lactantij pag. 215. usq. 246. curante Christophoro Matthaeo Pfaffio. Scripsit quoque Hilarianus Librum de cursu temporum, sive Chronologiam. Edita est in Bibliothecis Patrum, praecipue vero in novissima Lugdunensi inter Sulpicium Severum et Orosium media, Tom. VI. pag. 373. usque. 376.

S. Eucherius illustri genere, et ex Senatorio Viro et Consulari Monachus Lirinensis, atque inde ab anno 434. ad 455. Episcopus Lugdunensis, amicus Paulini Nolani. Opera ejus recensentur Tom. II. Biblioth. mediae et infimae aetatis pag. 115. seqq. Prodiere autem Basil. 1531. fol. et Romae. 1564. fol. apud Manutium

Prodijt etiam Severus in Bibl. Patrum maxima, Lugduni. 1677. fol. Tom. VI. pag. circiter. 370.

Edita porro est haec Severi Historia novissime Mediol. 1734. fol. inter Opera Sigonij curante Philippo Argelato.

Haec Sigonij Operum Editio completa anno. 1732. constat Tom. VII. fol. ac aestimari solet Sterl. 6. Scel. 6. tamen apud Fran. Pikeri Bibliopol. Ven prostat pretio. L. 1801. – anno 1754.

Saepius etiam Orosius editus est in Bibliothecis Patrum. Praesertim vero in Lugdunensi Tom. VI. pag. circiter. 377. Impressus est demum Lugd. Bat. anno 1738. 4. cum Notis Havercampij

De Ausonio, Sidonio Apollinari et SAECVLI. VI. Scriptoribus Cassiodoro, Boethio, Iornande supra suo loco dictum est.

Quamvis SAEC VII·XII· Scriptor meretur etiam hoc loco memorari

Joannes Sarisberiensis, hoc est de Sarisberia, Anglus, qui anno Christi·1182· e vivis sublatus est, postquam anno circiter·1170· Episcopus Carnotensis in Senonensi Provincia electus renunciatus, post Thomae Cantuariensis Martyrium anno eodem·1170· perpetratum, cui usque ad finem Joannes adhaeserat, alioque in eadem Provincia Senonensi exulaverat. Petri Abelardi fuit auditor, scripsitque Libros·VIII· Polycratici, in quibus varia praeclara, et ex scriptis melioris aevi excerpta continentur, agitque de Nugis Curialium, et vestigijs Philosophorum. Scripsit quoque Libros·IV·Metalogici, in quibus varia Logicae et Philologica jucunde edisserit. Scripserat et Vitam S. Thomae Cantuariensis, quam ex Calmera maxima parte a Sarisberiensi collectam edidit Henricus Warthonus Tom·II· Angliae Sacrae. Prodiere haec Sarisberiensis Opera Paris·1610·8· Lugd·Bat·1639·8· et Amstel·1664·8· De alijs ejus Scriptis vide Caveum.

pag·1774. Cap·IV.

Fragmenta Historicorum ab Antonio Augustino collecta, et a Fulvio Ursino emendata cum Ursini ad Sallustium, Caesarem, Livium, Vellejum, Tacitum, Suetonium, et reliquos Historiae Augustae Scriptores observationibus prodiere Antverpiae·1595·8·

Sed et Antonius Riccobonus ad calcem Libri de Historia Venetijs·1568·8· Basil·1579·8· collegit Fragmenta M·Porcij Catonis Censorini, Q· Claudij Quadrigarij, L· Sisennae, C·Crispi Sallustij, M·Varronis, Fabij Pictoris, Pisonis Frugi, C·Fannij, L·Caelij Antipatri, Sempronij Asellionis, C·Licinij Macri, Valerij Antiatis, L·Cassij Heminae, Q·Aelij Tuberonis, C·Oppij, Cornelij Nepotis, P·Nigidij, M·Valerij Messalae, Fenestellae, Atteij Capitonis, Masurij Sabini, Tuditani, Cn·Gellij, L·Cornelij Syllae, L·Cincij Alimenti, Julij Hygini, et Sammonici Sereni.

Denique Ausonius Popma Fragmenta Historicorum anno·1620·8· collegit, quae Sallustij quibusdam editionibus, uti Amstelodamensi·1661·12·

subyciuntur. Nomina illorum sunt: Q. Fabius Pictor, Q. Fabius Servilianus, L. Cincius Alimentus, C. Acilius, C. Fannius, de quo consules Belium in Lexico, Vennonius Scribonius Libo, M. Porcius Cato, A. Posthumius Albinus, Cn. Gellius, Sex. Gellius, L. Calpurnius Piso Frugi, Lutatius, L. Cœlius Antipater, Q. Ælius Tubero, P. Rutilius Rufus, P. Sempronius Asellio, Clodius Licinius, L. Licinius Macer, L. Cassius Hemina, Claudius Quadrigarius, Q. Valerius Antias, Cn. Aufidius, L. Cornelius Sisenna, M. Terentius Varro, Q. Hortensius Ortalus, de quo etiam Belium consules, T. Pomponius Atticus, Cornelius Nepos, L. Fenestella, Tanusius Geminus, Domitius, Cn. Egnatius Verinus, et M. Octavius. Hæc Fragmenta sine Notis Popmæ subyciuntur dictæ Editioni Sallustij Amstelodamensi. 1661. 12. Sed Cantabrigiensi. 1710. 4. cum Notis Popmæ, novisque Josephi Wassei curis. Prodiere hæc Fragm. nuper Patavii. 1722. 8. in Sallust. Edit. Cominiana, diligentius quam antea, Vulpiorum cura, collecta, recensita, atque disposita.

pag. 375.

Corpus Historiæ Romanæ Scriptorum Latinorum Veterum. Genevæ. 1609. fol. duobus Volum. et ibidem. 1623. in qua Collect. extant præter Scriptores jam memoratos in Tom. I.

Pseudo Messala Corvinus de progenie Augusti. Vide infra pag. 377. in Antiq. Hist. Corpore Eckhofreki Tom. II.

P. Victor de Regionibus Urbis Romæ

pag. 376.

Historiæ Romanæ Scriptores a Frid. Sylburgio editi Francof. 1588. fol. tribus Volum. quorum tertius Græcos Scriptores comprehendit, continent præter eos Latinos Scriptores, quos superior Collectio complectitur

Libellum de XIV Regionibus Urbis Romæ incerti autoris, sed diversum ab eo quem est, ut supra P. Victoris, atque ab alio ejusdem argumenti, de quo supra pag. 37. in Sexto Rufo, seu Rufo Festo; et

Julij seu Lucij Exsuperantij, Scriptoris antiqui, sed non satis exploratæ ætatis, Libellum de Marij, Lepidi, et Sertorij Bellis Civilibus. Repertus fuit ad calcem Sallustij de bello Catilinario et Jugurthino in M.S. Petri Pithoei, unde ex Sallustij Historiarum Libris Breviarium quoddam esse creditur. Idem forte hic Exsuperantius cum eo, quem memorat Rutilius Itiner. Lib. I. ver. 213.

pag. 377.

Historiæ Augustæ Scriptores Latini minores a Jano Grutero editi. Hannov. 1611. fol.

pag. 377.

Antiquæ Historiæ ex XXVII. Auctoribus contextæ Libri IV. opera Dionysij Gothofredi Lugd. 1591. 12. duobus Volum. In qua Collectione reperies universa quoque Annij Viterbiensis Opera, sive potius deliramenta. unde merito mirantur Eruditi Gothofredum hæc Anniana Commenta in suum Antiquæ Historiæ Corpus sine censura admisisse. Porro apud eum sequitur supra memorati Messalæ Corvini Libellus de Progenie Augusti ad eundem Augustum, a Jacobo Bedroto Pludentino primum editus Moguntiæ. 1540. sed qui nec titulo respondet, cum sit Epitoma Historiæ Romanæ ad Augustum usque, et Medij Ævi Scriptum esse creditur ab Eruditis. Quin etiam Onuphrius Panvinius in Commentarijs de Urbe Imperio, et Civitate Romana, cum quatuor ex Annianis Scriptoribus, secundæ ejusdem Operis Editioni Paris. 1588. 8. adjecti essent, hæc de illis fertur sententia: Hæc quatuor enim postrema Opuscula ab auctore esse dicuntur auctoritatis licet et fidei dubiæ, antiquitatis tamen non omnino contemnendæ.

pag. 379.

L. Fenestellæ nomine circumferebantur Libri II. de Potestatibus, sive Magistratibus Romanorum, qui postea Andreæ Dominici Flocci esse comperti sunt, dicatique ab ipso ac missi ad Brandem Cardinalem Placentinum, qui creatus est anno 1411. Primus sub Flocci nomine edidit Ægidius Witsius Brugensis 1561. 8. Tamen Simon Leevius in Lib. de Orig. et progr. Juris Civ. Rom. edito Lugd. Bat. 1692. 8. Fenestellam verum auctorem esse contendit, licet a Flocco quædam addita e Plinio Gellioque. Cætera, inquit, omnia ipsius L. Fenestellæ, qui Augusti ætatem attigit, alio nullus dubito. Hinc eum in dicto Libro recudi curavit, addiditque Notas selectas.

pag. 380.

De Historicis Latinis præclarum Opus Gerhardi Joannis Vossij, anno 1627. primum in lucem editum, et auctius anno 1651. Lugd. Bat. atque inde iterum in Germania Francof. 1677. 4. ac denique inter Vossij Opera Tomo IV. Amstel. 1703. fol. recusum.

pag. 1387

Marquardi Freheri Directorium utilissimum, ex quo cognoscere licet ubi praecipui Chronologi, Annalium Scriptores, et Historici incipiant, et ubi desinant, cum ejus Collectione Scriptorum Germanicorum prodiit Francof. 1624. 1637. fol. et ex Nobilissimi D. Burch. Gotthelf Struvij recognitione Argentorati. 1717. fol.

pag. 1385.

Bibliothecam Historicam Gallicam, qua neque locupletiorem sol aspexit, neque accuratiorem aut melius digestam evolverunt Eruditi, composuit praestantissimus Vir Jacobus Longus Presbyter Sacri Oratorij Parisijs, vita functus anno. 1721. Prodiit typis Paris. 1719. fol. in qua recenset Opera majora et minora, quoque, Vitas, Orationes, &c. numero circiter. 18000.

Bibliothecam Historicam Hispanam, Lusitanamque merito aliquis adhuc desideret, etiam post subsidium quod Nicolaus Antonius in Indice ad Bibliothecam suam Hispanam suppeditat Tom. II. pag. 604. seqq.

Bibliothecam Historicam Germanicam, longe adhuc absumus, ut similem, vel plenam aeque, vel tam bene digestam accuratamque habeamus. Specimen quoddam pridem edidit Michael Ertzius Erfurt. 1679. fol. et celeberrimus Jo: Georg. Eccardus anno. 1705. 8.

De Scriptoribus Rer. Hungaricarum David Czwittingerus in Specimine Hungariae Litteratae Francof. 1711. 4.

Bibliotheca Historica Dano-Norwegica Nicolai Petri Sibberen. Hamburgi. 1716. 8.

Bibliotheca Historica Anglicana Guilelmi Nicolsoni. Londini. 1707. 8. tribus Vol. deinde auctior. 1714. fol. uno Vol. utraque Editio Anglice.

Bibliotheca Historica Scotiae ejusdem Nicolsoni itidem Anglice. Londini. 1702. 8.

Bibliothecae Historicae Belgicae loco est Index Bataricus Adriani Pars. Prodiit Belgice Lugd. Bat. 1701. 4.

Bibliothecae Historicae Polonicae loco est Schediasma Litterarium de Script. Hist. Poloniae Sam. Joachimi Hoppij. Prodiit Dantisci. 1707. 4. deinde auctius praemissum Historiae Poloniae Joannis Dlugossi. Lips. 1711. fol.

De Historicis Venetis, qui publica auctoritate scripserunt, Bibliothecam dedit Apostolus Zenus in Museo Minervae Venetae (Galleria di Minerva Tom. I. pag. 165. usq. 168.

Bibliotheca Historiae Naturalis Jo: Jacobi Scheuchzeri. Tiguri. 1716. 8.

Bibliotheca Bibliothecarum Philippi Labbei toties recusa, sive de Historiae Literariae Scriptoribus, quae post bina Antonij Teisserij Volumina Genevae. 1686. et 1705. 4. novo etiam studio Viri alicujus docti suppleri ac locupletari desiderat. Prodiit Labbei Bibliotheca Rothom. 1678. et Lipsiae. 1682. u venire solet Scelerius. 2½

pag. 1385

Fasti Capitolini, sive reliquiæ Monumentorum Marmoreorum Romæ anno 1547. repertæ, et Alexandri Farnesij Cardinalis auspicijs in Palatio Capitolino repositæ, quibus Magistratuum, Bellorum, Triumphorum, aliarumque rerum memorabilium tempora, ab anno U. C. 120. ad annum 765. indicantur. Prodiere Venetijs 1555. 4. cura Francisci Robertelli. Deinde Onuphrius Panvinius una cum Fastis Siculis eos vulgavit in Appendice suorum Fastorum Heidelb. 1588. fol. Hinc Frid. Sylburgius inter Scriptores Græcos Hist. Romanæ minores 1590. fol. Occurrunt etiam apud Gruterum pag. CCLXXXIX. seq. atque – in Grut. Edit. Amst. 1707. Fasti ipsi occurrunt pag. CCXCVII. quibus inter cæteras additum est Fragmentum Fastorum Triumphalium effossum anno 1563. in Vinea D. Ludovici Matthae, quæ est ad radices Montis Esquilini, vicino Monte di S. Maria Maggiore, ubi pag. CCXCVIII. legitur inter alios triumphus actus anno U. C. 638. a M. Æmilio Scauro DE GALLEIS KARNEIS. Vide Freinshemium in Livij Supplem. Lib. LXII. n[ro] LI. pag. 161. Tom. V. Hist. Liv. Edit. Venet. 1715. – in Tom. II. Annalium Stephani Vinandi Pighij, quos Andreas Schottus a se suppletos et illustratos edidit Antuerp. 1615. fol. et in Thesauro Antiquit. Rom. Grævij Tom. XI. Hos Fastos sub Verrij Flacci nomine non dubitavit edere Onuphrius, quia nempe Suetonius Cap. XVII. de Illustribus Grammaticis, refert Verrium Fastos a se ornatos et marmoreo parieti incisos publicasse. Confer Vossium de Hist. Lat. pag. 104. 179. et Hanckium Lib. I. de Rom. Rer. Script. pag. 202. Primum vulgata a Bartholom. Marliano Romæ 1549. 8. Consulum, Dictatorum, Censorumque Romanorum series, una cum ipsorum Triumphis, quæ Marmoribus sculptæ in Foro reperta est, atque in Capitolium translata, Gentilis Delphinij et Thomæ Cavalerij opera, auspicijs Alex. Farnesij Cardinalis.

Suet. cap. XVII. de Clar. Gramm.

Verrius Flaccus Libertinus, docendi genere maxime inclaruit: namque ad exercitanda discentium ingenia æquales inter se committere solebat, proposita non solum materia, quam scriberent, sed et præmio, quod victor auferret; id erat Liber aliquis antiquus, pulcher, aut rarior. Quare ab Augusto quoque nepotibus ejus Præceptor electus, transijt in Palatium cum tota schola; verum ut neque amplius posthac Discipulum reciperet. Docuitque in Atrio Catilinæ domus, quæ pars Palatij tunc erat, et sestertia centena in annum accepit. Decessit ætatis exactæ sub Tiberio. Statuam habet Præneste in inferiori Fori parte contra Hemicyclum, in quo Fastos a se ordinatos, et marmoreo parieti incisos publicarat. Vide infra in Verrio Flacco, pag. 402.

pag. 1386.

Monumentum Ancyranum de Rebus Gestis Augusti Imperatoris a Busbequio in Legatione ad Solimanum II. Turcarum Imperat. A. C. 1553. descriptum, primum prodijt in Aurelio Victore Andreæ Schotti anno 1579. hinc ex Antonij Verantij apographo, qui Monumentum Ancyranum ante Busbequium lustraverat, in Pandectis Turcicis Leunclavij et in Gruteri Inscription. pag. CCXXX. Deinde Jacobus Gronovius ex Schedis Danielis Cosroni, qui post Busbequium et Verantium idem Monumentum denuo accuratius lustraverat, pleniusque ac emendatius

descripserat, iterum non paulo locupletius vulgavit, et cum Notis suis Memoriæ Cuperianæ subiecit Lugd. Bat. 1695. 4. Danielis Cuperi et Iacobi Gronovij Emendationes annotatæ quoque sunt in nova Inscriptionum Gruteri Editione pag. CCXX. Editum porro est in Rutgersij Varijs Lect. pag. 193. Rursus in Io: Guilelmi Bayeri Historia Monumenti Ancyrani, Jenæ. 1703. 4. Deinde in Tom. II. Itineris Pauli Lucæ in Græciam et Asiam Minorem Parij. et Amst. 1714. 12. Postremo in Itinere posthumo Iosephi Pittonis Turnefortij Tom. II. pag. 378. seq. Edit. Amstel. 1718. 4.

pag. 387.

Octavij Cæsaris Augusti non magis imperio rerumque gestarum magnitudine, quam amore Litterarum, eruditione, ingenio et scriptis illustrissimi Fragmenta quotquot reperire potuit, collegit, et in Varijs suis Lectionibus edidit, Notisque illustravit Ianus Rutgersius Lib. II. Cap. XIX. pag. 135. seqq. Petronium dictionis Augusti assiduum imitatorem observat Dousa in Præcidaneis pag. 192. seqq. Scripta Augusti, quorum Fragmenta Rutgersius collegit, fuere, Epistolæ pag. 136. Codicilli pag. 149. Edicta pag. 150. Rescripta Bruto de Catone pag. 152. Hortationes ad Philosophiam pag. 153. Orationes funebres ibid. Carmina pag. 154. Mandata de administranda Republica pag. 157. Commentaria ad Agrippam et Mæcenatem pag. 156. Breviarium Imperij pag. 156. 166. Rationarium Imperij pag. 158. 168. De Vita sua Libri XIII. pag. 158. Index rerum a se gestarum pag. 163. Testamentum pag. 163. Mandata de funere suo pag. 160.

Descripsit et Orbem Terrarum, ut ex Itinerario Antonini colligunt Viri docti, necnon ex Plinio qui Augusti ordinem in partitione Italiæ sequi se profitetur Lib. III. Cap. V. Sed non alio Opere factum id videtur ab Augusto, quam in Breviario Imperij.

Fescenninos Versus in Pollionem composuit, teste Suetonio.

Fescennina quædam in Antonium adhuc supersunt in Catalectis Poetarum.

Tragœdiam de Aiace et Achille nec edidit nec absolvit, sed Augustus ipse met delevit, teste Macrobio Saturnalium Cap. IV. Libri II.

Monumenta Varia Antiqua a Georgio Fabritio collecta, et in Libris. II. Antiquitatum edita Basil. 1549. 8. apud Oporinum, ut plures posteriores Editiones omittam.

Videndus de hujusmodi antiquitatibus in eximio Opere de Formulis et solemnibus Populi Romani verbis, Barnabas Brissonius.

Libro. II. hic videre est Calendarium Vetus Romanum hactenus ineditum. Ubi tamen inter dies nefastos de tribus Tarquinii Superbi Regifugiis nulla fit mentio #

pag. 590.

Specimina Veterum Scripturarum ex Codicibus M.SS. per varias ætates incredibili industria collegit, et Tabulis. 60. digessit Jo: Mabillonius Lib. V. Operis eximij de Re Diplomatica editi Paris. 1681. fol. atque æstimari solet Sterl. 1. Scel. 11 ½.

Mabillonium in assignanda Diplomatum antiquitate lapsum, et incertas proposuisse regulas, dubiæque fidei Archetypa, contendit Bartholomæus Germonius Soc. Jes. in Disceptatione de Veteribus Regum Francorum Diplomatibus, et Arte secernendi antiqua Diplomata vera a falsis. Paris. 1703. 12.

Respondit Germonio, licet præterito adversarij nomine, Mabillonius in Supplemento Librorum de Re Diplomatica, in quo Archetypa in his Libris proposita, ipsæque Regulæ denuo confirmantur, novisque Speciminibus et argumentis asseruntur et ~~confirmantur~~ illustrantur. Paris. 1704. fol.

Germonij secunda adversus Mabillonium Disceptatio lucem vidit Paris. 1706. 12. Mabillonij causam interim alacriter defensitantibus triumviris eruditis Justo Fontanini Forojuliensi in Vindicijs Antiquorum Diplomatum Romæ. 1705. 4. Theodorico Ruinarto in Ecclesia Parisiensi vindicata Paris. 1706. 12. et Petro Coustant in Vindicijs MStorum Codicum Paris. 1706. 8.

Denique Germonius novas Disceptationes edidit anno. 1707. 12. quibus Fontanino et Ruinarto respondere conatur, et Dominico Lazzarino atque Antonio Zatto, qui editis Epistolis Germonium et certissima quæque labefactare conantem perstrinxerunt.

Ediderat Fabritius eisdem Typis paginis 88. versibus Hexametris Librum unum Itinerum cum locorum veteribus recentioribusque appellationibus anno 1547.

Deinde soluta oratione præclara Antiquitatis Monumenta Insignia, ex Ære, marmoribus, membranisque veteribus collecta, pag. 120.

Postremo edidit eisdem typis anno 1550. homo Germanus, et in Hermunduris, in Oppido Chemnitz in Misnia natus, Opus eruditissimum, cui titulus Roma, ubi de situ, ambitu, gloria, antiquitatibus, interitu Almæ Urbis per totos quinque menses ab ipso Romæ magna cura diligentiaque conquisitis, incredibili brevitate judicioque disserit, paginis 187.

pag. 392.

Notitia Dignitatum utriusque Imperij Orientis et Occidentis, ultra Arcadij et Honorij, quibus inscripta est, tempora, incerto Auctore anno Christi. 426. concinnata. Pancirolus tamen e Tacito et Svetonio observat hoc Opus ab Augusto primum ceptum, deinde ab alijs Imperatoribus ad Theodosium usque continuatum, et pro ratione temporum immutatum. Sunt qui Ethico tribuunt, sed incerta conjectura petita a Cosmographia eidem attributa. Sunt etiam qui Mariano Scoto, quos valde falli ait Vossius pag. 58. de Philol. Hujus Operis auctorem Constantinopolitanum suspicatur Montfauconus pag. 133. Diarij Italici. Paulo post mortem Honorij scriptum notat Valesius ad Sozomeni Lib. VIII. Cap. 25. Breviarium Theodosij Iunioris vocat Alciatus.

Prodijt primum etsi minus integrum anno. 1528. ab Andrea Alciato dicatum Joanni Pelordo. Alizzotius deinde recusum inter Alciati Opera Basil. 1546. Tom. II. et. 1582. Tom. IV. et Libro de Magistratibus subiectum.

Cum vero Alciatus partem dumtaxat, vel Excerpta edidisset, integrum primus protulit Beatus Rhenanus, quem secutus Antonius Schonhovius edidit ad calcem sui Eutropij. Basil. 1552. 8. Sigismundus vero Gelenius cum Iconibus in Lignum incisis, quibus insignia antiqua Provinciarum, Dignitatum, Legionum, &c. exprimuntur, seorsim edidit, Basil. anno eodem. 1552. fol. apud Frobenium. Prodijt postea, duobus collatis MSS. Codicibus plenius restitutum, ac locuplesibus Guidi Pancirolli Commentarijs illustratum, una cum ijsdem imaginibus, sed paulo deformioribus Venetijs. 1593. Lugd. 1608. et Genevæ. 1623. fol. Denique Philippus Labbeus minutam, elegantem, et utilissimam huius Notitiæ Editionem, etsi Iconum figuris, et Commentarijs non oneratam, sed in. LXVIII. Sectiones distinctam, et Indicibus ad usum accommodatissimis auctam edidit Paris. 1651. 12. tunc Jo: Georg. Grævius cum imaginibus illis affabre in æs incisis, et Pancirolli Commentarijs, Libroque de Magistratibus Municipalibus, et Corporibus Artificum, Notitiam hanc inseruit Tomo. VII. Antiq. Rom.

Edit. Lugd. Pancirolli constat Sect. 4.
Editio Labbeana constat Sect. 2.

Editioni porro Labbeanæ supradictæ hujus Notitiæ, hæc Vetera Opuscula subiecta reperiuntur.

Descriptio Urbis Romæ secundum XIV. Regiones, quæ aliquando desolatæ nunc gloriosius piissimo Imperio restituta; incerto quidem Auctore, sed qui vixisse videtur sub Honorio post annum 420. aut sub Valentiniano III.

Descriptio brevis Urbis Constantinopolitanæ secundum XIV. Regiones, incerto similiter Auctore; quem post Arcadij obitum vixisse par est credere sub Theodosio Juniore.

Utrumque Opusculum e Codice M.S. Vindobonensi non paucis locis emendari posse ostendit Petrus Lambecius Lib. II. de Bibl. Cæsarea pag. 950. ubi ex eodem ineditam Præfationem Descriptionis Constantinopoleos in lucem protulit.

Tractatus de Rebus Bellicis, de inhibenda largitate, monetæ correctione, ac nonnullis alijs, cum Præfatione ad Clementissimos Principes, auctore antiquo illo quidem, sed ignoto. Ex quo passim profecisse se testatur Godeschalcus Stewechius ad Libr. IV. Vegetij

Altercatio Hadriani et Epicteti, sæpius a varijs edita; ut Hamburg. 1615. 8. constat Secl. 1. Erec. Lat.

Publij Victoris de Regionibus Urbis Romæ Liber singularis, Romanæ Anonymi Descriptione uberior, ex Alex. Paganini Edit. 1521. pluribus locis castigatus.

Altercatio Hadriani Imp. et Secundi Sophistæ Atheniensis, qui perperam Plinij Secundi nomine venit, ut in Plinio juniore notavit Fabritius.

pag. 394.

Ianus Gruterus Inscriptiones Antiquas varij generis, sacras et profanas, lapidi, marmori, æri incisas immenso studio, post Cyriaci Anconitani, Ioannis Marcanovæ, Andreæ Mantineæ, Io: Iucundi Veronensis, Petri Sabini, Francisci Philippi Pedemontij, Andreæ Alciati, Sebastiani Macij, Io: Zaratini Castellinij, et quorum Collectiones typis editæ extant, Iacobi Mazochij Romæ. 1521. Bartholomæi Amantij, et Petri Appiani Ingolstad. 1534. Martini Smetij et Iusti Lipsij Lugd. Batav. 1588. egregios labores: Aldique Manutij iunioris in Orthographia anno. 1579. 1591. edita, Onuphrij Panvinij in Fastis, Comment. de Rep. Rom. de Triumpho, Ludis Circensibus, &c. Venetijs. 1557. 1558. 1571. &c.

Huberti Goltzij in Thesauro Rei Antiquariæ A. 1580. et Fastis Magistratuum A. 1566. Fulvij Ursini in Elogijs Illustrium Virorum anno 1570. et in Comment. de Legibus et Senatusconsultis Rom. 1583. et in alijs Scriptis, et Ioannis Iacobi Boissardi in Topographia et Antiquitatibus Romæ, Francof. anno 1597. aliorumque præclarorum Virorum industriam, collegit, et suppositia separatim in calce Voluminis exhibuit, auspicijs Iosephi Scaligeri et Marci Velseri

Boissardi Topographia in 6. Partes divisa Tom. III. æstimari solet sterl. 2 Scel. 15.

In Appiani, Amantij, Mazochij, et Cyriaci Collectionibus non pauca efficta et sublestæ fidei esse notat Antonius Augustinus in Dialogis de Numis, Dialogo XI.

Fulvium Ursinum fictitias Inscriptiones non paucas, et male descriptas edidisse notat Reinesius, quem vide pag. 457. Epist. ad Rupertum et 478. 490. Lips. 1660. 4.

Sed infinitos etiam in hoc Thesauro Gruteriano latere carbones notat Jo: Harduinus, quem si placet vide pag. 501. Operum Selectorum.

Prodijt Opus immortale ex Commeliniana - Heidelbergæ Officina anno 1603. fol. splendide inde recusum est Amstelod. 1707. fol. sumptu Francisci Halma, adiunctis Marquardi Gudij, qui itinere per totam fere Europam suscepto, aliquot millenis locis illud ad Lapides ipsos castigavit, Jo: Georgij Grævij observationibus, Eduardique Holsteni, castigationum Spicilegio. Pluribus tamen hanc, quam priorem editionem scatere sphalmatis typographicis notatur in Memorijs Littorar. Trevoltinis A. 1709. Julio. pag. 1262.

Æstimari solet Edit. Amstel. 1707. constans Volum. 4. in. 2. Sterl. 2. Scel. 12½

Thomas Reinesius præter alios Gruterum secutus est, præteritasque Grutero Inscriptiones ex Octavij Rubei Memorijs Brixianis A. 1616. editis, varijs Scriptis Laurentij Pignorij, et Georgij Gualteri Inscriptionibus Antiquis Messanæ 1624. 4. alijsque, insigni Volumine congessit, et Commentarijs illustravit.

Prodijt quinto decimo post eius obitum anno 1682. fol. Lipsiæ, apud Jo: Frid. Gleditschium, ac æstimari solet Scel. 12.

Ab eo tempore varij Eruditi idem saxum volverunt, et non paucas ineditas Inscriptiones in Lucem produxerunt, vel ediderunt emendatius, illustraruntque, ut

Octavius Falconerius in Inscriptionibus Athleticis Romæ 1668. 4.

Sertorius Ursatus in Monumentis Patavinis 1652. fol. constant Scel. 6. et in Marmoribus Eruditis Patav. 1688. 4.

Fortunatus Vinaccesius in Auctario ad Octavij Rubei Memorias Brixianas A. 1693. 4.

Henricus Norisius in Dissert. Hypatica, Cenotaphijsque Pisanis Venet. 1681. fol. et alijs Scriptis.

Carolus Cæsar Malvasia in Marmoribus Felsineis Bonon. 1690. 4.

Iosephus Malatesta Garuffius in Lucerna Lapidaria. Arimini. 1691. 4.

Philippus a Turre in Monumentis Veteris Antij Romæ. 1699. 4.

Petrus Lambecius de Bibl. Vindob. Libro II. pag. 637. seq. 657. seq. 666. 668. 678. 687. &c.

Iacobus Salomonius in Inscriptionibus Patavinis. 1701. 4.

Bernardus de Montfaucon in Diario Italico Paris. 1702. 4.

Iacobus Sponius Medicus doctissimus Lugdunensis in Libro inscripto: Recherches courieuses de l'Antiquité Lugd. 1683. 4. tum in Itinere suo, in quo Græcæ multæ Inscriptiones referuntur, et in Aris Ignotorum Deorum, atque in eruditissimo Opere cui titulus: Miscellanea Eruditæ Antiquitatis Lugd. 1685. fol.

Raphaelis Fabretti nova Inscriptionum ultra termille Collectio, prodijt in X. divisa Classes, et erudito Commentario illustrata Romæ. 1699. fol.

His adde

Bernardinum Scardeonium de Patavinis Inscriptionibus Basil. 1560. fol.

Iacobum Philippum Thomasinum. Patav. 1649. 1654. 4.

Jo: Baptistam Ferretum in Musis Lapidarijs antiquorum. Veron. 1672. fol.

Jo: Christophorum Zanchium in calce Libri III. de Orobiorum sive Cenomanorum in Italia origine Tom. I. Italiæ illustratæ pag. 180.

Joannem Lucium in Inscriptionibus Dalmaticis, &c.

Dolendum interim est Gruteri ipsius Auctarium, Collectionesque Marulli Spalatensis et Nicolai Fabritij Peireskij Sponio memoratas, tum alias Caroli Patini, Jo: Baptistæ Donij, Bernardi Trivisani, Henrici Christiani Henninij, et Marquardi denique Gudij in tenebris sepultas iacere, ac publica luce hactenus prohiberi.

Marquardi Gudij Collectionem Inscriptionum Veterum excudi Leowardiæ, iam anno 1716. traditum in Tomo XXIV. Diarij Veneti Eruditorum Italiæ. pag. 387. Prodijt vero anno tantum 1731. ac estimari solet Sterl. 1. Scel. 1.

Marmora Oxoniensia, cum Comment. Prideaux prodiere Oxoniæ 1676. fol. ac æstimari solent Scel. 18.

Roma subterranea Pauli Aringhj Volum. II. Colon. 1692. Sterl. 1. Scel. 4.

Donj Inscript. prodiere Florentiæ 1731. fol., ac estimari solent Ster. 1. Scel. 5.

Numorum Veterum plenissimam, atque ut ipse testatus est, 25000. Collectionem expectavimus a Viro Clar. Andrea Morello, qui cum Ezechiele Spanhemio, Jo: Petro Bellorio, Joanne Valente, Joanne Harduino, Laurentio Begero, &c. principatum tenebat memoriae nostra in jucundissimo isto et utilissimo genere Litterarum. Sed parem futurum laudatissimis conatibus inopinae corripiens Apoplexia die. 10. Aprilis. 1703. subtraxit.

Caeterum Scripta Rem Numariam Romanam illustrantia, quae cum a pridem defunctis, tum a superstitibus hodie Viris doctis edita sunt, recensere singularis Libri fuerit, et cuilibet integrum est eorum nomina petere e Bibliotheca Numaria Philippi Labbei, e Caroli Patini Introductione in Numismata, e Rudolphi Capelli Numophylacio Luderiano, ex Burchardi Gothelfi Struvij Bibliotheca Numismatum Antiquorum, et similibus Scriptis.

De Antiquis Numismatibus Romanorum, sicut Graecorum quoque, Scriptores, qui extant quamplurimi et eruditissimi, accurate recensuit in Bibliotheca Numaria Vir Cl. Anselmus Bandurius Praefectus Bibliothecae Mediceae, ad calcem Operis pulcherrimi, quo Numismata Imperatorum Romanorum a Trajano Decio ad Palaeologos Augustos singulari studio persequitur Paris. 1718. fol. Quam Bibliothecam in studiosorum usus separatim recusam dedit cum Notis, Auctario, et Indicibus Fabritius noster Hamburgi. 1719. 4.

Edit. Paris. 1718. constat sterl. 2. Scel. 10.

Gemmas antiquitus sculptas collegere et interpretati sunt Petrus Stephanonius Vicentinus, Ludovicus Chadruceus, Joannes de Laet, Joannes Chiffletius, Leonardus Augustinus, Fortunius Licetus, Michael Angelus Causeus sive de la Chausse, Jo: Petrus Bellorius, Hubertus Goltzius, Abraham Gorlaeus, Jacobus Gronovius, et Laurentius Begerus. His addendi Aeneas Vicus, et illustres Viri Jacobus de Wilde, Dominicus Rossi, et Paulus Alexander Maffeus, Antoniusque Capellus; quibus nuper accessere, praeter Bernardum de Montfaucon in Antiquitate Iconibus illustrata, praecipue Tom. II. pag. 353. seq. Joannes Martinus ab ~~Ebb~~ Ebermayer, et Joannes Jacobus Bajerus.

Ex Libris Pontificum Linteis Excerpta allegat Isaacus Vossius ad Catullum. Pro Reliquijs ex Tabulis Marmoreis Actorum Urbis diurnorum habet Reinesius et Dodwellus, qui ex Apographo Vossiano edidit, et Notis suis uberioribus illustratos Prælectionibus Cambdenianis subiecit, non illa tantum exhibens quæ Pighius, Reinesius, et altera Suetonij Editione Cl. Grævius vulgaverant, sed alteram quoque partem hactenus ineditam.

Pighius in Annalibus. Reinesius in Inscript. pag. 240. Grævius in Notis ad Suetonij Cæsarem. Fragmenta isthæc ediderunt.

Dodwelli Prælectiones Cambdenianæ lucem adspexere Oxoniæ. 1692. 8.

Acta diurna et Fastos, horumque apographos Libros Linteos, et Annales Maximos inter se confundi a præstantissimo Dodwello, probe notavit Clariss. Burmannus.

Annales a diurnis Actibus perspicue distinguit Tacitus Lib. XIII. Cap. 31.

Fasti sola nomina Magistratuum: Annales etiam res gestas majoris momenti: Acta diurna res leviores ac quotidianas insuper complectebantur.

Linteos Libros Magistratuum, ex publicis Tabulis eburneis Magistratuum descriptos, ab Annalibus Pontificum distinguit Livius Lib. IV. Cap. VII. et XX. et in Æde Monetæ servatos, atque a Q. Tuberone et Licinio Macro laudatos testatur. Meminit iterum Lib. IV. Cap. XIII. Alius est de quo Lib. X. Cap. 38. Ibi ex Libro vetere Linteo lecto sacrificatum. Lintei Libri, in quibus Acta Imperatorum consignata erant, memorantur in Vopisci Aureliano Cap. I. et VIII.

De Fragmentis, quæ velut ex Libris Linteis Pontificum magni faciunt Viri docti, ita Marcus Velserus Epist. 50. ad Camerarium pag. 480. Rittershusij judicium de Linteis Pontificum Libris expectabimus. Ego plane tecum sentio hæc Fragmenta neque coloris neque succi esse pro ætate, quam affectant.

Qualia fuerint Diptycha Eburnea Consularia, quibus Consulum nomina aureis inscripta Litteris ferebantur, cum eorum Iconibus, iucunde spectare licet in expressis ære illorum Reliquijs per Viros doctos publicatis. Vide Diptychon Compendiense apud Sirmondum Tom. I. Operum pag. 1065. Vide Mabillonium Tom. III. Annal. Benedictin. pag. 202. et Anselmum Bandurium. Imper. Orient. pag. 492.

pag. 402. Cap. VI.

Auctores Latinæ Linguæ in unum redacti Corpus, adiectis Notis Dionysij Gothofredi Genevæ. 1595. 1602. 1622. 4. sunt infrascripti. Edit. 1595. constat Scel. 2½.

M. Terentij Varronis de Lingua Latina quæ supersunt. De Varrone dictũ sup.ª Tom. pag. 41.

M. Verrij Flacci sub Augusto Grammatici celeberrimi Fragmenta. Scripserat Flaccus varia, ut Libros Rerum memoria dignarum, De obscuris Catonis, Saturnum, Epistolas, Carmina, &c. Denique De Verborum significatione Opus, Libris XX. quod Festus in Epitomen redegit. De Fastis ejus dictum pag. 385. in Fastis Capitolinis.

Sexti Pompei Festi Librum de verborum significatione, sive Epitomen supradicti Operis Verrij Flacci. Floruit Festus, ut par est credere, sub Christianis Imperatoribus, aut certe scripsit post Martialem, quem allegat in voce Vespæ. Nam argumentum, quo Vossius probare conatur Festum ijs temporibus vixisse, quibus Sacra Crux in honore habita est, quia nempe in voce Supparus ita scribit: At nunc Supparos appellamus vela linea in crucem expansa, &c. non adeo certum esse videtur, quoniam Labari, seu Vexilli Militaris usus etiam sub Imperatoribus Ethnicis fuit. Vide Lambecium Lib. III. pag. 178. Meminit Festi Theodulphus Aurelianensis. Carm. Lib. IV. vers. 17.

Festi Librum in arctiorem adhuc Epitomen redegit Paulus Diaconus, ut videre est Tom. V. Bibliothecæ mediæ et infimæ ætatis, pag. 210.

Editiones Festi præstantissimæ. Paris. 1681. 4. curante Andrea Dacerio, ad usum Delphini, et Amstel. 1699. 4. apud Huguetanos, curante Jo: Clerico. # pag. 412.

Paris. Edit. Festi constat Scel. 10½.

Nonij Marcelli Peripatetici Tiburiensis, aut forte Grammatici Tiburticensis, Compendiosa Doctrina ad Filium, sive De varia significatione verborum Liber distinctus in Capita XIX. Marcellum Marcelli F. Grammaticum Narbonensem memorat Ausonius Epigram. 19. qui utrum cum Nonio Marcello quicquam commune habeat, docti viderint. Cæterum Auctorum, quos citat Nonius, vix quisquam est multum junior Apulejo.

Editio prima Nonij 1471. rarissima est, ac venire solet Sterl. 3. scel. 4.

In vocum interpretationibus sæpe delirare inter alios notavit Ludolphus Kusterus Diatriba de verbo Cerno pag. 81. 91. At Isaacus Vossius ad Catullum pag. 212. optime observat solemne esse eruditis, multis in locis sæpe non intellectis insultare huic Grammatico, optime si quisquam promerito de Lingua Latinæ. Edit. Nonij præstantiores. Hadr. Junij ~~Antverp.~~ 1565. 8. Paris. 1583. 8. et Merceri Paris. 1614. 8.

pag. 436.

Fabij Planciadis Fulgentij De Prisco Sermone ad Chalcidium Liber. Hoc Opusculum Allegoriam Librorum Virgilij continet. Fulgentius Scriptor Christianus fuit, Marciano Capella junior, qui Marciano imperante Leone Thrace floruit circa annum. 457. Philippus Labbeus idem Opusculum inseruit Tom. I. Bibliothecæ Novæ M.S. pag. 668. cui præfixit Fulgentij Epistolam brevem in Editionibus Gothofredi, et Hadriani Junij omissam, in cæteris vero obviam. Scripsit et Libros III. Mythologicon, et Libellum de continentia Virgiliana.

Vide, si lubet, alios Fulgentios. Tom. II. Biblioth. mediæ et infimæ ætatis, ut Fulgentium Astigitanum in Betica, et Carthaginis novæ in Hispania Episcopum post annum. 619. pag. 218.

S. Fulgentium Episcopum Ruspensem in Africa, Byzacena provincia, vita functum Cal. Januar. 533. pag. 220. ubi vide multa ejus Opera

Fulgentium Ferrandum Ruspensis Fulgentij discipulum pag. 219

Fabium Claudium Gordianum Fulgentium (de quo infra pag. 657. in Indice.) pag. 218.

Isidori Hispalensis Episcopi Originum, sive Ethymologiarum Libri XX. E vivis decessit Isidorus anno. 636. Prodiere ejus Libri Originum seorsim Venetijs. 1483. Paris. 1509. 1520, &c. Deinde inter ejusdem Opera Paris. 1580. fol. per Margarinum de la Bigne, et Madrit. 1599. ac denique accuratius Paris. 1601. cum Notis varijs cura Jo: Grialij et cum ijsdem Notis Colon. 1617. fol.

In his Originibus passim insunt vestigijs Scriptorum hodie superstitum, Solini, Servij, Sergij, Lactantij, aliorumque, quos de nomine non laudat. Scripsit etiam Libros Differentiarum, sive De proprietate Latini Sermonis ex quibus extant Liber I. et III. qui prodiere primum in dicta Edit. Madritensi. 1599.

Vide supra pag. 324. aliud ejus Opus de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Vide infra pag. 506. circa ejus Libros Originum.

Vide demum Tom. IV. Biblioth. mediæ et infimæ ætatis, pag. 183. accuratius notatam Isidori patriam, ejusque Opera omnia singillatim recensita.

pag. 442.

Excerpta Grammaticorum Veterum Cornelij Frontonis, Nonij Marcelli, Agrætij, Ælij Donati, Arruntij Celsi, Fl. Sosipatri Charisij, Q. Asconij Pediani, Marij Servij Honorati, Sex. Pompeij Festi, Q. Terentij Scauri, et Agellij de Differentijs et proprietate Latini Sermonis.

Calendarium vetus Romanum, quod in marmore incisum Romæ repertum est in Ædibus Maffeorum. Extat etiam in Gruteri Inscriptionibus pag. CXXXIII. et in Thesauro Antiquit. Roman. Græuij Tom. VIII. pag. 4. et 15. Vide alia Calendaria vetera in Gruteri Inscript. pag. CXXXIV.

pag. 445.

Fragmentum De Nominibus Impositivis ex Constantini Censura, quod Tito Probo tribui notat Dionys. Gothofredus, idemque est, quod in quibusdam Valerij Maximi Editionibus pro Libri X. Epitome occurrit.

Caroli Sigonij recentioris sed longe doctissimi Scriptoris Libellus de Nominibus Romanorum.

Valerij Probi Berytij Grammatici sub Neronis imperio, ac deinceps usque ad Domitiani tempora non ignobilis De Notis Romanorum interpretandis Libellus. Vide Norisium ad Cenotaphia Pisana pag. 464. ubi notat Epigramma Martialis ab hoc Grammatico laudari. Notas hasce Probi diversas esse a Commentario, quem Gellius Lib. XVII. Cap. IX. ait satis curiose factum a Probo de occulta Litterarum significatione Epistolarum Julij Caesaris, contendit Dasqueus in Animadvers. ad hunc Libellum. Testatur porro Gellius Lib. III Cap. 1. et XV. et Lib. XIII. Cap. XIII. et XIX. se cum ijs locutum, qui Valerium Probum disserentem audierant.

In Libro de Notis sub Littera. I. legere est in Foro Trajani. Sed cum in Littera. S. etiam legatur. Sev. Severus Augustus, Arminius, Parthicus, utrumque eidem Libro aliena manu insertum fuit, vel alium plane Auctorem ille Libellus habuit.

Prodijt etiam Sorae. 1674. 4. curante Henrico Hernstio, in qua Edit. plurima Probo adiecta reperiuntur, sed quae a genuinis Ernstius asterisco distinxit. Inde saepius sine his Additamentis alibi recusus est.

pag. 446.

Notae Iuris a Magnone collectae, inscriptaeque Carolo Magno. Harum Notarum usum ad cavendas fraudes et rixas aboleverat Justinianus Cod. de Vet. Iure enucl. leg. 1. §. 13. Ita loco σημείων γράμμασι λιτοῖς uti jussit Basilius, teste Cedreno.

Petri Diaconi De Notis Litterarum more Romano Liber, ad Conradum III. Imp. Roman.

De Notis ponderum et mensurarum, sive De Minutijs ex Demetrio Alabaldo.

Incerti Auctoris antiqui de Notis Litterarum singularium, et Dictionum contractius scriptarum.

pag. 447.

Bedæ Ven. Presbyteri Tractatus brevis de Computo, sive Loquela per gestum digitorum, qui in novissima Operum Bedæ Edit. Coloniensi 1688. legitur Tom. I. pag. 127.

pag. 451.

Glossarium, vel Liber Glossarum, ex varijs Glossarijs, quæ sub Isidori Hispalensis nomine circumferuntur, collectum a Gothofredo, ac post Indices calci hujus Editionis ab eodem annexum.

pag. 455. Cap. VII.

Grammatici Veteres Hannov. 1605. 4. collecti, vulgatique a doctissimo juvene Elia Putschio, Antverpiensi, qui notas additurus paulo post annum 1606. cum vix XXV. annos natus esset, Stadæ in flore ætatis obijt, sunt infrascripti.

pag. 455. Flavij Sosipatri Charisij Institutionum Grammaticarum ad Filium, Libri V. Desunt tamen Libri I. Capita III. priora de Grammatica, de Voce, et de Literis. Libri vero quinti Capita omnia præter unicum de Idiomatibus.

Ætas ejus incerta, at antiquior Diomede, quin etiam Prisciano creditur a viris doctis, usum enim testimonijs Charisij tum Priscianum tum Ruffinum animadverterunt. Prodijt etiam ex Officina Frobeniana 1551. 8. curante Georgio Fabritio.

Ex Indice pag. 648. Charisius religione Christianus, et Urbis Magister, Campanus patria, sub Honorio Imp. vixisse fertur.

pag. 456.

Diomedis De Oratione, de partibus Orationis, et vario Rhetorum genere Libri III. ad Athanasium. Diomedem non tantum Charisio, sed etiam Prisciano juniorem fecit Beniaminus Hederichius in Notitia Auctorum pag. 846. At certe Prisciano antiquior fuit, ab eodem enim Prisciano plus simplici vice allegatur.

pag. 457.

Prisciani Cæsariensis Commentariorum Grammaticorum Libri XVIII. quem Cassiodorus sua ætate in nova Roma, sive Constantinopoli Grammaticam docuisse narrat Lib. de Orthograph. Libros hos ad Iulianum scripsit Priscianus, non quidem Apostatam, sed Consulem et Patricium. Christianis accensetur a Io: Glandorpio, Onomast. Rom. pag. 725. Sub Zenone et Anastasio Impp. claruit Priscianus

Vide supra in Rufo Festo Avieno pag. 93. Prisciani hujus Metaphrasin Dionysij Periegeseos
Vide etiam sup. pag. 200. n. 20. 130. et 31. de eodem Prisciano.

pag. 461.

Q. Rhemnij Fannij Palæmonis Vicentini Ars Grammatica, quam laudat Priscianus. Palæmonis, qui Grammaticam Romæ imperantibus Tiberio Claudioque docuit, sed arrogantis et infamis omnibus vitijs meminit Svetonius Lib. de Grammaticis Illustribus Cap. XXIII. Meminere et Plinius, Quintilianus, et Hieronymus in Chronico.

pag. 462.

Meminit Fabritius hoc loco Fragmenti brevis de Orthographia Q. Papyrij Prætextati editi in Volum. Grammaticorum Latinorum Veterum vulgato Basileæ. 1527. 8. apud Adamum Petri, quem, si divinari licet, inquit idem Adamus, eum existimaverim Papyrium, qui a Prisciano toties Papyriani nomine citatur de re Grammatica.

M. Valerij Probi Grammaticarum Institutionum Libri II. ad Cælestinum.

Eiusdem De Notis Romanorum interpretandis Libellus, supra memoratus pag. 443.

Notæ Iuris a Magnone collectæ } utrumque pag. 446.
Petri Diaconi de Notis Litterarum }

Notarum Veterum explicatio ex Papiæ Glossario, quod scripsit Papias circa annum 1063. — forte 1163. Vide de hoc Papia Tom. V. Biblioth. mediæ et infimæ ætatis pag. 194. ubi inter multa vulgaria et inepta, passim Lectorem præclara quædam docet, quæ alibi frustra quæruntur. Prodijt hoc Glossarium Venet. 1496. fol.

Notarum Iuridicarum explanatio ex veteribus Membranis.

Notæ Numerorum et Ponderum ex antiquo Codice.

pag. 465.

Phocæ Grammatici Ars de Nomine et Verbo, ejusdem De aspiratione. Phocæ, quem Romæ post Priscianum ajunt docuisse, Dodecastichon, quod Arti, seu præsenti Operi præmittitur, habes etiam in Veteribus Epigrammatibus Petri Pithoei supra pag. 200. quemadmodum etiam in Catalectis Virgilij habentur Fragmenta ex ejusdem Virgilij Vita, versibus scripta ab eodem Phoca.

Aspri Iunioris Grammatici Ars. Aspri Grammatici antiquioris mentio est apud S. Augustinum Cap. XVII. De utilitate credendi, et a Charisio ac Prisciano laudatur. Velius Longus apud Scholiastem Statij appellatur Velius Asper Longus.

Ælij Donati Ars, sive Editio Prima alias Tiberius Claudius Donatus dictus de Litteris, Syllabisque, Pedibus, et Tonis: Editio Secunda, sive de octo partibus Orationis: eiusdem De Barbarismo, Soloecismo, Schematibus et Tropis.

Extant preterea ejusdem Donati Scholia in Virgilij Æneidem, et in Terentium cum utriusque Poetę Vitas, de quibus diximus suo loco. Etiam in Donatum referri videas Argumenta in Libros Metamorphoseon Ovidianarum.

Fuit Donatus, ut est notissimum, Orator et Grammaticus insignis Romanus, atque Preceptor S. Hieronymi, qui eum laudat tum alibi, tum Cap. 1. Ecclesiastici, ubi hoc ejus dictum affert: Pereant, qui ante nos nostra dixerunt. Quod hodie incassum queres in ejus ad Terentium Commentarijs. Sed non hoc solo argumento constat, illa non minus truncata quam interpolata ad nos pervenisse. Floruit Ælius Donatus Romę circa annum C350.

pag. 468.

Servij Marij Honorati Interpretatio in Secundam Donati Editionem. Eiusdem De ratione ultimarum Syllabarum Liber ad Aquilinum. Eiusdem Ars de pedibus Versuum, sive Centum Metris; quod Centimetrum Albino Servius inscripsit, qui videtur esse filius Cęcinnę Decij Albini, quem in Saturnalibus suis loquentem Macrobius inducit una cum Servio. Epistolam Servij ad Albinum Centimetro pręmissam e M.S. Vaticano vulgavit Philippus Labbeus Tom. 1. Biblioth. M.S. pag. 668.

De Commentarijs Servij in Virgilium dixi supra, ubi de illo Principe Poetarum mihi sermo fuit. Floruit Servius imperante Theodorico.

Sergij Grammatici Commentarium in Primam Donati Editionem. Eiusdem Commentarium in Secundam Donati Editionem. Plerique hunc Marium Sergium eundem esse putant cum Servio, de quo iam dixi.

Celdonij, sive Cel̄donij Romani, Senatoris Constantinopolitani Ars, sub quo Celidonij nomine Colomesius pag. 295. ad Gyraldum latere putat nomen Sidonij Grammatici.

pag. 469.

Maximi Victorini de re Grammatica, sive de Orthographia Liber. Eiusdem de Carmine Heroico. Eiusdem De ratione Metrorum Commentarius. Incertum an Maximus idem sit cum F. Mario Victorino

D. Aurelij Augustini Hipponensis Episcopi De re Grammatica Liber. Hunc Benedictini Patres in novissima Editione Augustini Tom. I. pluribus argumentis ostendunt non esse Augustini, adeoque in Appendicem tamquam spurium retulerunt. Tillemontius quoque Tom. XIII. Memor. Ecclesiast. in Vita Augustini gallice edita, Augustino hunc Libellum abjudicat, tum propter alias rationes, tum quod per Dialogos scriptus non est, quod tamen de suo affirmat Augustinus. Est igitur Liber hic Auctoris incerti.

P. Consentij V. C. Ars de duabus Orationis partibus Nomine et Verbo, ex M. S. Bongarsij, plus dimidia parte auctior, quam olim edita fuerat a Jo: Sichardo Basil. 1528. Hunc Consentium Viri docti appellant Grammaticum Constantinopolitanum. Titulum tamen Putschius, qui in M. S. hic est, in Edit. non apposuit: Incipit Ars Consentij Viri Clariss. Quinti Consularis quinque Civitatum, de duabus partibus Orationis Nomine et Verbo.

Flacci Alcuini sive Albini Caroli M. Imp. Magistri Grammatica. Inserta postea est reliquorum Alcuini Operum Collectioni ab Andrea Quercetano Paris. 1617. fol

Eutychis Grammatici, Discipuli Prisciani De discernendis Conjugationibus Libri II. Ex hujus Eutychis De aspiratione quædam leguntur apud Cassiodorum Cap. IX. de Orthographia.

pag. 470.

Cornelij Frontonis Oratoris, et M. Antonini et Veri Magistri, De differentijs Vocabulorum. Hujus sermonibus purissimis bonarumque doctrinarum plenis frui solitum se memorat Gellius Lib. XIX. Cap. VIII. Vide quæ Viri docti notarunt ad Capitolinum Cap. II. M. Antonini, ac Minucium Felicem Cap. IX. et XXXI.

pag. 471.

Incerti De differentijs Vocum, editi ex M.S. Bongarsij.

Velius Longius, sive ut appellat Io: Baptista Pius, Verrius Longus, aut ut Scholiastes Statij ad Lib. II. Achilleidos vers. 41. Velius Asper Longus ante Hadriani imperium floruit, ut notavit Norisius in Orthographia pag. 135. Editionis Vitteberge. Citatur a Charisio, Cassiodoro, &c. Eius Librum De Orthographia hic edidit Putschius.

Flavij Capri Grammatici vetustissimi De Orthographia Libellus. Eiusdem De Verbis dubijs nunc primum editus ex M.S. Bongarsij.

Hunc Caprum Agroetius multis litterarum operibus celebratum, et in commentando Cicerone praecipuum vocat. Meminit et Hieronymus. II. in Ruffinum: Quia in Capri Commentarijs hujuscemodi figuram reperit. Flavium Caprum Grammaticum laudat etiam Charisius. Eius Libros enucleati sermonis et dubij generis Servius in X. Æneidos.

pag. 472.

Q. Terentij Scauri De Orthographia ad Theseum. Scaurus iste Hadriani Imperatoris tempore clarus Grammaticus, Gellio laudatus, et Ausonio Epist. XVIII.

Agroetius De Orthographia, proprietate et differentia Sermonis ad Euckerium Episcopum. Estque veluti supplementum Libri Flavij Capri ejusdem argumenti.

Magni Aurelij Cassiodori Senatoris De Orthographia Liber. Hunc Librum ex varijs Grammaticis collegit, et anno aetatis 93. edidit Cassiodorus. Nomina veterum Grammaticorum sunt: Anneus Cornutus, Velius Longus, Curtius Valerianus, Papyrianus sive Papyrius Praetextatus, Adamantius Martyrius, Eutyches, Caesellius Orthographus, Lucius Caelius Vindex, Priscianus. Laudat etiam Terentium Varronem, Donatum, et Phocam.

Eiusdem Cassiodori De Arte Grammatica ad Donati mentem Fragmentum

Bedæ Sacerdotis De Orthographiæ Opusculum nunc primum editum ex M-S. Bongarsij, diversum a Libello eiusdem argumenti, qui Bedæ vulgo adscriptus inter ejus Opera sæpius prodijt, et infra a Putschio exhibetur.

Eiusdem De Metrica ratione Liber unus, inter ejus Opera non semel vulgatus.

Terentiani Mauri De Litteris, Syllabis, Pedibus et Metris Carmen ad Bassinum filium, et Novatemum generum, omni elegantiarum genere conditum, et amabili quadam ingenij amenitate temperatum vario Poematis genere. Martiali ætati propior fuisse creditur Terentianus ab viris doctis.

pag. 474.

Fabij Marij Victorini Ars Grammatica, seu de Orthographia et ratione Metrorum Lib. IV. De Victorino dictum est supra pag. 306.

Marij Plotij Sacerdotis ad Maximum Simplicium V.C. De Metris Liber.

Cæsij Bassi Ars de Metris.

Atilij Fortunatiani Ars de Metris Horatianis.

Rufini V.D. Grammatici Antiochensis Commentarium in Metra Terentiana.

Censorino adscriptum Fragmentum de Metris. Ludovicus Carrio primus a Censorini Libro de Die Natali hoc Fragmentum separavit Paris. 1583. ut dictum est sup.^{ta} pag. 44; ubi vide quæ in hanc rem dicta sunt.

Ambrosij Macrobij Theodosij De differentijs et societatibus Græci Latinique Verbi Libellus. Tantum Excerpta quædam sunt ex Macrobij Opere a Ioanne quodam, forte Erigena, sive ut rectius dici notat ad Iamblichum Galeus, Herulo sive Heruligena Scoto; ita enim suspicabatur Petrus Pithoeus, et post Pithoeum Vossius in Aristarcho. Vide supra quæ dicta sunt in Macrobio pag. 118.

pag. 475.

Bedæ Libellus vulgo inscriptus De Orthographia.

Vide Raffhaelem Volaterranum sub finem Libri IV. Commentariorum Urbanorum de Grammaticis Veteribus alijsque eximijs Scriptoribus Latinis repertis anno 1494. in Monasterio Bobiensi, inter quos quidam in hunc usque diem inediti sunt.

De hac Grammaticorum Putschij Editione ita Caspar Barthius in Litteris ad Daumium. De Putschij Grammaticis faveo tibi utenti. Sed nisi et illas Editiones habueris, quas maxima licentia correxit Putschius, ad Scripturarum Veterum Exempla, non poteris confidere unius paginæ lectioni: et id potissimum in Prisciano, cujus Græca ut et Latinorum Auctorum exempla, usu reperi, esse inconstantissimæ fidei. Magnum decus et commodum amiserunt Litteræ in Notis illius bene docti Iuvenis, quas si scripsisset et expolivisset, infinitæ bonæ res lucem haberent. Expertus sum in Charisio, magni pretij Scriptore, quid desit mihi, cum recurrere ad nullum omnino subsidium datur.

P. Nigidij Figuli Romanorum post Varronem doctissimi, qui Astrologiæ etiam peritus, Augusto ea die qua natus est, prædixit Imperium, Fragmenta collegit et Varijs suis Lectionibus inseruit Ianus Rutgersius Lib. III. Cap. XVI. In his est Libellus de tonitruum per singulos menses significatione, quem e Latino pridem Græce vertit Io: Laurentius Lydus Philadelphiensis. Sphæram ejus Græcanicam et Barbaricam memorat Servius ad Lib. I. Georg. Ex Latinis hunc uno se verum fuisse testatur Firmicus Lib. II. Mathereos. Unde Figuli nomen tulerit Nigidius docet Augustinus Lib. V. Cap. III. De Civitate Dei.

pag. 476.

Laurentius Antiquus Leontinus, cujus Libri III. Institutionum Grammaticarum prodiere Patavij 1601. 8. recens Scriptor est, etsi nomen ejus Iosepho Quesnello errandi ansam dedit ut antiquis illum Grammaticis accenseret in Catalogo Bibliothecæ Thuaneæ.

pag. 501. Cap. VIII.

Antiqui Rhetores e Bibliotheca Francisci Pithoei Paris. 1599. 4. junctim editi hi sunt;

P. Rutilij Lupi Excerpta ex Libris II. De figuris sententiarum. Alius a Rhetore hoc, et antiquior P. Rutilius Lupus, quem perstrinxit Lucilius.

Aquilę Romani De figuris sententiarum et elocutionis Liber, ex Alexandro Numenio Gręco Scriptore, de quo in Biblioth. Gręc. Lib. IV.

Julij Rufiniani De eodem argumento, quę Aquila prętermisit.

Vide Parallelismum figurarum e Lupo, Aquila, Rufiniano et Quintiliano in duplici Tabella exhibitum a Francisco Robortello Lib. de Artificio dicendi Bonon. 1567. 4.

Chrij vel Carij Fortunatiani Consulti Artis Rhetoricę scholicę Libri III. per Quęstiones et Responsiones. In hoc erudito Opere Fortunatianum, qui Maximi etiam et Balbini et Pupieni Vitas scripsit, teste Capitolino, Hermagoreorum doctrinam plane expressisse notat Vossius pag. 18. de Histor. Latinis.

Libellus de Dialectica, qui extat inter Augustini Opera Tom. I. pag. 261. Augustini utique est, sed e Cario Fortunatiano excerptus.

pag. 504.

F. Marij Victorini Rhetoris Urbis Romę Expositio in I. et II. Rhetoricon Ciceronis.

Sulpicij Victoris Institutiones Oratorię ad M. Silonem generum, e Zenonis Rhetoris pręceptis maxime collectę, ut ipse initio Libri testatur.

Auctor incertus De Rhetorica, sive de Locis Rhetoricis.

Emporij Rhetoris De Ethopoeia, ac loco communi Liber. Eiusdem Pręcepta Demonstrativę materię et de specie Deliberativa. Emporium post Cassiodorum vixisse colligit Vossius, quem vide Lib. De Rhetoricę Natura pag. 95.

pag. 505.

Aurelij Augustini Pręcepta Rhetorices. Hęc quoque non esse Augustini observarunt Benedictini in nova sua Augustini editione, unde illa in Appendicem Tom. I. inter spuria rejecerunt. Sunt itaque Auctoris incerti.

Julij Severiani Syntomata, sive Precepta Artis Rhetorice summatim de multis collecta, ad Desiderium.

Rufini Grammatici Antiocheni Versus de compositione et Metris Rhetorum, et de eodem argumento variorum Auctorum loca ab eodem collecta. Apud Latinos ait pag: 318. de Numeris Oratorijs scripsisse Ciceronem, Victorinum, Eusebium, Terentianum, Varronem, Probum, Charisium, Diomedem, Quintilianum, Donatum, Victorem, Servium. Apud Grecos Thrasymachum, Naucratem, Gorgiam, Ephorum, Isocratem, Theodectem, Aristotelem, Theodorum Byzantinum, Theophrastum, Hieronymum.
pag. 506.

Prisciani Grammatici Cesariensis De Preexercitamentis Rhetorice Liber ex Hermogene, sepe editus cum reliquis Prisciani Scriptis.

Magni Aurelij Cassiodori Rhetorice Compendium, petitum ex ejus Libris de septem Disciplinis

Isidori Hispalensis de Arte Rhetorica Liber depromptus ex Libro II. operis de Originibus, quod Opus rogante Braulione Episcopo Cesar-Augustano Isidorus scripsit, et imperfectum reliquit. Braulio deinde complevit, et in Libros digessit.

Alcuini, sive Albini De Arte Rhetorica Dialogus cum Rege Carolo; Ex Alcuini Libro De septem Artibus, sed qui non integer ad nos pervenit.

In hac sua Editione Pithoeus Veterum Editionum Lectiones sepe mutavit, et aliquando in pejus. Ut adeo Editio ista sic absque Notis et mutationum rationibus edita pro manca habeatur a Barthio pag. 2576. Adversar.

Mirum quoque est in hac Pithoei Collectione Rhetorum Latinorum pretermissum esse perinde ut in omnibus Aurel. Cornelij Celsi Editionibus, Compendium Rhetorice hujus vetustissimi, et Quintiliano ac Curio Fortunatiano laudati Scriptoris, quod jam anno 1569. Sextus Popma Colonie ediderat in 8. Quod Celsi Scriptum raro obvium operae pretium duxit Fabricius noster ad Calcem presentis Tomi recudere pag. 612.

Vide Biblioth. medie et infime etatis Tom. IV. pag. 2213. verum Auctorem hujus Opusculi esse supradictum Julium Severianum Afrum, Rhetorem laudatum Sidonio Apollinari; non Cornelium Celsum.

Caput. IX.

De Legibus et Iurisconsultis Antiquis

pag. 516.

Leges Regias (a) a Romulo alijsque Regibus Romanis latas, et Decemvirales, sive Leges XII. Tabularum, omnium Philosophorum Bibliothecas auctoritatis pondere, et utilitatis ubertate superantes, Cicerone judice Lib. II. de Legibus Cap. IV. et XXIII. et Lib. I. de Oratore, Iustus Lipsius studiose collegit Antverpiæ. 1601. 4. et alibi, et ante ipsum Ursinus Romæ. 1586. 4. quam cæteris præfert Io: Seldenus, et Ericus Mauritius. Confer Jo: Rosinum et Thomam Dempsterum Lib. VIII. Cap. V. et VI. Antiquitatum Rom. de alijs harum Legum Collectionibus ac præsertim pag. 811. seqq.

(a) Has Leges olim, atque Interregum quoque, ut est verisimile, quales memorantur Ciceroni Lib. I. de Legibus, in unum Corpus collegerat Sextus Papyrius, unde dictum Ius Civile Papyrianum, quod laudat Macrob. Saturnal. Lib. III. c. XI. Actiones ex Legibus XII. Tabularum natæ, et ab Appio Claudio dispositæ, a Cneo Flavio autem Liberto ejus una cum Fastis vulgatæ, Ius Civile Flavianum vocabantur. Actiones aliæ a Sexto Ælio compositæ, unde Ius Civile Ælianum. Auctor Pomponius in Enchiridio.

pag. 518.

Legum Tribunitiarum aliarumque, et Senatus Consultorum Fragmenta collegit Antonius Augustinus, quæ cum ejus Libris de Legibus, et de Senatus Consultis Romanorum cum Notis Fulvij Ursini prodiere Romæ. 1583. 4. Paris. 1584. fol. et Lugd. 1592. 4. Demum Tom. II. Thesauri Antiq. Roman. Grævij.

De Edictis, Rescriptis Principum, quorum novis securibus squallentem sylvam Veterum Legum truncatam esse ait Tertullianus Cap. IV. Apologetici, et de Prudentum Responsis vide Brissonium Operis præstantissimi de Formulis Lib. III. Hermogenes et Gregorius Iurisperiti sub Imp. Diocletiano privato ausu collegere Constitutiones Imperatorum, qui illa tempora antecesserunt. His Collectionibus datum nomen Codicis Gregoriani et Hermogeniani, quorum Titulos superstites collegit Petrus Gregorius Tholosanus Lugd. 1566.

Ius Prætorium, sive Edicta Prætorum, quæ, quoniam cum Magistratu cujusque Prætoris illorum auctoritas solebat expirare, a Legibus distinguit Cicero Lib. I. Offic. Sed Imp. Hadrianus anno Christi. 131. illa instar Legis esse voluit, et a Salvio Juliano Iurisconsulto digeri præcepit, qui Ius Prætorium in unum Corpus collegit. Inde Edicti Perpetui nomen, ut a temporarijs distingueretur. Confer Eusebij Chronicon, et Eutropium Lib. VIII. Cap. IX. Hujus Corporis Fragmenta publicavit Guil. Ranchinus Paris. 1597. 8. Jacobus Gothofredus, Simon van Leuwen. Lugd. Bat. 1671. 8.

Ante Hadrianum Edicta Præsidum in Provincijs quemadmodum et Prætorum Edicta perpetua interdum vocata sunt, quod nimirum per totum illum annum solerent observare illa, et perpetuo secundum ea ius dicere solebant, quæ sub initium anni, sive Præturæ suæ proposuissent. Vide Pighij Annales Cap. VIII. pag. 261. seq. A. U. C. 687. et Ezech. Spanhemium in Orbe Rom.

Mosaicarum, et Romanarum Legum Collatio in Titulos XVI tributa, quæ Leges Romanæ ex integris Papiani, sive Papiniani, Pauli, Domitij, Ulpiani, Gaij, Modestini, Gregorij, Hermogenis, et aliorum Veterum Iuris Auctorum Libris, ante tempora Iustiniani Imperatoris, paulo post editum Codicem Theodosianum desumptæ cum Legibus Mosaicis conferuntur. Primus edidit, et ad hæc Veterum Iurisconsultorum Fragmenta Notas addidit Petrus Pithoeus Paris. 1572. inter cujus Opera iterum vulgata est hæc Collatio a Iosia Mercero ibid. 1609. 4. ut Cujacij, Dionys. Gothofredi, Schultingij Lugd. Bat. 1717. 4. in Iurisprud. Antejustin. Theodori Bezæ, et aliorum Editiones iam prætermittam.

Auctor hujus Collationis a quibusdam creditus est Licinius Rufinus; at certe juniorem oportet esse hunc Auctorem Licinio Rufino Iurisconsulto, quem Alexandri Severi temporibus claruisse constat. Marquardus Freherus Lib. I Παρέργων Iuris Cap. IX. suspicatur auctorem fuisse Iudæum, qui cum videret laborare Sectam suam invidia, quod disciplina jureque a Romanis diverso uti nosceretur, amoliri eam studens demonstraverit, non usque adeo multum Legibus Iudaicis et Romanis disconvenire, atque adeo ex patrijs suis Legibus fluisse Romanas.

Idem argumentum e recentioribus prosequuti sunt Ioannes Cahl, sive Calvinus in Themide Hebræo-Romana. Philippus Zepperus alijque, quos vide ibi Nota a.

pag. 521.

Veterum Iurisconsultorum ordine Chronologico recensitorum Scripta, quæ in Pandectis alijsque antiquis Iuris Civilis Libris memorantur, ex quibus Tribonianus, alijque iussu Imp. Iustiniani ius Civile concinnarunt, quorum nomina vide Lege II. Cod. de vet. iure enucleando. Provinciam hanc Triboniano ac socijs demandaverat Iustinianus 18. Kal. Ian. A. C. 530. et decennij tempus ad hoc assignaverat; at illi non plus quam triennij spatium in hoc negotio impenderunt.

Verum nihil certius est quam Leges priscas et Iurisconsultorum Loca sæpe non optima fide adducta, in alienum sensum detorta, et truncata esse a Triboniano et alijs sedecim Collectoribus,

ut vel ex Theodosiani Codici cum Iustinianeo collatione apparet. Hinc mutilas et ineptas Legum allegationes Antonius Faber appellare non dubitavit Tribonianismos, ut notat Reinesius pag. 411. Epist. ad Rupertum. Eodem spectat Pardulphus Prateius in Libris IV. Iurisprudentiæ mediæ. Lugd. 1561. 8. ubi reprehendit 160. geminationes, omissiones plurimas rerum necessariarum, methodum nullam observatam, inversiones ac truncationes, falsosque sensus affictos verbis Veterum Iurisconsultorum. De repetitis inutiliter Legibus præter Prateium et Hottomannum confer Panciroli Varias Lect. Lib. I. Cap. 78. Franciscus Hottomannus scripsit anno 1567. Anti-Tribonianum, qui post eius obitum, qui contigit Basileæ anno 1590. editus est Gallice anno 1603. et ex Gallico Latine Hamburgi. 1647. 8. ac denique Lipsiæ 1704. 8. curante Georgio Beyero. In hoc Libello præter varios a Triboniano admissos errores, Hottomannus ostendit ne vicesimam quidem partem Iuris Veteris Romani in Corpore Iustinianeo nobis remansisse, nec decimam eius quod restat, usu receptam in Gallia.

Cum vero Iustinianus edixisset nullius Legis auctoritatem, neque quicquam in Foro ex Iurisconsultorum sententiis afferendum, nisi quod Tribonianus in Libros illos retulisset, Veterum Iurisconsult. Scripta una cum Legibus plerique perierunt. Ex qua iactura factum est, ut iam in Iustinianea Collectione multa non intelligantur, quæ perspicua forent Vetustis illis Monumentis superstitibus. Vicissim, nequicquam obstante Iustiniani Edicto iterum iterumque repetito, ut nemo auderet Iuri huic Iustinianeo quicquam præter Versionem vel Paratitla adiungere, et qui aliter faceret falsarius haberetur, multitudo insulsorum Commentariorum Iurisprudentiam veluti diluvium quoddam inundavit, et obscuritatem Librorum Iuris non mediocriter auxit. Qua de re graviter queruntur Lud. Vives de Causis corrupt. Artium Lib. VII. Lipsius Epist. 78. Miscell. et in Iustiniano suo Franc. Balduinus. Vehementissime omnium Laur. Valla paulo commotior in Epistola ad Candidum Decembrim, qua Bartoli Libellum de Insigniis et Armis perstringit, in hæc verba prorumpit: Dii itaque tibi malefaciant Iustiniane iniustissime, qui potentia Romani Imperii in Romanorum perniciem, bonorumque et clarorum Civium abusus es. Nam quid te vel iniustius, si per invidiam ornatissimos illos Iurisconsultos abolendos curasti --- vel imprudentius, si posteriora Secula a Commentariis temperatura speravisti. Itaque vide quid feceris, et ubicumque es fateare te male inconsideratque fecisse, nisi forte gaudes nostro malo in locum Sulpicii, Scævolæ, Pauli, Ulpiani, aliorumque ut leviter loquar Cygnorum, quos tua Aquila sæpissime interemit, successerunt Anseres Bartolus, Baldus, Accursius, ceterique id genus hominum --- quorum Volumina non a Viris, ita enim grandia sunt et vasta, sed ab Asinis portanda.

Neque tamen negari potest ante Iustinianum Iurisprudentiam emendatione valde indiguisse, ob varietatem pugnamque Auctorum laborantium ignoratione docendi, ut queritur Cicero Lib. II. de Legibus, tum propter quarundam Legum iniquitatem tum propter immensum aliarum super alias acervatarum cumulum, de quo post Livium queritur Tacitus Annal. Lib. III. Cap. 25. et 27. unde Iulius Cæsar quoque, teste Suet. Cap. 44. Statuerat Ius Civile ad certum modum redigere, atque ex immensa, diffusaque Legum copia, optima quæque, et necessaria in paucissimos conferre Libros. Hoc igitur laudabili instituto cum aggressus postea esset Iustinianus, saltem quantum fuisset plus temporis studiis impendisse, tollendis superioris ævi ...

Nec minus vero hodie optandum videtur prudentibus Viris, ut novus quidam surgat Iustinianus, qui Iurisprudentiam, quae adhuc ex vetere Amelij dicto apud Eunapium in Aedesio pag. 61. multorum Camelorum onus est, restituat intra suos limites, totque superflua rescindat ac resecet. Apud Didacum quidem Saavedram in somnio ingenioso, quod Respublica Literaria inscribitur, pag. 131. Censor Librorum inducitur, innumeris Iurisconsultorum Tractatibus, Decisionibus, Consilijs alijsque huius generis Voluminibus sibi obiectis, novum singulis Seculis Iustinianum exposcere atque exclamare: O Iupiter, si cuidas de las cosas inferiores, porque no das al mundo de cien en cien annos un Emperador Iustiniano, u derramas exercitos de Godos, que remedien esta universal inundacion de Libros?

pag. 522.

Tiberius Coruncanius, qui Consul fuit anno U. C. 473. ante Christum natum. 280. primus Iuris Scientiam apud Romanos professus est, sed nullum eius Scriptum fuisse testatur Pomponius.

Q. Mutij Scevolae Iurisperitorum, iudice M. Tullio, eloquentissimi Liber Ὅρων, sive Definitionum, et Libri. XVIII. Iuris Civilis, quibus primus Ius idem in artem redegerat. Ad hos Libros Notas scripserat Pomponius. Adde Francisci Balduini Commentarium de Prudentia Mutiana Basil. 1558. 8.

Q. Cornelij Maximi, cujus idem Cicero meminit Lib. VII. Epist. VIII. ad Familiares, Liber ad Legem Falcidiam latam Augusto adhuc Triumviro, illustratamque a Maximo paulo post quam promulgata esset. Cujacius tamen hunc Librum tribuit Rutilio Maximo Iurisconsulto longe juniori.

P. Alfeni Vari Cremonensis Libri. XL. Digestorum, quos Paulus deinde in Epitomen redegit: Collectaneorum Libri. IV. laudati Aulo Gellio. P. Alfeni Vari Fragmenta, quibus nihil est tersius, comptius, elegantius, veluti specimen majoris egregij Operis, atque aliorum Iuriconsultorum Veterum reliquias complexurum edidit Henricus Brenckman Amstel. 1709. 8. Servij Sulpitij Rufi discipulus fuit, ut infra pag. 536. 539.

pag. 523.

Antistij Labeonis Iurisconsultorum sub Augusto Imp. principis, Pithanon sive Probabilium Libri. VIII. quos in Epitomen contraxerat Paulus. Libri Posteriorum, sive post eius mortem editi, quorum. XXXVIII. in Pandectis allegatur. Horum Epitome confecta fuit a Iaboleno. Libri Epistolarum et ad Edictum. Libri Pretoris Urbani et Pretoris Peregrini, quorum. XXX. in Digestis adducitur. Preterea Liber ad XII. Tabulas, et Libri ad Edictum Pretoris, et ad Edictum Aedilium Curulium a Gellio laudantur.

Ælij Galli sub eodem Augusto tertij Ægypto Præfecti, Volumina de Significatione Verborum. Hunc de Significatione Verborum, quæ ad Ius Civile pertinent, laudat Servius in Lib. I. Georgic. pag. 86.

Masurij Sabini imperante Tiberio clari Libri III. Iuris Civilis, Libri ad Edictum Prætoris Urbani, quorum quintus a Paulo citatur in testimonium. Libri Memorialium, Commentarij de Indigenis, Libri ad Vitellium, Libri Fastorum, Liber de Triumphis Romanorum, Liber Adsessoriorum, Liber de Furtis.

Daniel Guil. Mollerus in Dissert. De Masurio Sabino. Altorf. 1693. eiusdem Fragmenta exhibet.

Ab hoc Sabino nomen accepit Sabinianorum Secta, quæ C. Attejum Capitonem secuta, antiquorum Iurisconsultorum Placitis constanter insistebat. Iidem et Cassiani dicti a C. Cassio Longino Sabini hyperaspiste. Ab horum sententia in plerisque Iuris capitibus discedebant Proculiani dicti a Licinio Proculo, qui vestigia Antistij Labeonis, et Nervarum premens non pauca in Iuris Disciplina innovavit. Vide apud Lambecium in Prodromo Hist. Litter. pag. 232. Successionis harum Sectarum typum. pag. 524.

Licinij Proculi Prætorio sub Ottone Imper. Præfecti Libri Notarum ad Labeonem, et ex Posthumis Labeonis. Libri Epistolarum, quorum undecimus plus simplici vice adducitur in Pandectis.

De Pegaso Iurisconsulto, a quo Ius Pegasianum, et Senatus Consultum Pegasianum, quique Vespasiano imperante Præfectus Urbi fuit, et Iuris studio meruit, ut Liber vulgo, non homo diceretur, vide Scholia ad Iuvenalem IV. 77. et Menagij Amenitates Iuris Cap. XXVII.

Neratij Prisci, qui Trajano Imperatori charissimus fuit, Regularum Libri XV. Membranarum Libri VII. Responsorum Libri III. Libri ex Plautio, Libri Epistolarum, quorum quartus allegatur, et Liber de Nuptijs.

Iaboleni, sive Iavoleni Prisci sub eodem Trajano et Hadriano celebris Libri XV. ex Cassio, Libri XIV. Epistolarum, Libri V. ex Plautio sive ad Plautium, Epitome ex Posthumis Labeonis, sive potius Notarum Libri ad illos, quorum Decimus in Digestis adducitur.

P. Iuventij Celsi, qui eodem tempore floruit, Libri XXXIX. Digestorum, Libri XX. Institutionum, Libri XI. Epistolarum, Libri XIX. Quæstionum, Libri VII. Commentariorum.

Salvij Iuliani, Digestorum Libri XCIV. Libri VI. ad Minicium sive Minucium Natalem, Libri IV. ad Urseium Ferocem. Liber de Ambiguitatibus, Liber de Dotali prædio. Idem est, quem iussu Hadriani Edictum Perpetuum collegisse supra dixi.

Aburnij Valentis, qui Iaboleno successit, Trajanique et Hadriani temporibus claruit, Libri VII. Fidei commissorum, et forte Actionum Libri, quos tamen Codices quidam tribuunt Iaboleno.

L. Volusij Mæciani, Antonini Pij Imp. a Consilijs, et M. Antonini Philosophi in Iuris Civilis Scientia Præceptoris, Libri XVI. Fideicommissorum, Libri XIV. Publicorum, Libri XVI. Commissorum sive Criminum, Ad Legem Rhodiam Liber. Liber Quæstionum. Libellus de Asse et partibus ejus, sive Distributio Assis, et vocabula ac notæ partium in rebus pecuniarijs, pondere, numero, et mensura ad Censorem. Hic Libellus hodieque restat cum Codice Theodosiano, quamvis de ejusdem Auctore Alciatus videatur subdubitare Lib. I. Parergon Cap. XVII. Prodijt ad calcem Libri Ottomanni de Re Numaria Paris. 1565. 8. Inde Io: Frider. Gronovius Operi suo de Sestertijs subiecit hunc Libellum una cum Scripto Balbi Mensoris ad Celsum de Asse minutisque ejus portiunculis. Amst. 1656. 8. et Lugd. Bat. 1691. 4. Grævius demum recudi curavit Tom. XI. Thes. Antiq. Rom. pag. 525.

Ulpij Marcelli, qui eidem Antonino Pio familiaris fuit, Libri XXV. Digestorum, Libri VI. ad Leges, Responsorum Liber, Libri de Officio Consulis, de Præsidis Officio, Libri Publicorum, (intellige Iudiciorum) Notæ ad Libros Digestorum Iuliani. Cum vero Marcellus multis annis Pomponio antiquior fuerit, Verba Legis Furiosus. 63. Digest. de acquirenda Hæreditate: In Libro singulari Regularum Pomponij Marcellus notat, ita intelligenda sunt, ut Marcelli observatio a Pomponio adducta laudetur.

T. Caij, qui Hadriani temporibus cœpit inclarescere, atque adeo Servio Grammatico, ut perperam visum est Io: Bertrando in Vitis Iuriconsult. pag. 208. familiaris esse non potuit, cum Servius, ut est notissimum, floruerit imperante Theodosio, Libri XXXII. ad Edictum Provinciale, ad Leges Libri XV. Libri ad Edictum Urbicum, sive Prætoris urbani, quorum XII. dumtaxat Iustiniani ætate

extabant. Libri VII Aureorum, sive Rerum quotidianarum, Libri VI ad Dodecadelton sive Leges XII Tabularum. Libri IV Institutionum, quorum Epitomen habemus duobus Libris, saepissime editam sub nomine Caij, etsi Anianus Alarici Gothorum Regis Consiliarius eam confecisse credatur a Viris doctis #. Libri III de Verborum obligationibus, Libri totidem de Manumissionibus, Libri II Fidei commissorum, Libri singulares De casibus, Regularum, Dotalitiorum, de tacitis Fidei commissis, ad Senatus Consultum Tertullianum et Orfitianum, ad Legem Glitiam, et ad Formulam Hypothecariam. Ad Edictum Aedilium Curulium Libri II. Regularum Libri III.

non magna tamen, nedum certa hic causa

Fragmenta e Caij Institutionibus collegit notisque illustravit Iacobus Oiselius, addita insuper Aniani Epitome. Lugd. Bat. 1658. 8.

pag. 526.

Cervidij Scaevolae, qui M. Antonini Philosophi a Consilijs fuit, Libri XL Digestorum, Libri XX Quaestionum, Libri VI Responsorum, Libri IV Regularum, Liber de Quaestione familiae, Liber Quaestionum publice tractatarum, Notae ad Libros Digestorum Iuliani, Notae ad Marcellum. Praeterea Cervidius Scaevola Papiniani, Iulij Pauli, ac Tryphonini Praeceptor fuit.

Papyrij Iusti Codex Papyrianus, sive Commentariorum Libri XX quibus Constitutiones Antonini et Veri fratrum ab eo collectas conijcit Bertrandus.

Tarruteni Paterni, qui sub Commodo Praefectus Praetorio fuit, Militarium, sive De re Militari Libri IV.

Terentij Clementis Libri XX ad Leges. Claruit hic Iuris Consultus Imperante Septimio Severo.

Callistrati sub eodem Severo et proximis Imperatoribus usque ad Alexandri Severi tempora singulari Iuris intelligentia nobilis, Libri VI Cognitionum, Libri totidem Edicti Monitorij, Libri IV de Iure Fisci, Libri III Institutionum, Libri II Quaestionum.

Iulij Galli Aquilae, Callistrati aequalis, Responsorum Liber unus.

Aemilij Papiniani, Q. Cervidij Scaevolae discipuli, sub Septimio Severo clari, sub Bassiano Caracalla Praefecti Praetorio, qui cum ab eodem Caracalla iussus esset Getae necem defendere,

respondit non tam facile parricidium excusari quam committi, et novum esse parricidium, accusare innocentem occisum: itaque interfectus a Tiranno et ipse est, anno ab U. C. 964. Christi. 212. Scripta diligenter et accurate commentatus est Everardus Otto in Diatriba de Vita, Studijs, Scriptis, moribus et morte Papiniani Lugd. Batavo. 1718. 8. ubi Stoicum fuisse observat, et qui Sabini potius quam Proculi Sectam probaret. Fragmenta Papiniani ibi gravit Editore ultimo pag. 403. usque. 439. Papinianum pulcherrimum vocat Spartianus in Severo, hoc est ut Greci dicunt χαριέστατον, hominem amenissimi ingenij et doctrine elegantissime, nisi malis cum Tiraquello accipere de pulchritudine ac forma corporis. Item Spartianus in Caracalla et in Severo Papinianum appellat Iuris asylum et doctrine legalis Thesaurum.

pag. 527.

Domitij Ulpiani, qui Prefectus Pretorio fuit sub Alexandro Mammea, interfectus circa annum Chr. 228. patria Tyrius ex Phoenice Tyriorum Colonia, sub Bassiano et proximis Impp. Iuris Consultorum clarissimus fuit, Alexandro inprimis Severo charissimus, Libri. LXXXIII. ad Edictum, Libri. LI. ad Sabinum, Libri XX. ad Leges, Libri X. Disputationum, Libri X. Protribunalium, sive ut quidam, omnium Tribunalium, Libri totidem Pandectarum et de Officio Procos., Libri. VII. Regularum, Libri. VI. Fidei commissorum, Libri. V. Opinionum, Libri. V. de Adulterijs, Libri. IV. de Appellationibus, Libri. III. de Officio Consulis, Libri II. Institutionum, Libri II. Responsorum, Liber ad Edictum Aedilium Curulium, Liber Regularum singularis, Libri. VI. de Censibus, Libri de Sponsalibus, de Officio Prefecti Urbi, de Officio Prefecti Vigilum, de Officio Curatoris Reipublice, de Officio Consularium, de Officio Pretoris Tutelaris, de Officio Questoris, Liber Pandectarum, Liber Excusationum, Libri plures Digestorum, Note ad Aristonem, ad Marcellum, ad Minitij Libros, in Corpus Iuris Papiniani, Libri. II. ad Edictum Aedilium Curulium, Libri. IV. ad Legem Aeliam Sentiam

pag. 528.

Iulius Paulus Ulpiano ubique fere contrarius, licet eius equalis, atque sub eodem Alexandro Severo Prefectus Pretorio, patria autem non, ut ille, Tyrius, sed Romanus fuit, ut contra Bertrandi sententiam ostensum est a Laurentio Pignorio Epist. 41.

Eius plura Scripta celebrantur, hec nempe: Libri. V. Receptarum sententiarum ad Filium, quorum Epitome extat una cum Codice Theodosiano.

Libri·LXXX· ad Edictum, Libri·XXXIII· Quæstionum et Re=sponsionum, Libri·III· Fidei commissorum, Libri·XXIII· brevis Edicti, Libri·XVIII· ad Plautium, Libri·XVI· ad Sabinum, Libri·X· ad Leges, Libri·VII· Regularum, Libri·IV· Sententiarum sive factorum, Libri·IV· ad Vitellium Sabinum, Libri·IV· ad Neratium, Libri·III· Fidei commissorum, Libri·III· Decretorum, Liber singularis de Cognitionibus, Libri·III· de Adulteriis, Libri·III· Institutionum, Libri·II· de Officio Procos·, Libri·II· ad Legem Iuliam, Libri·III· ad Legem Æliam Sentiam, Libri·II· de Iure Fisci, Libri·II· ad Edictum Ædilium Curulium, Libri·VII· Regularum, Liber Regularum singularis, De Usuris· De omnium Legum Poenis· De Poenis Militum· De Gradibus et Affinibus· De Iure Codicillorum· De Excusationibus Tutelarum· Ad Senatus Consultum Tertullianum· Ad Orphitianum Senatus Consultum· Ad Regulam Catonianam· Ad Senatus Consultum Syllanianum et Claudianum· Ad Senatus Consultum Vellejanum de Intercessionibus Feminarum· Ad Li=bonianum Senatus Consultum· De Officio Præfecti Urbi· De Officio Prætoris Tutelaris· De Officio Assessorum· De extraordinariis Criminibus· Ad Hypothecariam Formulam· Ad Formulam Municipalem· De inofficioso Testamento· De Publicis Iudiciis· De Iudiciis Centumviralibus· De Iure singulari· De secundis Tabulis· Ad Orationem D· Severi· Ad Orationem D· Marci et Commodi· Ad Legem Vellejam· Ad Legem Cinciam· Ad Legem Falcidiam· De tacito Fidei commisso· De portionibus quæ Liberis dam=natorum conceduntur· De Iuris et facti ignorantia· De Adulteriis· De instructo et instrumento, sive de instructi et instrumenti significa=tione Monobiblos· De Appellationibus· De Iure Libellorum· De Testamentis· De Iure patronatus, quod ex Lege Iulia et Papia venit· De Actionibus· De Donationibus inter Virum et Uxorem· De Legibus· De legitimis Hæreditatibus· De libertatibus dandis· De Senatus Consultis· De assignatione Libertorum· De variis lectionibus· Epitome Alpheni Digestorum· Notæ ad Iulianum· Notæ in Libros Quæstionum Papiniani, et in ejusdem Libros Responsorum· Ad Legem Fusiam Caniniam et ad Senatus Consultum Turpilianum Libri singulares· Epitome Pithanon Labeonis· Libri singulares, de Dotis repetitione, de Cognitionibus, de articulis Liberalis Causæ·

pag· 5 pg·

Publii Furii Anthi, sive Antiani, Pauli æqualis, Libri·V· ad Edictum·

Sexti Pomponii Romani, gentilis T· Pomponii Attici, ad quem Cicero, et T· Pomponii Bassi, ad quem Plinius Lib·IV· Epist· 23· Papiani discipuli, et Alexandri Severi a Consiliis; quamquam in Lampridii in Alex· Severo, desint verba: Pomponius Legum peritissimus et scripsisse credatur sub Hadriano, et ad Antonini Pii tempora tantum pervenisse, Libri·XXXIX· Lectionum ad Q· Mucium Scævolam, Libri·XXXV· ad Sabinum, sive ex Sabino, Libri·XX· Epistolarum, Libri·XV· Variarum Lectionum, Libri·VII· ad Plautium, vel ex Plautio, Libri·V· Senatus Consultorum, Libri·V· Fidei commissorum, Liber singularis de tacitis Fidei commissis, Liber Regularum· Enchiridion Iuris Libris·II· et aliud Libro singulari, cuius pars eximia superest in Digestis tit· de Iuris Origine· Libri plures ad Edictum, nempe·LXXXIII· quorum undoctogesimus allegatur· Libri Digestorum et Libri VIII de Stipulationibus; sed Digestorum Libri ex hoc Catalogo expungendi, quemadmodum et Liber de tacitis Fidei commissis·

pag. 530

Iunij sive Iulij Mauriciani eodem Alexandro imperante clari, Libri. VI. ad Leges, et Notę in Iulianum, sive Iuliani Digestorum Libros, ut suspicatur Bertrandus. Libri de Pęnis, quos ad hunc Maurıcianum refert Labittus, Modestino ab alijs tribuuntur.

Florentini, qui ijsdem temporibus floruit, Institutionum Libri. XII.

Claudij Venuleij Saturnini, sub eodem Alexandro Severo Iuris Scientia celebris, Stipulationum Libri. XIX. Actionum Libri. X., de Officio Pro Cos. Libri. IV., De Pœnis Paganorum Liber singularis. Paganos Militibus opponi constat ex Vegetio Lib. II. Cap. 23. his verbis: Nam si doctrina cesset armorum, nihil Paganus distat a Milite. Libri. VII. Publicorum, et Liber de Coronis, lectus a Tertulliano, apud Pancirollū Lib. II. Thes. Var. Lect. Cap. 179.

pag. 531. Tertulliani, qui circa hęc tempora claruisse videtur, diversus a Tertullo, quo referente Senatus Consultum Tertullianum sub Imperio Antonini Pij factum est, diversus itidem a Q. Septimio Florente Tertulliano, Ecclesię Doctore, licet et ipso Iuris neutiquam imperito, de quo supra pag. 269. Quęstionum Libri. VIII. et de Castrensi peculio Liber unus.

Herennij Modestini, Lampridio teste, Alexandri Severi a Consilijs, Libri. XIX. Responsorum, Libri. XII. Pandectarum, Libri. X. Regularum, Libri. IX. Differentiarum, Libri. VI. Excusationum, Libri. IV. de Pœnis, Liber singularis De inofficioso Testamento. De Manumissionibus. De Legatis et Fidei commissis. De Testamentis. Περὶ εὑρηματικῶν, de enucleatis casibus, de differenti Dotis, de ritu Nuptiarum. Libri plures ad Q. Mucium Scęvolam, et Libri de Pręscriptionibus.

Hermogenis, sive Hermogeniani, ut in Pandectis dicitur, diversi ab Hermogene, qui sub Diocletiano Codicem Hermogenianum, ut supra dixi, collegit, ac Modestini ęqualis, Christiani Scriptoris non Ethnici, ex Io: Bertrandi sententia, Epitomarum Iuris Libri. VI. et Libri Fidei commissorum.

Licinij Rufini non ignobilis eadem ętate Iuris Consulti Regularum Libri plures, quorum. XII. dumtaxat in Indice Florentino memorantur.

Ælij Marciani, qui sub eodem Alexandro fuit, Libri. XVI. Institutionum, Libri. V. Regularum, Libri. II. de Appellationibus, Libri totidem de publicis Iudicijs. De Delatoribus. Ad Senatus Consultum Turpilianum. Ad Hypothecariam Formulam. Notę ad Papinianum. De Adulterijs. Libri Digestorum.

pag. 5B2.

Claudij Triphonini sive Triphonij, discipuli Papiniani, Dissertationum Libri XXI. et Notæ ad Libros Digestorum Scævolæ.

Triphoninum Cervidij Scævolæ discipulum facit Fabritius supra pag. 526.

Arij Menandri, Alexandri Severi Imp. a Consilijs, diversi a Cn. Publicio Menandro, Ciceroni memorato, Orat. pro Cornelio Balbo, De re Militari Libri IV.

Africani Scriptoris subtilis et difficilis, qui iisdem temporibus clarus, et Papiniani discipulus fuit, Quæstionum Libri IX. et Libri Epistolarum. At Sex. Cæcilium Africanum antiquiorem, cujus apud Gellium mentio, potius intelligendum esse docet Cujacius, cujus prælieri Tractatus sive Exercitationes IX. quibus Africani Fragmenta illustrantur. Confer ejusdem Observationes Lib. VII. Cap. VII.

Aurelij Arcadij Charisij Libri singularis de Testibus, de Officio Præfecti Prætorio, de Muneribus Civilibus. Hic Charisius Præses Syriæ fuit Imperante Diocletiano.

Iuris Consultorum Veterum Scripta hæc, ac Loca in Libris Iuris Civilis, ubi singula allegantur, indicavit Iacobus Labittus, Lips. 1616. 8. Lugd. Bat. 1647. 8. ac prius cum Ziletti Indice Venet. 1566. et cum Ant. Augustini et Io: Wolffgangi Indicibus Lugd. 1585. 8.

Vitas dedit Io: Bertrandus Tolosæ 1617. 4. Lugd. Batav. 1675. 8. et Guilelmus Grotius, Lugd. Bat. 1690. 4.

Historiam Iuris Romani, Iustinianei, Græci, Germanici, Canonici, Feudalis, Criminalis et Publici e genuinis Monumentis illustratam dedit Burchardus Gotthelf Struvius, Ienæ 1718. 4. hic est Struvij, qui Pandectas commentatus est, filius.

Iurisprudentiam Antejustinianeam dedit Antonius Schultingius, Lugd. Bat. 1717. 4. editis Iuris Consultorum Veterum Fragmentis, inter quæ etiam Papiani Gotho-Romani sub Theodorico, vel Burgundionis viri Liber Responsorum, &c.

Hunc Responsorum Papiani Librum primus edidit cum Cod. Theodos. et alijs quibusdam fol. Iacobus Cujacius Lugd. 1566.

pag. 4B8

Iuris Consulti longe plures in Libris Iuris Civilis, et apud alios Veteres memorantur, de quibus Bertrandus Lib. II. singillatim sibi agendum putavit. Nobis sufficiet sola nomina cum notatione temporis hic breviter apponere.

Ante Augusti Imperium floruere.

Sextus Ælius Catus laudatus, auctor Iuris Æliani supra memorati pag. 516. et Tripartitæ, quo in Opere Legibus XII. Tabularum, præter Interpretationem Legis Actionem subiecerat.

Iunius Gracchanus, a Caii Gracchi amicitia ita dictus, teste Plinio, auctor Librorum VII. de Potestatibus.

Cato M. Catonis Porcij filius, cujus Libri XV. de Iuris disciplina, sive Commentariorum Iuris Civilis olim ferebantur.

P. Mutius Scævola Q. Mucij pater, et Consul eo anno quo Tiberij Gracchi seditio orta est, auctor Librorum XIV. Commentariorum Iuris, in quos Notas composuit Servius Sulpitius.

Brutus pater ejus, qui parricidio Cæsaris interfuit, auctor Librorum III. de Iure Civili.

Q. Ælius Tubero equalis Luculli, Panætij auditor, de Iure Venditionis, ac forte quædam alias scripsit; diversus autem est a

Q. Tuberone, quem Iuris Publici et privati Libros composuisse testatur Pomponius.

C. Aquilius Gallus, Cajus Iuventius, et Aulus Cascellius auditores Mucij Scævolæ, ex quibus Cascellius auctor tum aliorum plurium, tum Libri Benedictorum, qui Pomponij ætate adhuc extabat. Aquilius vero præceptor fuit

Servij Sulpitij Rufi, quem Libros·CLXXX· ferè reliquisse idem Pomponius testatur, ex quibus memorantur Libri·II· ad Edictum Bruto inscripti, Notæ ad P. Mucium Scævolam, ad Leges·XII·Tabularum, Liber singularis de Dotibus, Libri·II· de Testamentis. Hunc Servium audiverunt

Publicius Gellius, Labeo Antistius Labeonis Antistij pater, Cinna, C. Atejus Pacuvius, Flavius Priscus, Aufidius Namusa, Aufidius Tucca, Titus Cæsius, Alfenus Varus, de quo dictum est pag. 5pp. et C. Aulus Ofilius auctor Librorum·V· Iuris partiti.

L. Valerius, Sextus Pompejus, et M. Manilius, qui Leges Venalium vendendorum composuit, et Libros·VII· de Iure Civili scripsit, Iuris Consulti insignes memorantur apud Ciceronem.

P. Rutilius Rufus avunculus Cottæ, cujus laudantur Libri de Vita sua, Historia Rerum Romanarum, et Oratio de modo Ædificiorum, de qua vide Svet. in Augusto Cap. 89.

Cœlius Antipater Magister L. Crassi, Fufidius, M. Cælius Rufus, qui Ædilitium Edictum interpretatus fuerat, et C. Trebatius Testa, cui Topica sua Cicero inscripsit.

Sub Augusto

Vitellius Augusti Procurator claruit; ad cujus Libros scripsit Sabinus.

Varius Lucullus non multo junior Labeone.

Atejus Capito, qui sub Tiberio senex obijt, auctor Commentariorum ad Leges·XII·Tabularum, Librorum CXX· Conjectaneorum, Librorum·X· de Pontificio Iure, Librorum·X· de Iure Sacrificiorum, Libri singularis de Officio Senatorio, et Collectaneorum.

Drusus denique Celso Iuris Consulto memoratus.

Sub Tiberio

Coccejus Nerva claruit ejusdem Tiberij familiaris, Sectator Labeonis, atque horum temporum jurisconsultissimus, relicto Filio sibi cognomine, cujus Commentaria de Usufructu et Usucapione celebrantur.

Paconius Blæsius, et L. Cassius Longinus, qui scripsit Libros·X· Iuris Civilis.

Servilius obijt sub Nerone

Atilicinius, et Vivianus claruisse feruntur sub Ottone.

Minutius Natalis, Cartilius sive Atilius Severus, Aristo, qui de Furtis, Librum Responsorum, et Commentarios ad Cassium et Sabinum scripsit. Papyrius Fronto, cujus Liber Decretorum, et Libri III. Responsorum memorantur. Ursejus Ferox, in cujus Commentarijs quædam notavit Julianus, omnes sub Trajano et Hadriano floruere. Videtur etiam his temporibus celebris fuisse Sextus Pedius, diversus a Pedio de quo Persius Sat. I. vers. 18. et a Pedio Blæso apud Tacitum XIV Annal. Cælius Sabinus quoque, et Puteolanus, qui Libros Adsessorum scripsit.

Sub Hadriano et Antonino Pio fuere

Tuscianus sive Tuscius Fuscianus, nisi legendum Mecianus apud Pomponium Leg. II. de Orig. Iuris, Sextus Cæcilius, Q. Saturninus, Lælius quidam et Valerius Severus, Octavenus quoque et Plautius Sylvanus, et Vindius, qui de Prætoris Edicto ac detractione Falcidiæ scripsit, diversus ab alio hujus nominis Iuris Consulto Alexandri Severi temporibus claro.

Coccejus Campanus claruit temporibus Septimij Severi.

Arianus, diversus a Nicomediensi Ariano, Hadriani temporibus claro, et ab Ariano Severo autore Librorum de Interdictis, Favius Mela, ac denique Mecius, quem perperam cum Meciano quidam confundunt, floruere sub Alexandro Severo.

C. Flaccus, et Fulcinius Iuris Consulti Julio Paulo laudati, ad quæ tempora referendi sint accurate non constat.

Caput. X.
De Codicibus Theodosiano, &c.

pag. 541.

Codex Theodosianus auspicijs Theodosij iunioris, e Constitutionibus Constantini M. et sequentium Imperatorum collectus, Libris XVI. distinctus, Anno Christi. 438. ejus Imperij XVI. absolutus ab Antiocho, Maximino et Martyrio Viris illustribus, et a quinque spectabilibus Viris ac Comitibus Sperantio, Apollodoro, Theodoro, Epigenio, et Procopio. Luculenter post varias Editiones vulgatus est ab Antonio Manillio Lugd. 1665. fol. seu Tomis, qui tamen in tria, vel etiam duo paulo crassiora Volumina compingi posset. Editio hæc aucta est Commentarijs posthumis eruditissimi Iacobi Gothofredi, addita Chronologia, Notitia Dignitatum, Prosographia, Topographia, et Glossario Nomico.

pag. 543.

Alarici Regis Codex, sive Codicis Theodosiani Breviarium non compositum est ab Aniano, nec explanatum interpretationibus, sed editum dumtaxat, ut ex Alarici Commonitorio ostendit Sirmondus in Quæst. Triplici Tom. I. Opp. Sirmondi Paris. 1696. fol.

Anianus Vir Spectabilis et Cancellarius Regis Alarici fuit, ut Tom. VI. Mediæ et infimæ Latinitatis hujus Bibliothecæ pag. 109

De Iure Græco Romano, Libris Basilicon, eorumque Epitome, Harmenopoli Promptuario, &c. Vide Biblioth. Græcæ Lib. VI.

Corpus Iuris Civilis Iustinianei, auspicijs Iustiniani Imp. concinnatum a Triboniano et alijs, quo continentur;

Institutionum Libri. IV in quibus Titulos habes. XCIX. quas Græca Paraphrasi interpretatus est Theophilus longe junior Theophilo Iustiniani æquali, ac uno ex compilatoribus hujus Corporis Editiones Theophili præstantiores Gr. Lat. Genevæ. 1610. 12. et 1587. 4 ac Paris. 1638. et. 1657. 4. curante Carolo Annib. Fabrotto.

Pandectarum sive Digestorum Libri. L. in quibus Tituli. CCCCXXII. Leges. 9123.

Codex M. S. Florentinus toto orbe celeberrimus duplici Volumine venerandæ antiquitatis Litteris Sæculo VII ut videtur, exaratus, captis anno. 1406. Pisis, Florentiam ablatus est a Gino Caponio Exercitus Florentini Duce, inde in Gaza Magni Ducis Hetruriæ diligentiori etiamnum custodia servatur. Claudius Dausquius, Cujacius, Brissonius negant semper et usquequaque ad Veteris hujus at privati Codicis scriptionem standum esse. Non raro tamen Criticos sine causa ab ejus lectione recedere probant Pagenstecherus. Dissert. de Iure Virginum, Brem. 1709. 12 et Guilielmus Best in Ratione emendandi Leges, seu Libello erudito, quo secundum Regulas certus plurimæ emendantur Leges, stabilita plerisque in locis Pandectarum Florentinorum auctoritate, Ultraiecti. 1707. 8.

Notum porro est Libros Digestorum in antiquis Editionibus Glossatis et alijs distingui in Ius Vetus, Infortiatum, et Ius Novum. Videtur autem vox Infortiatum barbare efformata Azonis tempore ab infarcio. Ius Vetus continet Librum I. usque ad Titulum II. Libri XXIV. Infortiatum incipit a Tit. III. Libri XXIV. desinitque in integrum Librum. XXXVIII. Ius Novum denique a Libro. XXXIX. ad. L. Divisio autem hæc a Bulgaro Iuris Consulto ejusque æqualibus jam inde a Sæculo. XIII. invecta est.

Alia tamen Græcorum divisio fuit, cui suffragatur Imperator Lege II. Cod. de Vet. Iure encul. ibi enim Pandectas diviserunt in Partes VII. Prima erat a Lib. I. ad Lib. IV. Secunda a Lib. V. ad Lib. XIX. Tertia a Libro XX. ad μέσον τῶ πάντος, scilicet Umbilicum Pandectarum, hoc est ad Librum XXVII. Quarta a Libro XXVIII. ad Librum XXXVI. ~~Quinta~~ Sexta a Libro XXXVII. ad Lib. XLIV. Septima a Libro XLIV. ad Librum L.

Sigla vulgaris. ff. qua Digestorum Libri quando allegantur denotari solent, illa est Littera. f. geminata, sive id vitio atque ignoratione Scriptorum acciderit, illa utentium loco Litteræ. Π. quæ Pandectas, vel. D. quæ Digesta innuebat, sive id tribuatur memoriæ duorum Fridericorum Impp. qui auctoritatem suam et curam Pandectis addidisse dicuntur. Pandectæ Iuris, sive Digestorum Libri una cum Institutionum Libri ex auctoritate Iustiniani Imp. promulgati fuere Anno Christi. 533. [illegible] Cal. Ianuar.

Codicis Iustinianei conditi anno Christi 534. Libri XII. in quibus Tituli 764. Leges 4648. meris Imperatorijs Constitutionibus absolvuntur. In quibus quemadmodum et in Pandectis, nullæ occurrunt Leges Imperatorum Hadriano antiquiorum, quoniam Hadrianus pleraque in Legibus Romanis innovavit. In linguam Turcicam translatum fuisse Codicem testatur Menagius ex Leunclavij et Bullialdi fide, pag. 158. Amœnitat. Iuris. ac Turcos pleraque e Legibus Romanis in suas transtulisse, præcipue quæ ad materiam Servitutum spectant.

Novellarum Iustiniani Collationes IX. Constitutiones 168. Editæ Græce cum Latina versione apud Henric. Steph. 1558. fol. curante Henrico Scringero; quarum Constitutiones 145. tantum, ediderat prius Gregorius Haloander Norimbergæ 1531. fol.

Antea sola circumferebatur Latina Anonymi interpretatio, quæ Authentica vulgo dici solet, quoniam in Foro recepta est; et Græca pressius sequitur quam Epitome Iuliani Patricij et Exconsulis non longe a Iustiniani temporibus latino sermone concepta Libris II. quæ Epitome sæpissime cum alijs Iuris Voluminibus edita incipit: Primum quidem in Digestis et Constitutionibus, &c. Authenticæ auctorem alij Bulgarum Bononiensem IurisConsultum, et Græce doctum, alij sequioris ævi Monachum, alij demum Scriptorem Iustiniani ætati supparem crediderunt. Vide Alciatum Lib. II. Cap. 46. Parergon.

Decimam Collationem Novellarum Extravagantium ex Haloandro, Scringero et Codicibus M.SS. collegit Antonius Contius. Hoc loco observandum porro est, cum Leges adversa fronte concurrunt, sibique invicem contrariæ sunt, Institutiones Digestis, Codicem utrisque, Codici Novellas derogare.

Feudorum Libri II. sub Federico Barbarossa circa A.C. 1152. privato ausu collecti sunt ab Oberto de Orto sive Ortensio, et Gerardo Nigro Capegisto, alias Gherardo Cacapisci vid. Tom. V. pag. 149. Biblioth. mediæ et infimæ ætatis postea auctoritate Friderici II. et III. confirmati et publicam nacti auctoritatem. Præterea Cujacius ex Adrizone et Alvaroto plura de Feudis Capitula in Titulos XXXVII. digestas restituit, et Feudales Constitutiones Lotharij III. a se congestas adiecit.
De Ethymo vocabuli Feudum Vide Barthium pag. 192. ad Guilelmum Britonem.

Solent subjungi Constitutiones Friderici II. a Papa Honorio confirmatæ et duæ Extravagantes Henrici VII. Imp. et Tractatus de Pace Constantiæ inter Frid. I. et Lombardiæ Urbes.

Extat et Libellus Feudorum Reformatus, ex omni Feudorum veteri Iure digestus ex M.S. Biblioth. Regiæ editus a Nicolao Rigaltio Paris. 1611. Deinde auctus et emendatus, cura Io: Philippi Smilij Argentoratensis, una cum Antonij Minutij, sive Minucij, sive Moricutij Bononiensis de Prato Veteri Libris VI. de Feudis ad Sigismundum Imp. a Ioanne Schiltero erutis ex Biblioth. Reg. et Codice Iuris Alemannici Feudalis, Comitijs Noricis anno 1204. publicato, auctoritate Ottonis V. Imp. et Iure Feudali Saxonico ab Epkowe de Repkaw Equite Saxonico sub Impp. Saxonicis lingua Alemannica composito, atque Antonij Dadini Altheserræ Libro de Origine et Statu Feudorum pro moribus Galliæ prodijt Argentorati 1695. 4.

Editio præstantissima Corporis Iuris Civilis prodijt Amstel. 1663. fol. cum Dionys. Gothofredi Notis et additis Græcis passim Constitutionibus.

Codicem Legum Antiquarum pleniorem emendatioremque dedit post Heroldi, Sickardi, Boerij, Tilijque Editiones Fridericus Lindenbrogius Francofurti. 1613. fol. Complectitur autem Lindenbrogianum Volumen primo loco

Codicem Legis Wisigothorum Libris. XII. hinc sequuntur:

Edictum Theodorici Regis Capitibus. CLIV. pag. 239.

Lex Burgundionum Capitibus. LXXXIX. preter Additamenta pag. 261.

Codex Legis Salicę ann. 798. Capitibus. LXXI. pag. 309.

Lex Alemannorum, tempore Clotharij Regis, Capitibus. LXXXXIX. pag. 357.

Lex Bajovariorum, Titulis. XXI. distincta. pag. 391.

Decretum Tassilonis Ducis Bajovariorum pag. 439.

Additamenta ad Leges Bajovariorum a Carolo Rege addi jussa, pag. 441.

Lex Ripuariorum Capitibus. LXXXIX. distincta pag. 445.

Lex Saxonum Capitibus. XVIII. distincta pag. 471.

Lex Angliorum, et Werinorum Capitibus. XVII. pag. 478.

Lex Frisiorum Capitibus. XXII. cum Additionibus Sapientum. pag. 487.

Leges Lombardorum Libris. III. distinctę pag. 509. a Boerio editę Venet. 1537. 8. et a Goldasto Francof. 1613 sub titulo Collectionis Consuetudinum et Legum Imperialium.

Constitutiones Siculę sive Neapolitanę Libri. III. pag. 691. Rogerij, Guilelmi, et Friderici. II. hę Leges sunt.

Capitula Caroli et Hludovici Impp. collecta ab Ansegiso Abbate, et Benedicto Levita, Libris. VII. adiectis alijs eorundem Regum et Caroli Calvi Capitulis. pag. 828.

Marculfi Formulę Solemnes priscę publicorum privatorumque negotiorum, nunc primum editę pag. 1205.

Lindenbrogij ipsius Castigationes Varięque lectiones pag. 1313.

Glossarium pag. 1345. usque. 1499.

Lindenbrogius vero, qui Codicem hunc ex M.S. Corbejensi edidit, reprehenditur quod Vocabula antiqua Germanica, quę sunt in Editione Heroldi, preteremisit. Vir maximus, sed Linguarum Veterum Septentrionalium scientia ad id operis haud satis instructus, judice Georgio Hickesio pag. 96. et. 153. Diss. Epistolar.

Io: Georgius Eccardus multis se partibus meliorem hunc Lindenbrogij Codicem dare posse testatus est. Cujus rei felix auspicium dedit anno. 1720. Hanoverę. fol. vulgatis Legibus Francorum Salicę et Ripuariorum, Formulis Veteribus Alsaticis, Leibnitij Libro de Origine Francorum, et Annalibus Francicis ab. A. 253. ad. 768. quos Gregorio Turonensi suo anno. 1699. subiunxit Theodoricus Ruinartus. Conspectum etiam dedit Eccardus Codicis Legum Veterum, quem vide hic p. 559.

Io: Heroldi Editio Basil. 1557. fol.
Io: Sickardi Basil. 1530. 8.
Nicolai Boerij sive Boherij Venet. 1537. 8.
Io: Tilij Paris. 1548. 8.

Hanc Legem Euricus cepit, qui regnavit ab anno. 466. ad. 484. deinde Leuvigildus, post Chindasvindus et filius Recesvindus recognoverunt, demum Ervigius Spaniarum Rex Libris. XII. perfecit, qui regnavit ab anno. 680. ad. 688.

Lex ista tempore Lotharij Regis extat in Goldasti Scriptoribus Rer. Germanicarum Tom. II. sub initium Francof. 1606. fol.

Hęc Capitula Regum Francorum cum magno Auctario et eruditis Notis vulgavit Stephanus Baluzius Parisijs. 1677. fol. Leges istę Ecclesiasticę et Civiles collectę sunt ab Ansegiso anno. 827. a Benedicto, anno. 841.

Has Formulas e Bibl. Regia eodem quo Lindenbrogius tempore cum preclaris Notis edidit Hieronymus Bignonius Paris. 1613. 8. Subjecit etiam cum Bignonij et suis Notis easdem Formulas Baluzius Capitularibus Regum Francorum. Marculfus hic Monachus fuit.

Lindenbrogij Editio iste constat Sterl. 1. Scel. 1.

pag. 563.

Corpus Iuris Canonici complectitur.

Decretum, sive Concordantiam Discordantium Canonum a Gratiano de Clusio Tusciæ Civitate, Monacho S. Felicis Bononiensis Ord. S. Benedicti anno 1151. in illo Monasterio absolutam, iam ab anno 1127. cæptam, collectam ex Canonibus Apostolorum et Conciliorum, dictis Patrum, et Pontificum Epistolis spurijs Decretalibus, Legibus etiam Civilibus Imperatorum, distinctamque in Partes III. quarum Prima Distinctiones CI. Secunda Causas XXXVI. varijs quæstionibus dijudicatas continent, Tertia agit de Consecratione Distinctionibus V. Post Causæ XXXIII. quæstionem II. insertus est de Pœnitentia Tractatus Distinctionibus VII.

Ante Gratianum, Dionysius Exiguus, Isidorus Mercator, de cuius imposturis et fraudibus vide Davidis Blondelli Pseudo-Isidorum Genevæ 1628. 4. Isidorus Hispalensis, Burchardus sive Brocardus Wormatiensis, unde Brocardica, Ivo Carnotensis, alijque plurimi Collectiones ejusmodi confecerant, de quibus vide Io: Doujacium Libr. III. Prænotionum Canonicarum. Privatis auspicijs hoc Opus est compositum a Gratiano, Burchardi, Anselmi, atque Ivonis Collectionibus strenue uso, quorum omnium luminibus obstruxit, adeo ut Magister deinde appellatus, maximum in decidendis causis pondus habuerit. Quam sæpius tamen errasse Gratianum multi jam notarunt, vel dum Burchardi et aliorum errores sequitur, vel dum ipse non accurate lecta excerpsit, vel dum Interpretibus errantibus præbet aurem, ipse ne summos quidem Græcæ Linguæ apices callens. Hanc Gratiani Syllogen Eugenium III. Papam confirmasse ferunt, et in Academijs prælegi jussisse. Huic Collectioni Gratiani Cotta Palea discipulus dicitur aliquot Capita addidisse, quæ in antiquioribus M. SS. non leguntur. His Paleæ nomen est adscriptum, quod alij putant esse παλαιὸν, pro Veteri Interprete, alij Paleam, velut levioris rem momenti, minus bene utrumque.

Decretalium Epistolarum Libros V. auspicijs Gregorij IX. post annum Christi 1230. digestos a Raymundo de Pennaforti Hispano Ord. Prædicatorum, ex Constitutionibus et Concilijs ab Alexandro III. usque ad hunc ipsum Gregorium IX. Hi Libri vulgo Extra appellari solent, quia nempe sunt extra Decretum Gratiani. Omnibus fere Decretalibus fulmen Anathematis apponi ægre fert Petrus Damiani Libro I. Epist. XII. ad Alexandrum II.

Sextum Decretalium, sive Libros V. alios Constitutionum Gregorij IX. et X. Innocentij IV. Clementij IV. &c. Conciliorumque in primis duorum Lugdunensium An. 1245. et 1273. celebratorum collectos iussu Bonifacij VIII. a Guilelmo Archiepiscopo Ebredunensi, Berengario Episcopo Biterensi, et Richardo de Senis Vice=cancellario Ecclesiæ Romanæ, promulgatosque A.C. 1297. 5. Non. Martij. Sextum Decretalium ab Ecclesia Gallicana et in Regno Galliæ non receptum notat Natalis Alex. Tom. VII. Hist. Eccles. edit. in fol. pag. 137.

Clementinas, sive alios Libros V. Constitutionum Clementis V. qui Bonifacio VIII. successit, ac Concilij Viennensis, quod ipso moderante celebratum fuit A.C. 1310.

Extravagantes Constitutiones XX. Ioannis XXII. qui post Clementem V. Pontificia dignitate usus est, et Clementinas anno 1320. Clemente illo defuncto, promulgavit. Has Ioannis Constitutiones Ioanninas appellat Cujacius.

Extravagantes Communes, sive variorum Pontificum, nempe Ioannis XXII. aliorumque, qui ei per sesquiseculum successere, Constitutiones, quæ secundum ordinem Librorum V. Gregorij IX. digestæ sunt, ita tamen ut Libro IV. in hac Collectione nullus respondeat, extentque tantum Liber I. II. III. et V.

Corporis Canonici optimæ omnium Editiones sunt Parisijs 1685. 1687. fol. duobus Volum. cum Notis et Emendationibus ad MSS. Codices adhibitis a Petro et Francisco Pithoeis, et Lipsiæ 1695. 1705. fol.

Prodierat Gratiani Decretum Antuerpiæ 1570. 8. tribus Volum. cum Paratitlis et annotationibus marginalibus Antonij Demochares et Antonij Contij, qui solet distinguere verba Gratiani, a verbis Canonum et aliorum.

At in Romana Correctione auspicijs Gregorij XIII. in lucem edita Romæ 1582. fol. et 1584. 4. Venetijs Correctores Romanos Demochare et Contio audaciores passim fuisse queritur Baluzius in Notis ad Gratianum asserens Gratiani Collectionem hodie nos non habere, sed Collectionem Correctorum Romanorum inhærentem ordini, qui servatus a Gratiano est.

Institutionum Iuris Canonici Libros IV. iussu Pauli IV. anno 1563. in lucem emisit Io: Paulus Lancellottus I.C. Perusinus.

Sequuntur præterea Edit. Epistolarum Summ. Pontificum bene multæ, et Bullarum, quæ et Bullaria vocantur, in quibus præcipuum est Bullarium Laertij Cherubini, a S. Leone Magno ad Paulum V. Rom. 1617. fol. trib. Volum. continuatum ab Angelo Cherubino usque ad Urbanum VIII. Rom. 1638. 4. Vol. deinde Tom. V. et VI. additus usque ad Clementem X. Rom. 1672. fol. ab Angelo a Lantusca, et Io: Paulo a Roma.

Clauditur hoc Caput brevi de media Iurisprudentia et Iure Commentitio observatione, memorato §. 13. Institut. de legitima Agnatorum success. et Paulo Leg. XX. Digest. de Pœnis. Dicitur, Legibus XII. Tabularum junius, Imperiali autem dispositione anterius, ac nihil aliud per illud intelligitur quam Ius libera Rom. Republica introductum ex Iurisprudentum interpretatione ac responsis. Vide Frid. Gottlieb Struvij Dissert. Preliminarem præmissam Supplement. Ehrenfridi Gejeri ad Besoldum et Speidelium Ienæ 1710. 4. pag. 1348. Tom. VI. Biblioth. mediæ et infimæ ætatis, in Addendis et corrigendis.

Gratiani Canones ab apocryphis discreti, corrupti ad emendatiorum Codicum fidem exacti, difficiliores commoda interpretatione illustrati: Opus egregium Caroli Sebastiani Berardi, in Regia Taurinensi Nobilium Academia Iurisprudentiæ studijs Præfecti, in Tomos tres distributum. Prior agens de Canonibus Conciliorum in Gratiani Opere repræsentatis, prodijt Taurini 1752. 4. Secundus agens de Canonibus Romanis Pontificibus tributis, prodijt ibid. 1754. 4. Tom. tertius de Canonibus ex Patrum Operibus desumptis, in dies expectatur. Cogitaverat Antonius Augustinus de emendatione Gratiani, sive Paulum Constabilem, Ordinis Prædicatorum; qui Notis auxit, item Decretum, iussu Gregorij XIII. sed non perfecit. Prodijt perstrictus Taurini 1757. 4.

Caput XI.
De Scriptoribus Legibusque Rei Agrimensoriæ

pag. 573.

Auctores Legesque Rei Agrariæ sive Finium Regundorum, prodiere primum hortatu Io: Tilij Meldesium Episcopi, ad Palatinum Codicem castigati mutua opera Petri Gallandij, Petri Castellani, Aimari Ranconeti et Adriani Turnebi Paris. 1554. 4. Auctores deinde cum observationibus et Notis Nicolai Rigaltij itidem Paris. 1614. 4. prætermisso Titulo Finium Regundorum Lib. X. Pandectarum obvio, Fragmentisque quibusdam M. Iunij Nipsi, Aprofiditi sive Epaphroditi et Vetrubi Rufi in Turnebiana Editione existentibus. Postremo optima et locupletissima Gulielmi Goesij Editio Amstel. 1674. 4. cum Rigaltij suisque Notis additis duobus Indicibus Philologico et Geographico, ac Libro Antiquitatum Agrariarum, quo præter alia fusius agit de Colonijs. Nihil harum rerum intellexisse Iulium Cæsarem Bulengerum in Libro de Vectigalibus Pop. Rom. affirmat Goesius pag. 165. idemque passim iniquior est famæ Barthij et Salmasij. Auctores isti Rei Agrariæ primum cum alijs eximijs Scriptoribus Manuscripti reperti sunt a Thoma Phedro, anno 1493. in Monasterio Bobiensi, ut supra observatum est pag. 47. ex Volaterrano. Interim iuvat hoc loco optimam Goesij Editionem recensere.

Rigalti Editio constat Scel 3½.
Goesij. 1674. Scel. 5.

Siculi Flacci De Conditionibus Agrorum. pag. 1.

Eiusdem Nomina Agrorum et Limitum. pag. 20.
Non ante Domitianum vixit Siculus, cuius Edicti meminit, neque ante Nervam floruisse Rigaltio videtur. Seculum pro Siculo appellat Barthius Advers. Lib. XIX. Cap. V. (quomodo et in vetustiss. suo MSS. vocari testatur Guidus ad Phedrum pag. 242.) et cuius Epitomen tantum haberi nos putans clarissime clarum esse ait, quod Epitomator fuerit Christianus. Nihil horum arridet Goesio, etsi nec ille habet, quo Ethnicum probare possit. In pervetusto Io: Arcerij Codice Siculi Flacci nomen legitur. Siculum Flaccum de Conditionibus Agrorum cum Emendationibus et Notis suis eruditis, in quibus sæpissime a Goesio recedit, separatim edidit Io: Conradus Schwartzius Coburgi. 1711. 4.

Sexti Iulij Frontini De Agrorum qualitate, sive Expositio Formarum ad Celsum Penestum, ut in Editione Basileensi 1528. legitur, non ut per Celsum alij Cæsarem intelligunt, nam pag. 29. pro statim Celsi Cæsaris legendum est statim coelestia Cæsaris. Goesio hic Libellus non videtur esse Frontini, sed partim M. Iunij Nipsi, partim Gerberti Philosophi, qui tandem Papa evasit. Rigaltius partem illam quæ de Mensuris agitur pag. 29. seq. Balbo tribui testatur in duobus MSS. Balbi Mensorij, eiusque Scripti ad Celsum de Asse mentio supra pag. 529. et infra in hac Goesij editione.

Eiusdem Frontini Libellus De Limitibus Agrorum pag. 39. Vide Boethium Lib. II. Geometriæ, et Vegetium Lib. II. Cap. III. Instit. Rei Militaris.

Aggenus Urbicus, cujus extat hic pag. 44. in Julium Frontinum Commentarius, non ante Theodosij M. vel etiam Antonini Pij tempora vixisse videtur Goesio, quia meminit curæ circa loca sacra, et litium de Æde Matris Deûm motarum. templa autem Idolorum diruit Theodosius. Meminit etiam controversiæ inter JurisConsultos et Agrimensores, quam decisam esse constat ab Antonino Pio. Sunt qui ex veteri Inscript. Lugd. ad Tiberij ætatem referendum putent. Quod vero Goesius addit Christianum videri, minus exploratum est, nam etsi initio Commentarij in Frontinum de Controversijs ait divino præsidio se manum dare scriptioni, nihil est quod non dicat æque ac dixerit homo Ethnicus.# Desunt tamen in his Controversijs Aggeni Controversiæ de positione Terminorum, de Vigore, de Fine et de Loco. Aggeni ad Frontinum de Agrorum qualitate, multis modis inquinata esse vitiis absurdis et ineptis observat Goesius, ac plurimum differre a reliquis, quæ de Controversijs Aggenus scripsit. Ediderat illos Aggeni ad Frontinum Commentarios primus Jo: Sichardus ad Calcem Codicis Theodosiani Basil. 1528. fol. apud Henr. Petri.

\# At Urbicus præterea in hoc ad Frontinum de Controversijs Commentario, in Edit. Basil. 1528. pag. 177. ubi De locis sacris et religiosis agens effatur: In Italia autem multi, crescente religione sacratissima Christiana, Lucos profanos, sive Templorum loca occupaverunt, et serunt. Quod extra dubitationis aleam statuere videtur, eundem, ut Goesius affirmat, fuisse Christianum.

Eiusdem Aggeni De Controversijs Agrorum Pars prior. pag. 50. Pars altera. pag. 65.

Liber ejusdem argumenti, auctore Simplicio, pag. 76. Rigaltius tamen hunc refert ad auctorem Frontinum, et pag. 222. non citra rationem suspicatur Simplicij nomen confictum ex his verbis Aggeni pag. 62. Nam et Simplicius enarrare conditiones earum existimavi.

Aggeni Urbici ejusdem in Julium Frontinum Commentariorum Liber Secundus, qui Diazographus inscribitur, constans varijs figuris in eo incisis, pag. 90. Urbici etiam Grammatici mentio apud Ausonium Epist. XXII.

Sexti Julij Frontini De Colonijs Libellus, ex Commentario Claudij Cæsaris, pag. 102.

Severi, sive potius Veri Lex Agrorum ex eiusdem Claudij Commentario, pag. 111.

In Frontini tamen Libro de Colonijs, pag. 106. Antonini et Commodi mentio, qui Frontino fuerunt posteriores. Unde Goesius Libellum hunc habet pro farragine ex Frontino et alijs ab indocto quodam homine consarcinata. Andreæ Schotti Notas ineditas in Sex. Julij Frontini de Colonijs Libellum vulgavit nuper Burmannus ad calcem Velleij. Lugd. Bat. 1719. 8. Habuit quoque Fabricius noster separatis folijs sine loci et temporis notatione ab eodem Schotto edita in 8. Geometrica et Gromatica veteris Scriptoris, cum Excerptis ex Epaphrodito et Vitruvio Rufo, ex MS. Codice Dunensis Abbatiæ Cisterciensis.

Mensurę Limitum et terminorum ex Libris Augusti et Neronis. pag. 118.

Balbi Mensoris eędem Mensurę, qui temporibus Augusti omnium Provinciarum et Civitatum formas ac mensuras compertas in Commentarios contulit, Legemque Agrariam per universitatem Provinciarum distinxit et declaravit, pag. 142.

Julij Frontini Siculi Prefatio, pag. 128. In Codice Francisci Nansij Frontinus semel Siculus appellatur, sed Goesius putat legendum Frontini et Siculi, Flacci scilicet, et ex utroque esse Excerpta.

Fragmenta Terminalia pag. 147.

Hygini Agrimensoris publici Gromaticus, sive de Castris metandis Liber, figuris in ęs incisis illustratus, pag. 150. Perperam hic Hyginus in Inscriptione vocatur Libertus Augusti Imp. cum longe fuerit junior, et Trajani meminerit pag. 209. et Lucanum laudaverit pag. 174. Verum Rigaltius in Inscriptione, per Augustum, Trajanum jubet intelligere, cui scilicet, ut Imperatoribus universis, Augusti nomen tributum. Apud Cassiodorum Lib. III. Variarum, Epistola LII. idem Rigaltius notat sub Hyrummetrici nomine latere nomen Hygini Grommatici, et Grammaticam Disciplinam ibi legendum esse Grammaticam, observavit Vossius Lib. I. de Arte Grammatica. De Hygini hujus ętate ad Trajani tempora referenda Schelio adsentitur Raphael Fabrettus pag. 555. ad Inscriptiones Veteres. Qui Hermannus Radabolus Schelius in hunc Hygini Librum e veteribus Libris emendatum, et Polybij Locum de Castris Romanis e Libro VI. Hist. Commentarium seorsim vulgavit Amstel. 1660. 4. et insertus inde est Tom. X. Thesauri Antiq. Roman. Grevij; ubi vide quę de Schelio notat Grevius in Prefat. ad eundem Tom. X.

Ejusdem Hygini Liber de Limitibus pag. 203. quem Hygino indignum esse contendit Goesius in Notis pag. 166.

Ejusdem Hygini Liber De Conditionibus Agrorum, pag. 205.

Fragmentum Agrarium de Limitibus, pag. 215. in cujus limine statim Varro allegatur. Cęterum totum fere ex Hygino tribuitur in Codice quodam antiquo MS. etsi P. Scriverius fide alterius Codicis ediderit sub nomine Frontini.

Ex Innocentij Urbi Prefecti Libro XII. De Litteris, quibus signatę Casę, ex notis juris exponendi pag. 220. Innocentium sub Constantio Agrimensorem fuisse auctor Ammianus Marcellinus Lib. XIX. Cap. II. At Excerpta hęc ex ejus Libro XII. ab imperito quodam consarcinata ex Bibliotheca Palatina dedit Rigaltius. Vide Goesij Notas pag. 167. et Valesium ad Ammianum loco citato.

Marci Baronis, idest Varronis Liber ad Rufum Silvium de Geometria, pag. 235. Hunc ex MS. Arceriano edidit Rigaltius. Varronis autem esse negavit, quia pag. 242. allegat Hyginum, ut dictionem Varrone indignam, aliaque argumenta omittam. Longe alius erat Varronis Liber de Geometria, cujus meminit Cassiodorus, et ex quo Frontinus Boethiusque profecisse se fatentur. Sed hic, ut alia doctissimi Viri scripta, temporum injuria intercidit.

Ordines Finitionum ex diversis Auctoribus, una cum figuris in eos incisis, pag. 247.

Cajus et Theodosius auctores pag. 252.

Latinus et Mysrontius togati Augustorum, auctores De Locis suburbanis, vel diversis Itineribus pergentium in suas Regiones, pag. 254.

Ex Magonis et Vegoiæ auctorum Libris pag. 255. ubi male Vegetij legit Barthius Adversar. XXIX. 2.

Idem Vegoiæ Arrunti Veltymno pag. 258. quæ nomina qualia sint, non nostrum est dicere, sed haruspicũ Salmasij, qui pag. 78. ad Solinum legit: Item Vegoja Bygoeia Nympha, quæ artem Fulguritam scripserat apud Tuscos, teste Servio in VI. Æneid. vers. 72. Arrunti Vertumno, sive Fragmentum Libri ad Arruntem Vertumnum, quæ nomina Hetrusca sunt.

Arcadius Augustus auctor De terminis et de lineis partium Orientalium, pag. 259.

Vitalis auctor, pag. 260.

Faustus et Valerius, pag. 261

Ratio Limitum Regundorum; Auctores Theodosius et Neuterius exposuerunt pag. 263.

Expositio Terminorum, sive Lapidum finalium, per diversas Provincias positorum, pag. 276. cum figuris ære impressis.

Ex M. Iunio Nypso Varatio Fluminis. Quod Fragmentum longe locupletius vulgavit Goesius pag. 285. M. Iunij Nypsij inter Agrimensores meminit Boethius Lib. II. Geometriæ. Vitruvij Rufi ex Epaphrodito Architectonica, et M. Iunij Nypsi, ubi male legitur Hypsi, De Mensuris Agrorum Liber in Catalogo Manuscriptorum Scipionis Tertij.

Ex Isidori Hispalensis Lib. XV. Cap. XIV. Originum, pag. 290.

Ex Dolabellæ Libris, cum figuris in eos incisis, pag. 293. usque 301. Fragmenta quædam. Hic Dolabella Agrimensor fuit.

Ex Latini Libris de Terminibus, pag. 302.

Cajus auctor V. P. pag. 304.

Vitalis auctor, pag. 305.

Faustus et Valerius VV. PP. auctores, ibid.

Ex Frontini Libro II. pag. 308.

Latinus V. P. togatus, pag. 310

De Iugeribus metundis pag. 311.

Ex Euclidis Lib. I. Prolegomena, pag. 316.

Excerpta ex Voluminibus Virorum Eruditorum, De Mensuris secundum Geometricę disciplinę rationem, pag. 330.

Legis Thurię Fragmentum, cum Supplementis Sigonij, pag. 329.

Fragmentum aliud, pag. 335.

Legis Manilię Capita III. pag. 339. Lex Roscia, Peducia, Alliena, Fabia, imo Flavia intercidérunt. Quarum tamen Fragmenta, seu Caput unum Peduceę, alterum Allienę, alterumque Flavię vide apud Sigon. de ant. iur. Italię Lib. II. Cap. II. ex hac ipsa Collectione repetita.

Imp. Constantini Aug. Rescripta tria, pag. 340. Adde Cujacij Observationes Lib. XIX. Cap. XVI.

Imperatorum Valentiniani, Theodosij et Arcadij Rescriptum, pag. 342.

Imperatorum Theodosij, Arcadij et Honorij Rescriptum, ibidem.

Imperatorum Theodosij et Valentiniani Rescripta tria, pag. 343. Vide Codic. Theodosianum Tom. I. pag. 200. seq. Edit. Iac. Gothofredi.

Ex Modestini Libro X. Pandectarum, Ulpiani Libro VI. Opinionum, Florentini Libro VI. Institut. Callistrati Libro III. de Cognitionibus, pag. 345.

Ex Pauli Libro V. Sententiarum, et Lib. XXIII. ad Edictum, pag. 346.

Tiberij Cęsaris Imp. De Sepulcris, ibid.

Legis Licinię Capita IX. pag. 348.

Legis Sempronię Capita XIII. pag. 349.

Legis Iulię De Agrorum divisione Capita XVIII. pag. 350.

Cęsaris Augusti Agrariarum Capita XI. et Agrariarum, quarum nomen ignoratur, Capita VI. pag. 353.

Legis Agrarię, quam P. Servilius Rullus Trib. Plebis proposuit M. Tullio Cicerone et C. Antonio Coss. Capita XXI. collectore Poesio, pag. 354.

Legis ejusdem Capita, quę alia a Rigaltio edita fuerant, pag. 358.–360.

Hoctavimus Musca, nomen corruptum Limitatoris ab Augusto dati Virgilio, in Comment. Servij ad Eclogam IX. vers. 7. At in dictis Commentarijs Octavius Musa hic Limitator appellari consuevit.

Legum Agrariarum Fragmenta apud Gruterum in Thesauro Inscriptionum Veterum pag. CCII. seq.

Caput. XII.

De Medicis Antiquis.

pag. 579.

Medicæ Artis Principes vulgavit Aldus Venetijs. 1547. fol. quos recudit Henricus Steph. Paris. 1567. fol. adiunxitque Græcos Paulum Æginetam, Aetium, Actuarium, Oribasium, Aretæum, Rufum Ephesium, Alexandrum Trallianum, Theophilum, et Nicolaum Myrepsium. Latini, quos vulgaverat Aldus sunt, Celsus, Serenus Sammonicus, Trotula, Epistolæ Vindiciani, Marcellus Empiricus, Scribonius Largus, Sorani Isagoge, Plinij de Re Medica Libri V. Apulejus de Herbis; Antonius Musa de Betonica, Æmilius Macer De Herbis cum Commentarijs Io: Atrofiani, Strabi Galli Hortulus, Cælij Aureliani de Morbis Chronicis Lib. V. et Theodori Prisciani Libri IV.

Cornelius Celsus de quo actum est Tom. I Lib. II. Cap. IV. pag. 481.

Scribonius Largus Designatianus, sub Tiberio Claudioque Imperatoribus clarus, et Galeno pluribus locis allegatus, Empiricus, Dogmaticis tamen non adeo infensus, singillatim vero Asclepiadi, quem suum vocat Cap. LXXV. laudatque iterum Cap. LXXXIV. familiarium vulgariumque verborum quam elegantiæ studiosior, ita scribere laborans, ut ab omnibus cognitissimis verbis intelligeretur, scripsit Librum De compositione Medicamentorum ad Cajum Julium Callistum Imperat. Claudij Libertum, ejusdemque Claudij interioris admissionis Medicus videtur fuisse, cum in Britanniam eum sequeretur. Janus Cornarius in Præfatione ad Marcellum Empiricum, Barthius pag. 2357. Adversar. Hermannus Conringius, Introductione in Medicinam, suspicantur Scribonium non Latine, sed Græce scripsisse, posteaque Græco-Latine redditum esse circa ætatem Valentiniani Imperatoris. Sed Cornarium aliosque, etsi præteritis nominibus, refellit Marcilius Cagnatus Lib. III. Variarum Observationum Cap. XIV.

Præstantissimam Scribonij Editionem, cum Notis uberrimis eruditissimisque, et Lexico, Octavij Ferrarij consilio emendati a se illustratique, curavit Joannes Rhodius Patavij. 1655. 4. constat Sterl. 1. in Scalen

Ex Scribonio multa ad verbum mutuatus est Marcellus Empiricus, de quo jam nobis sermo est.

pag. 583.

Marcellus Burdegalensis, Empiricus, ut vulgo audit, Medicus, Theodosij Magni Archiater, religione Christianus fuit.

Extat ejus Liber Medicamentorum ad Filios suos. Tamen inter Epistolas, quę Marcelli Libro pręcedunt, illa quę Hippocratis ad Męcenatem absurde inscribitur, rectius edita est Norimbergę. 1587. sub nomine Antonij Musę. Epistola alia, quę Celsi nomine occurrit itidem in prima Editione Iani Cornarij Basil. 1536. fol. ad Cajum Iulium Callistum, non Celsi est, sed Scribonij Largi. Carmen quoque, quod ad calcem Libri extat, dixi supra pag. 5. Tomi. II. videri clausulam seu Perorationem Poematis Q. Sereni Sammonici. Marcellus hic noster in Prefatione Operis narrat, se etiam ab agrestibus et plebejis remedia fortuita ac simplicia didicisse, unde non mirum in Marcelli Libro occurrere etiam superstitiosa nonnulla. De triplici vero genere Medicorum apud veteres Dogmaticis nempe, sive Rationabilibus, Empiricis et Methodicis, vide Celsum in Prefatione.

pag. 584.

Sextus Placitus, cujus mentio supra in Apulejo pag. 17. seq. 28. cujus extant Libelli II. De Remedijs Animalium et Avium, forte ex quodam Apulej Opere ab eodem in Apologia pollicito, deprompti, ac primum editi Lipsię 1654. 8. ut ibi notatum est.

Qui sequuntur Medici Latini, pręteriti sunt in Editione Henrici Stephani.

Plinius Valerianus, de quo dictum est supra Tom. I. pag. 515. Extat in supradicta Aldina Editione ejus Libri V. De Re Medica.

Soranus, sub cujus nomine extat Isagoge in Artem medendi ad Mecenatem, quem Cap. V. alloquitur. Hunc Albanus Torinus cum Plinio Valeriano alijsque vulgavit Basil. 1528. fol. atque Aldus in citata Editione. Torinus non dubitat hanc Isagogem e Gręco conversam esse. Lindenio quoque at Merklinio ad Soranum Ephesium Grecum Medicum audacter et sine tergiversatione refertur. Latini tamen Scriptoris esse pluribus ostendit Marillius, Cognatus Lib. IV. Cap. II. Var. Observat. cui Vossius Lib. de Philos. pag. 98. et in Lat. Linguę Originib. pag. 209. 283. suffragatur. Fortasse Cęlij Aureliani est, a cujus dictione non valde abhorret

Cælius Aurelianus e Sicca Veneria Numidiæ Oppido Afer. Ante Galenum floruisse putabat Vossius pag. 98. Libri de Philosophia quia Galeni nusquam meminit. Sed aliud videtur Thomæ Reinesio, qui Sæculo V. vixisse arbitratur, cum Latinæ Linguæ puritas Europearum Gentium idiotismis, et Hunnorum Gothorumque barbarie plane decoxisset. Stylo itaque, ut sæculum ferebat, et genius patriæ, quæ in Africa fuit, usus est grandi, implexo, difficili, ad tautologias usque luxuriante, irregulari, semisoloeco nonnunquam, modo archaismis modo peregrinis et novis a vulgo acceptis, Græcorum ubique affectator et interpres, interdum infelicitate etiam sua festivus. Scriptor aliogui non ineruditus, qui Græcorum vetustissimorum, ut in Sectas abierant, doctrinas diligentissime conquisivit, digessit, recensuit et Libero excussit. Methodicorum Sectæ addictus, quod colligitur ex eo quod Themisonis, Thessali et Sorani, quem principem appellat, et semper sequitur, dogmata frequenter repetit et illustrat, laudatis eorum a nemine præterea memoratis Libris, subinde tamen quod majores sui peccanter definiverant, non erubescit vellicare. In Græcis litteris non nimis profunde doctus; Celsi Pliniique utpote Latinorum non meminit, neque Galeni infensi Methodicorum hostis, quos Cælius inprimis admirabatur.

Extant ejus Libri III. Celerum sive Acutarum Passionum ~~al. Celerium~~ ~~tempatum~~ et Libri V. Tardarum sive Chronicarum Passionum, deperditis injuria temporum Epistolarum Libro ad Prætextatum, atque Adiutorioriorum, Medicaminum, Mulierium Passionum, ac Responsionum de Chirurgia Libris, alijsque.

Luculentam hujus Scriptoris Editionem dedit Henricus Wetstenius Amstelod. 1709. 4 post Parisiensem. 1533. 8. ~~[illegible]~~ Aldinam supradictam Basil. 1529. fol. Lugdunensem. 1579. 8. curante Iacobo Dalechampio.

pag. 591.

Theodorus Priscianus Archiater sub Gratiano et Valentiniano II. meminit enim Libro IV. Vindiciani Praeceptoris sui, qui sub Valentiniano seniore Comes Archiatrorum, magnus suorum temporum Medicus vocatur ab Augustino Epist. V. cuiusque est Epistolas ad Valentinianum, praefixa Marcelli Libro de Medicamentis.

Extant Medici ejusdem Prisciani Libri IV. Libri I. Titulus est Phenomenon Euporistos, sive Medicinę presentaneę facileque parabilis ratio, ad Timotheum fratrem. Liber II. inscribitur Logicus, sive de prodenda discutiendaque ratione in passionibus, quę oculis comprehendi non possunt, acutis primum, tum chronicis, ad eundem Timotheum. Libri III. Titulus est Gynecion, sive de morbis Mulierum, ad Sabinam, seu Victoriam Sabinam, obstetricem fortasse, quia eam vocat Artis suę dulce ministerium. Liber IV. est Physicorum, scilicet Experimentorum de Physica Scientia ad Eusebium, quem dulcissimum filiorum suorum appellat. Dictio ejus paullo horridior est, modo archaismis, modo novę usurpatis contra latine scribentium usum, et non nihil fecum atque Barbariei trahit vitio suę ętatis.

Eiusdem quoque Prisciani creditur esse Opusculum inscriptum de Dięta, sive de Rebus Salubribus Liber. Prodijt Argent. 1544. fol. cum Trotula, Libris IV. Physicę Hildegardis Abbatissę Pinguis, sive ad Bingiam prope Rhenum fluvium, quę obijt circa annum 1180. alijsque. Deinde seorsim cum Notis Georgij Eberhardi Schreineri. Halis Sax. 1638. 8. et in Collectione aliorum plurium Opusculorum Medicorum Andreę Rivini. Lipsię. 1654. 8.

Libros IV. Theodori Prisciani, sub falso et per errorem nato nomine Q. Octavij Horatiani vulgavit Hermannus Comes de Nevenare Argentorati 1532. cujus Editionem pręterea audacissimis depravationibus scatere notat Reinesius pag. 643. Var. Lect. Emendatius deinde sub vero Theodori Prisciani nomine Basil. 1532. 4. edidit Sigismundus Gelenius, opus antea ineditum proferre se testatus ex 4. Exempl. MSS. jam hic jam illic mutilis. Occurrunt quoque in dicta Aldina Editione.

Trotula, sub cujus nomine alij feminam eruditam, alij complures Erotem Iuliæ Libertum et Medicum latere putant, Doctor Salernitanus fuit, notante Thoma Bartholino Dissert. VI. De legendis Libris. pag. 167.

Extat sub ejus nomine Liber de Remedijs Muliebribus. Argentor. 1544. fol. et in dicta Editione Aldina.

pag. 594.

Æmilij Macri nomine ambulat Poema Hexametrum de Virtutibus Herbarum, prodijtque Venetijs. 1506. et Basil. 1530. per Io: Atrocianum, tum. 1540. ex Io: Cornarij recensione, et. 1559. per G. Pictorium Villinganum. 8. Non tamen antiqui illius Macri est, memorati Isidoro, et Ovidio Tristium Lib. IV. Eleg. X. et de Ponto Lib. II. Eleg. X. sed longe junioris, cum non modo Plinij Valeriani, sed Galeni, et Oribasij, et Strabi Galli, qui post Caroli M. tempora vixit, faciat mentionem. Verum auctoris nomen est Odobonus, sive Ode quidam Medicus, si Gaudentio Merulæ credimus Lib. I. Cap. ultimo Antiquitat. Galliæ Cisalpinæ, et Lib. IV. Memorabilium Cap. XXVII.

ibi, et pag. 595.

Walafridus Strabus, sive Strabus Gallus Fuldensis, Abbas Augiensis, ac Cœnobij S. Galli Decanus, diu post Carolum Magnum sub Carolo Calvo scripsit Hortulum suum ad Abbatem S. Galli Grimaldum, scilicet Descriptionem Herbarum Plantarumque. XXV. versibus Hexametris, de quibus supra mentio in Poetis Christianis pag. 246. 247. extantque præterea Tom. XV. Biblioth. PP. Edit. Lugd. pag. 236. Eiusdem Carmina in Imagines Mariæ et Apostolorum leguntur ibidem pag. 233. ut mentio est sup.a pag. 225. 240. De eodem Walafrido itidem supra mentio pag. 225. 254. in omissis a Georgio Fabritio. Hortulus Walafridi prodijt etiam in Æmilij Macri Editione. Hamburgi. 1596. 8. curante Henrico Ranzovio. Vide Tom. VI. Biblioth. mediæ et infimæ ætatis Lib. XXI. pag. 310.

pag. 595.

Evacis Arabum Regis nomine fertur Carmen de Gemmis, vulgatum Lubecæ. 1575. 8. cura Henrici Ranzovij, deinde Lipsiæ. 1585. 4. cum ejusdem Ranzovij, aliorumque de aula

Epigrammatibus. Minime vero Carmen hoc auctorem habuit Evacem, quem Graece ad Neronem de Effectibus Simplicium scripsisse refert Plinius Libro XXV. Cap. II. sed Marboldum quemdam, qui forte aliquid ejus argumenti ab Evace graece scriptum habuit, et Latinis versibus expressit; sic enim Liber incipit:

Evax Rex Arabum legitur scripsisse Neroni,
Qui post Augustum regnavit in Urbe secundus,
Quot species lapidum, quae nomina, quive colores,
Quae sit ijs Regio, vel quanta potentia cuique,
Hoc Opus excipiens, dignum componere duxi.

Pictorio Villingensi in horum Carminum Editione Friburgi 1531. et Alardo Amstelodamo in Edit. Colon. 1539. 8. appellatur Marbodeus Gallus Cenomanensis. In alijs vero Codicibus, teste Reinesio Marbodeus Cambro Britannus dicitur. Idem Reinesius ait cognomen illi fuisse Evanx, unde factum, ut Evacis se finxerit interpretem. Ianus demum Cornarius auctor est, in quibusdam Exemplaribus dici Merboldum Episcopum. Si idem itaque est cum Marbodeo Gallo Praesule Rhedonensi, de quo supra pag. 229. num. 24. et post pag. 244. in praetermissis a Georgio Fabritio, et de quo Vossius pag. 72. De Poetis Latinis, vixit temporibus Henrici III. Imp. medio Seculo XI. obijtque annos natus 88. anno Christi 1123. Iacobus Gronovius ad calcem Dactyliothecae Abrahami Gorlej edidit hoc Carmen, cum versuum Appendice hactenus inedita Lugd. Bat. 1695. 4. Novissime vero Antonius Beaugendre Monachus Benedictinus idem Carmen vulgavit inter Hildeberti Cenomanensis, et Marbodi Rhedonensis Episcopi Opera. Paris. 1708. fol. addita Gallica antiqua Metaphrasi, aetatisque non multo Marbodeo ipso posterioris, cujus est initium:

Evax fut un multe riches Reis
Lu Regne tint des Arabais, &c.

pag. 596.

De Apulejo dictum est supra pag. 17. hujus Tomi.

De Antonio Musa dictum est itidem supra in ejusdem Apulej Operibus.

Gariopontus Scriptor Christianus Seculo XII. ex Galeno, Theodoro Prisciano aliisque utcumque constipavit Passionarium, sive Libros V. Remediorum ad totius Corporis morbos, Libros II. de Febribus, et Librum. I. de earum Symptomatis. Praeterea Libri. II. Dynamidiarum, sive Experimentorum sub Galeni nomine vulgati, Gariopunti esse ostenduntur a Reinesio Lib. III. Cap. 12. Var. Lect. Ejus Editiones tres. Lugd. 1526. 4. Basil. 1531. 4. et 1536. 8. mire inter se discordare notat Daumius. pag. 597.

Matthaeus Sylvaticus Seculo XIV. ingens opus Pandectarum Medicinae, Lexici instar, Latinis, Graecis, Arabicis verbis explanandis ex variis Autoribus alphabetica serie digessit; sed verba, praesertim Arabica, ita depravata exhibet, ut vel peritissimis ejus Linguae raro liceat eorundem sensum hariolari. Non contemnendum tamen usum praebere interdum docet Almeloveenius pag. 654. ad Caelium Aurelianum. Aetas ejus desumitur in voce Bruchus, ubi testatur se Locustarum vim vidisse Salerni. anno. 1297. Pandectas autem suas inscripsit Roberto Regi Siciliae anno. 1336. Edit. Neapoli. 1474. Venet. 1478. 1480. et. 1498. fol.

Simon Ianuensis simile opus ante Sylvaticum composuerat, quod inscribitur Clavis Sanitatis. vulgatum Venetiis. 1510. fol. Auctor vixit Romae in Nicolai. IV. Pontificis aula, circa annum. 1273.

Schola Salernitana, sive Versus Leonini de conservanda valetudine, circa annum Christi 1099. auctore Ioanne de Mediolano scripti, et illius Scholae nomine missi ad Robertum Guilelmi Nothi Normanniae Ducis filium, Regni Angliae Haeredem. Attamen Antonius Pagi in Critica Baroniana ad A. C. 1067. 12. 13. notat scriptum esse hoc Carmen A. C. 1066. ad Eduardum Angliae Regem. Io: Georgius Shenkius in Bibliotheca Medica ait olim auctius hoc Carmen extitisse, Versuum nempe. 1239. cum nunc tantum in editis plerumque sint Versus. 373. etsi in quibusdam Codicibus. 664. in aliis. 1096. reperiuntur. Editionem praestantissimam Scholae Salernitanae dedit Renatus Moreau, qui cum suis insignibus aliorumque Commentariis edidit Paris. 1625. 8. ubi observat nonnullos Versus e Macro desumptos. Salernitanos, cujus exemplum, et scribendi characterem imitatos fuisse in hoc Opere elaborando suspicatur.

pag. 599.

Ioannes Ægidius Atheniensis, ex Medico Monachus Corbejensis, vel Corboliensis, Ordinis S. Benedicti, Seculo XII. vixit; non circa annum Christi 700. ut perperam traditur in Pandectis Brandemburgensibus. Ex Anglia patria contulit se Lutetiam Parisiorum ibique regnante Henrico III. varia Opuscula tum Medica tum Sacra composuit, quæ non extant. Atheniensis tamen fortune dictus fuit, quod Athenis per aliquod tempus versatus esset studiorum causa, perinde ut alij quidam Angli illa ætate, de quibus Io: Lelandus De Scriptoribus Britannicis pag. 266.

Extant ejus Opuscula duo metrica Versu Hexametro, unum De Urinis, alterum De Pulsibus, cum Commentarijs Gentilis de Fulginio. Venet. 1494. Lugd. 1505. Basil. 1529. 8. In antiquis Membranis variæ aliorum Glossæ in hos Libellos reperiuntur, quorum magna fuit superioribus Seculis auctoritas.

Valescus de Taranta Monspeliensis Seculo XIV. exeunte, et sub proximi initium floruit, Archiater, ut ferunt, Regis Gallorum Caroli VI. scripsitque Philonium Pharmaceuticum et Chirurgicum de medendis omnibus internis et externis humani Corporis affectibus. Prodijt primum Venet. 1521. deinde Lugd. 1560. 8. curante Guidone Desiderio; postea Francofurti. 1599. 4. recensente Io: Hartmanno Beyero; novissime vero recensente præstantissimo Ienensium Æsculapio Georgio Wolffgangio Wedelio Francofurti. 1680. 4.

Cap. XIII.

De Scriptis quibusdam suppositis et adulterinis.

pag. 600.

Quemadmodum inter Numos, sic inter Scripta quoque, sacra profana, antiqua et recentia occurrunt subinde adulterina quædam et commatis subdititii, quæ a veris ac genuinis discernere operæ pretium est.

Numos falsos procudere sola ut plurimum docuit avaritia. Libros Pseudepigraphos magnis et venerandæ antiquitatis Nominibus supponere, alios eadem habendi libido, alios ambitio, alios denique præposterum quoddam genus voluptatis, aut malitiæ duxit ac sollicitavit.

Varias ejusmodi Imposturas passim suo loco obiter perstrinxit Fabricius noster, hic singillatim jam commemorat quinque vel sex insignes ~~fraudum~~ præ cæteris fraudum istarum Architectos, suntque infrascripti.

pag. 601.

Curtius Inghiramus editor, et fortasse Auctor Antiquitatum Etruscarum, sive Fragmentorum, quæ Scornelli prope Vulterram, sive Volaterram reperisse se affirmavit, et luculentissimo habitu vulgavit Florentiæ. 1636. fol. recusa Francof. 1637. fol. In his laudantur vetusti Historici Lidonus Felsinius, Lampridius Senensis, Antius Eredonius, Ennius Dandolius, Elbius Vulterranus, Mutius Moriconius, Lucius Volumnius, Amuccius Volusius, Alcus Filaccus, Policrates, Licinius Aretinus, Aulus Quintilius, Mæcenas Cæcinna, Elbius Maccius, Aruntius Petronius, Granius Maffus, Titus Aulicus, Aulus Moriconius, Aulus Flaccus, Lucius Arrianius, Lucius Velius, Ancus Cæcina, Alcus Dorius, Inus Pavius, Herculanus Maurus, Prosper Archius, et qui auctor hujus Operis, et Syllanis ac Ciceronis temporibus floruisse fingitur Prosper Fesulanus Augur. Sed mera hæc nominum figmenta vel portenta sunt, nugæque canoræ inservituræ ad majorem antiquitatem autoritatemque Volaterranæ Genti apud credulum Vulgus comparandam. Neque tamen ad occultandam fraudem suam satis ingeniosus fuit Inghiramus, cum ad illam deprehendendam nulla non pagina Libri, ne dicam versus sufficiat; ut ex vero scripsit Mericus Casaubonus Libro De Usu et Consuetudine, et Præfat. ad Græc. Lat. sua M. Antonini Editionem.

Edit. Franc. æstimari solet Scel. 7.

Facile hinc fuit viri doctissimi Leoni Allatio et Henrico Ernstio imposturam hanc manifestam facere. Allatius quidem editis Paris. 1640. 4. deinde Romæ. 1648. 4. Animadversionibus suis ad Antiquitatum Hetruscarum Fragmenta, Ernstius vero proprio suppresso nomine, vulgatis Observationibus suis ad eadem Fragmenta Amstel. 1639. 12. falsarium hunc Scriptorem, ad trutinam revocarunt. Se Danum in hoc Libello Ernstius plus simplici vice innuit, ut vel inde verum ejusdem Opusculi auctorem agnoscere queas. Allatius porro copiose ostendit, Curtium Inghiramum, qui hæc Fragmenta edidit, verum esse eorundem inventorem, ac editorem, falliqque eos, qui Guilelmum Postellum, vel Thomam Phædrum, sive Thomam Phædram Inghiramum, Bibliothecæ Vaticanæ Custodem, ac Annij Viterbiensis æqualem, pro auctore habuerunt. Et sane Curtius Inghiramus Antiquitatum illarum a se editarum defensionem alacriter suscepit Libro paginarum 1080. qui inscribitur: Discorso di Curzio Inghirami sopra le opposizioni fatte a l' Antichità Toscana, a Firenze. 1645. 4. Epistolæ vero eidem Libro ad calcem insertæ, qua nititur Inghiramus ostendere se Fragmenta illa, cum deposita sunt, adeo juvenem fuisse, ut ne vix quidem legere atque intelligere, nedum supponere potuerit, respondit Allatius adscito nomine Bennonis Dur Kundurki Slavi. pag. 602.

Alfonsus Ciccarellus celebris Sæculo XVI falsarius, totus quasi ex fraude et ex mendacio factus, qui per plures annos varijs ementitis MSS. Antiquitatibus, Actis, Libris, ijsque ad omne argumentum confictis, universæ propemodum Italiæ imposuit, donec jussu Gregorij. XIII. deprehensus, in carcerem conjectus, suppliciogue gravissimo affectus, pœnas fallaciosarum præstigiarum dedit uberrimas, et severissimas. Prolixe de hoc Ciccarello Allatius Libro supradicto pag. 74. seqq.

Ioannes Annius Viterbiensis medio Sæculo XV. clarus, atque anno 1502. vita functus, Monachus Ordinis S.ti Dominici, plurimos fefellit fucatis, quæ edidit, Scriptis et Monumentis sub nominibus Auctorum summæ antiquitatis, quos vide in Bibliotheca Græca. Tom. XIV. pag. 211. seqq. Fuere qui Annium saltem a fraude immunem fuisse contenderent; at receptior inter eruditos sententia est, universa illa merum esse ejusdem Annij, sive alterius ingenij commentum. Decantatissimum sane est quod ex Latini Latinij fide de Annio retulit vir doctiss. Antonius Augustinus Dialogo X. De Numismatibus, his verbis: Mihi Latinus Latinius Viterbiensis vir doctus bonæque fidei de Ioanne Annio Viterbiense Monacho narrare jucunde solebat, Lapidi insculpendas curasse Litteras, quem vineæ infodi jusserat non procul a Viterbio. Cumque fodienda esset vinea, ad Lapidem usque ut fodiendo pervenirent jussit, narrans in Libris se reperisse, Templum ibi orbis terrarum antiquissimum latere. Terra jam effossa, primus qui Lapidem invenit Vinitor accurrit, paulatim detegi Sarcophagum imperat. Hic stupens Lapidis antiquitatem, et Litteras a se confictas admiratus, ad Urbis Senatores lætus confugit, et Civitatis honori fore persuadet, in amplissimo publice spectari loco. Viterbij enim Urbis originem contineri, quæ bis mille annis Romana esset Urbe a Romulo condita longe antiquior, utpote ab Iside et Osiride conditæ. Fabulas his suas, quibus abundabat, venditavit, factumque ut ille jusserat.

Editiones hujus Annianæ Collectionis vide in Biblioth. Græc. Fabritij, loco citato.

Tabulæ Eugubinæ tamquam subdititiæ hic mentio, quæ occurrit in Thesauro Inscriptionum Veterum Gruteri, pag. CXLIII. ubi annotatum est Bernardini Baldi divinationem, qua illi lumen affundere, eamque interpretari voluit, a viris docti haberi pro vanis hariolationibus.* Ita enim legendum, non ut in Amstelodamensi Gruteri Editione excusum, variis. De hac Tabula vide Epistolas Reinesij ad Rupertum pag. 438. 458.

Prodijt Baldi divinatio in hanc Tabulam Æneam Eugubinam, Lingua Etrusca veteri perscriptam, Aug. Vindel. 1613. 4. ac estimari solet Scel. 2½.

pag. 608.

Hieronymus Romanus de la Higuera Toletanus e Soc. Jes. de quo mentio supra hoc Tomo pag. 1317. ad Hispanorum suorum antiquitatem efferendam Chronica sub Dextri, Maximi, Luitprandi, Helecæ[#] et Iuliani Toletani nominibus confixit. De quo videndus Iosephus Saenz de Aguirre Tom. II. Concil. Hisp. pag. 54. seq. Nicolaus Antonius Biblioth. Veteri Hispana, et Bollandus ad Tom. I. Act. SS. Februarij in Præfatione pag. 17. seq.

Antonius Lupianus de Zapata, sub nomine Hauberti Hispalensis commentatus est Chronicon, de quo consule eosdem Scriptores.

Ioannes Tamajus, notante eodem Nicolao Antonio, Carmen de adventu Iacobi Apostoli in Hispaniam, sub Auli Itali nomine, Sæculo XII. clari, effinxit.

Christophorus Butkenius impostor insignis, ac Diplomatum celebris falsificator notatur a Petro Scriverio in Epistolis ab Antonio Matthæo Tom. I. Analect. editis.

Omittere jam alios similis fraudis Architectos satius erit, de quibus Clariss. Burchardus Gotthelf Struvius in Dissert. De Doctis Impostoribus.

His adde Franciscum Rosieres in Opere inscripto: Stemmatum Lotharingæ, ac Barri Ducum, Tomi VII. ab Antenori Trojanarum reliquiarum ad Paludes Mæotidas Rege, ad hæc usque tempora. Quod Opus Documentis novis confictis, veteribusque vitiatis consarcinavit, fraudeque detecta Carceri inclusus fuit, parumque abfuit, quin capite plecteretur. Vide Muratorium in Præfatione ad Antiquitates Estenses.

[#] Legendum Hauberti; imo retinendum Helecæ, sive Helecani Episcopi Cæsaraugustani, cui addendi S. Braulio, Tajo, et Valderedus, Episcopi ibidem Cæsaraugustani, et ipse Haubertus, de quibus omnibus vide in Biblioth. mediæ et infimæ ætatis Tom. III. pag. 194. Tom. IV. pag. 209. 273. 291. et Tom. V. pag. 24. et pag. 51.

Notitia celebrium ante nostram etatem Typographorum ex Almeloveenio de Stephanorum Vitis, ex Baillietto, Chevillierio, et Burch. Gotth. Struvio Introd. ad Hist. Litt. Cap. XI. pag. 609. collecta, et Alphabet. ord. digesta.

Amerbachius Ioannes, Basileae circa annum. 1500.

Anselmus ~~Thomas~~ Badensis Thomas Hagenoe.

Arnoldus Pannartz, qui cum Conrado Sweinsheim, et Ulrico Han primus in Urbem Romam typographiam attulit, circa annum 1468.

Ascensius Iodocus Badius, Parisijs, obijt anno. 1535. Tres ejus filie nupserunt tribus Typographis celebribus, Michaeli Vascosano, Roberto Stephano, et Ioanni de Roigny.

Asulanus Andreas, Aldi Socer, Venetijs. Auguste Videlic. Libri impressi ad Insigne pinus.

Badius Conradus, Geneve.

Basanus Dominicus Venetus, Rome sub Sixto. V.

Bebelius Ioannes, Basilee.

Bellerus Balthasar, Duaci.

Bellerus Ioannes, Antuerpie, obijt. 1595.

Bemler Ioannes, August. Vindel. circa annum. 1466.

Benenatus Ioannes, Parisijs. Viduam a Guil. Morello relictam duxit anno. 1564. obijtque anno. 1588.

Billenius Ludovicus, Parisijs, obijt. 1681.

Blaew Guilelmus, Amstelodami, obijt. 1628.

Bombergius Daniel Antuerpiensis, Venetijs ab anno. 1511. in excudendis Libris Hebraicis singularem operam prestitit. Vide inter alios, Wolfium Tom. II. Biblioth. Hebraice pag. 941. 956.

Brylingius Nicolaus, ~~Coloniae~~ Basilee

Calenus Gorwinus, Coloniæ.

Camusatus Joannes, Paris. Typogr. Acad. Gall.

Cephaleus Wolphius, Argentorati.

Cholinus Maternus, Coloniæ.

Chovet Iacobus, Genevæ.

Colineus Simon, Rob. Stephani senioris Vitricus, Parisiis ab anno 1520. ad. 1546.

Commelinus Hieronymus Gallus, Heidelbergæ, obijt. 1597. cujus etiam sunt Libri editi ex Officina Sanct'Andreana.

Corvinus Christophorus. Herbornæ.

Costerus Io: Laurentius, Harlemi, inter primos Typographos. Vid. Bullartij Acad. Scient. Tom II. p. 257.

Cramoisy Sebastianus Parisijs Typograph. Regius

Cramoisy Gabriel. ibidem

Cratander Andreas, Basileæ.

Crispinus Ioannes, Genevæ.

Denckmuth Conradus, Ulmæ circa A. 1475.

Ditius Ludovicus Spirensis Rostochij primus typographiam exercuit: post eum in Nicolai Marischalci ædibus Guntherus Winter

Doletus Stephanus, Lugduni, combustus Parij. 1545.

Elzevirius Bonaventura, Amstel. et Lugd. Bat.

Elzevirius Abraham, ibidem.

Elzevirius Ludovicus, ibidem.

Elzevirius Daniel, obijt anno 1680.

Endteri, Norimbergæ.

Episcopius Nicolaus, Io: Frobenij gener, Basileæ, obijt. 1564. morte Filium cognominem in flore ætatis occupante.

Finer Conradus, Eslingæ, circa A. 1475.

Frelonius, Lugduni.

Frisius Andreas, Amstelodami, obijt. 1681.

Frobenius Ioannes, Basileæ, obijt. 1527.

Frobenius Hieronymus Io: filius, ibidem, obijt. 1563.

Frobenij Ambrosius et Aurelius, Ioannis filij.

Froschoverus Christophorus, Tiguri

Faust Ioannes Civis Moguntinus inter primos Artis Typographicę inventores, cum genero Petro Scheffero de Gerensheim, et Io: Guttenbergero Argentinensi, ministro suo, de quibus Melchior Adamus in Fausti Vita.

Golzius Hubertus, Brugis, obijt. 1583.

Gryphius Sebastianus Germanus, Lugduni. obijt. 1556. in cujus laudem hoc Iani Vulteij Epigramma:

Inter tot, norunt Libros qui cudere, très sunt
Insignes: languent cętera turba fame.
Castigat Stephanus, sculpsit Colineus: utrumque
Gryphius edocta mente manuque facit.

Gryphius Antonius, ibidem.

Gryphius Ioannes, Venetijs. circa A. 1557.

Gualterus Bernardus, Colonię.

Guttemberg Ioannes, primus vel inter primos Typographię Auctores Moguntię, de quo vide Isaaci Bullartij Academiam Scientiarum Tom. II. pag. 242. seq.

Gymnicus Ioannes, Colonię.

Haekius Franciscus, Lugd. Bat.

Hamman Hamso, cognomento Herzog, qui cum Octaviano Scoto Typographiam primus ad Venetos attulit.

Henningius Petrus, Colonię.

Hervagius Ioannes, Basileę.

Hierat. Antonius, Colonię.

Hittorpius Gotfridus, Colonię

Huguetani ab Iacobo Huguetano, qui Vitas Patrum excudit anno. 1515. floruère Lugduni, et sub Sęculi. XVII. exitum Amstelodami.

Ienson, sive Iansonius Nicolaus, Gallus, Venetijs, circa A. 1477.

Iansonius Ioannes, Amstelodami.

Iansonius Iodocus, ibidem.

Isingrinius Michael, Basileę, obijt. 1557.

Iunta Philippus, Florentię.

Iunta Bernardus, Venetijs.

Iuvenis Martinus, Parisijs.

Kesler Nicolaus, Basileæ. circa A. 1490.

Kinckius Ioannes, Coloniæ.

Koburger Antonius, Norimbergæ, circa A. 1490

Lascaris typographus Florentiæ laudatur a Codro Urceo, una cum Aldo Venetijs et Io: Antonio Plantonide Bononiæ circa annu. 1494 clari

Maire Ioannes, Lugd. Bat.

Manutius Aldus Pius, Venetijs, obijt. 1516.

Manutius Paulus Aldi F. Venetijs, obijt anno. 1574. Romam vocatus a Pio. IV.

Manutius Aldus Pauli F. Venetijs et denique Romæ, quo se contulit sub Sixto. IV. -- # per errorem, nam reponendum est sub Pio. IV. Typographiæ Vaticanæ sub Clemente. VIII. Rector, obijt anno. 1597.

Martini Theodoricus, Alosti in Flandria ab anno. 1474. Antuerpiæ ab anno. 1509. et Lovanij ab anno. 1516.

Memius Henricus, Parisijs.

De-Milanges Simon, Burdegalæ.

Morellus Guilelmus, Parisijs, Typographus Regius, et Gr. L. Professor, obijt. 1564.

Morelli Ioannes et Claudius Guilelmi fratres ibidem.

Morellus Federicus, Vascosani gener, Typographus Regius, pater Federici Professoris Regij, natus anno. 1523. Vascosani gener anno. 1548. Typographus Regius ab anno 1571. ad. 1581. defunctus anno. 1583. ibidem

Morellus Federicus filius, Professor et Typographus Regius ab anno. 1581. ad. 1630.

Morellus Claudius, Federici Professoris Regij frater, defunctus anno. 1620. ibidem. Filios habuit tris, Federicum, Carolum, et Ægidium.

Morellus Ægidius, ibidem.

Moretus Ioannes Plantini gener, Antuerpiæ et Lugd. Bat. obiit anno. 1610.

Moretus Balthasar Ioannis F. ibidem, obijt. 1641

Mylius Arnoldus Luxemburgensis, Antuerpiæ primum, post Coloniæ versatus, obijt anno. 1600.

Mylius Hermannus, Coloniæ.

Nivellus Sebastianus, Parisijs.

Nutius, Antuerpiæ.

Oporinus Ioannes Professor Gr. L. Basileæ. Obijt anno. 1568.

Pafrek, sive Pafroed Zcah. Coloniensis Daventriæ circa A. C. 1477.

Palthenius Richarias, Francofurti.

Patissonius Mamertus, Roberti Stephani filij Socius, cuius postea Typographiam accepit, Parisijs, obijt anno. 1601.

Patissonius Philippus, Mamerti filius.

Perna, Petrus, Basileæ.

Petri Henricus, Ioannis anno. 1511. vita functi filius, Basileæ. obijt. 1579. relicto filio Sebastiano.

Petri Adamus, ibidem.

Plantinus Christophorus, Turonensis, Antuerpiæ et Lugduni Bat. obijt anno 1589. In ejus Typographia testatur Thuanus in ejusdem Vita, vidisse se, non obstantibus belli tumultibus, assidue fatigari Prela. XVII. Ornatissimum Typographorum appellat Abraham Ortelius, cui et Arnoldo Mylio dicavit Synonymas sua Geographica anno. 1578. 4. Plantino vero soli inscripsit Thesaurum Geographicum, qui tamen post Plantini fata editus est. 1596. fol. a Plantini genero Ioanne Moreto.

Platterus Thomas, Basileæ.

Quentel. Petrus, Coloniæ, circa A. 1490.

Raphelengius Franciscus, Plantini gener Lugduni Bat. obijt anno. 1597.

Regius Ludovicus, Basileæ.

Rescius Rutgerus, Lovanij, obijt. 1545.

Rodekius Alexis, Cracoviæ et Racoviæ.

Rovillius Guilelmus, Lugduni.

Rusiger Sixtus Argentoratensis, qui primus Libros impressit Neapoli.

Scheldoniani Theatri nomine Libri impressi, Oxonij.

Sanlucius Iacobus, Parisijs.

Schleichius Clemens, Francofurti.

Schurerij Richelius et Mattheus, Argentorati.

Secerius Ioannes, Hagenoæ.

de – Soardis Lazarus, Venetijs, circa A. 1500.

Stephanus Henricus, Parisijs, obiit. 1519.

Stephanus Robertus, Henrici filius, Badij Ascensij gener, Typographus Regius, Correctore usus Banconneto viro doctissimo, ibidem. De hoc Beza in Epitaphijs: ὁ Στέφανος πάντων χαλκογράφων στέφανος. Obijt A. C. 1556. ætatis. 56.

Stephani Carolus et Franciscus, Roberti fratres, ex quibus Carolus Typographus Regius, ibidem.

Stephanus Henricus, Roberti filius, Parisiis et Genevæ. Obijt anno. 1590. Hic Typographorum doctissimus, non æque felicissimus, Wechelijs Francofurtum vendidit partem suorum Characterum.

Stephanus Robertus, Henrici frater, a patre Roberto hæreditate exclusus, quod Pontificiæ Religioni nuncium mittere nollet, Parisijs, Typographus Regius, obijt anno. 1588.

Stephanus Paulus, Henrici filius, Genevæ.

Stephanus Franciscus, Roberti filius, Parisijs, ab anno. 1589. ad. 1628.

Stephanus Antonius, Pauli filius, Parisijs Typographus Regius.

Stephanorum Historiam vulgavit Almeloveniuş Amst. 1683. 8. ac deinceps diligentissime egit Michael Mattajre, Londini. 1709. 4.

Sternij, Luneburgi.

Stoer Iacobus, Genevæ.

Thory Gothofredus, Parisijs, sub Ludovico. XII.

Tiletanus Io: Ludovicus, ibidem.

Torrentinus Laurentius, Florentiæ, circa A. 1548.

Tornesius Ioannes, Lugduni.

Tornesii Antonius et Samuel, Lugduni, et Genevæ.

Turnebus Adrianus, seu Tournebeuf, Typographus Regius, Parisiis, ab anno. 1552. ad. 1555. Obiit anno. 1565.

Vascosanus Michael, Badii Ascensii gener, Roberti Stephani socer, floruit Parisiis ab anno. 1532. ad. 1576.

Vignon Eustachius, Genevæ.

Vindelinus, ante Aldum, Venetiis, circa annum. 1471. ac deinceps.

Vitreus Antonius, Parisiis, Typographus Regius.

Vlacq. Adrianus, Hagæ Comitis.

Vœgelinus Ernestus, Lipsiæ.

Wechelius Christianus, Gallus, Parisiis, adhuc anno. 1548.

Wechelius Andreas, Christiani filius Parisiis, et post annum. 1573. Francofurti, quo concesserat propter nuptias Parisinas.

Wecheliani Hæredes, Ioannes Wechelius Andreæ filius, ac Generi Claudius Marnius, et Ioannes Aubrius, Francofurti et Hanoviæ.

de — Westphalia Ioannes, Alosti in Flandria anno. 1474.

Wiederhold, Genevæ.

Winter Antonius, Basileæ.

Zainer Ioannes, Ulmæ, circa A. 1475.

Michael Maittaire vir clarissimus, Annales Typographicos ab Artis inventæ origine ad annum usque. 1500. diligentissimos atque accuratissimos edidit Hagæ Comitis. 1719. 4. Ediderat prius, post Almelovenium, Stephanorum Historiam, Londini 1709. 4. ac deinceps Historiam Typographorum aliquot Parisiensium Londini. 1717. 8. quem si lubet consule.

Ex Indice utriusque Tomi . I . et . II . hujus Biblioth:
ad calcem Tomi . II . descripto pag. 635 . segg.

pag. 648 .

Anonymi Philosophi veteris de Re Monetaria Admonitio ad Theodorium Imperat. ejusque filios Honorium et Arcadium Cæsares, cum Notis Marquardi Freheri . Tom . XI . Antiquitatum Romanarum Grævij, pag . 1415 .

pag. 642 .

Auctor M. S. Libri De Mensura Orbis Terræ laudatus ab Harduino ad Plinium Tom . I . pag. 472 . 584 . 731 . &c.

Geographus a Dionysio Gothofredo editus sub titulo Vetus Orbis Descriptio, Græc. et Lat. Genevæ . 1628 . 4 . Pro Scriptore Græco habetur a Vossio alijsque; rectius tamen Petavius observat Scriptorem esse latinum pag. 72 . ad Iulianum.

Itinerarij a Burdigala ad Hierosolymam usque, et ab Heraclea per Aulonam et Romam Mediolanum usque, Auctor, floruit, ut videtur, Constantini Magni temporibus . Hunc primus edidit Pithoeus . 1588 . 12 . postea Andreas Schottus cum Commentario Hieronymi Suritæ, Colonie . 1600 .

pag. 643 .

Notitia Episcopatuum Orbis Christiani, sive Codicis Romani antiqui Provincialis, conscripta est circa annum Christi . 1100 . primum edita Romæ anno . 1603 . deinde alibi pluries .

pag. 649 .

Columna Pompeij Alexandriæ visa, ac nuper descripta a Paulo Luca, Itinere in inferiorem Ægyptum, Paris . et Amstel . 1720 . 12 . Tom . I . Lib . IV . pag. 290 . seq.

Columna Trajani ab Alfonso Ciacconio explicata Romæ . 1616 . fol . et luculentius a Io: Petro Bellorio 1673 . demum Raphael Fabrettus . 1683 . fol . Commentario illustravit .

Columna Hadriani, quæ Athenis conspicitur, explicata a Francisco Fanello Venetijs . 1707 . 4 . Lib . IV . Athenarum Atticarum, Italicè .

Columna Antonini exposita a Io: Petro Bellorio Rom . 1676 . fol.

Columna M . Antonini et L . Veri non ita pridem inventa, et Commentario illustrata a Ioanne Vignolio Romæ . 1705 . 4 . deinde a Chaussæo, Guinvillio, et Crescimbenio .

Columna Constantini Magni Arelate, et Columnæ Milliaria in eadem Urbe sub Theodosio et Valentiniano posita, illustratæ a Dominico de Colonia S . I . in Dissert . inserta Diario Londinensi . 1701 p. 721 . et
) Columna Constantinopolitana historiata, apud Cangium Constantinop . Christiana Lib . I . pag . 78 .

pag. 656.

Fasti Bucheriani Consulum et Præfectorum Urbis, recusi Tom. XI. Thesauri Antiquitatum Romanarum Grævij.

pag. 657.

Fabij Claudij Gordiani Fulgentij V. C. Libelli. XXIV. per singulos singulis Literis secundum ordinem diminuti, ita ut in primo nullum sit A. in secundo nullum B. et ita in cæteris. Prodijt Lictav. 1696. 8. curante Iacobo Hommey. Sic Odysseam apud Græcos scripserat Tryphiodorus: Lasus et Pindarus Poemata in quibus Sigma litteræ exularet.

Horum Libellorum titulus est: De ætatibus Mundi et Hominis, Opus mirificum sine Litteris. Nam in toto primo Libello de Adamo nullum. A. in secundo de Abele nullum. B. in tertio de Caino nullum. C. atque ita in cæteris.

De hoc Fulgentio ita Bollandus Tom. I. Ianuar. pag. 972.
» Libycum, sive Afrum se non uno loco Auctor fatetur,
» idque opus, Xenophontis poetæ Græci imitatione
» aggressum. Conjectet aliquis Claudium fuisse Gordiani
» filium, Fulgentij Ruspensis patrem, qui ex Italia, quo
» Genserici furor parentem exturbarat, reversus in Africam,
» avitis possessionibus ac domo spoliatus, merito in
» publicas rapinas invectus. Libro. I. queri potuit.

De alijs Fulgentijs vide sup.ª Tom. II. pag. 436. et Biblioth. mediæ et infimæ ætatis Tom. II. pag. 218. seqq.

pag. 659.

Heliogabali Imperat. Oratio ad Meretrices memoratur Lampridio Cap. XVI. At quæ sub ejus nomine legitur in Aldina Editione Scriptorum Historiæ Augustæ, tamquam supposita ab Aretino ibi allegatur. Quamquam fuit qui Fabritio nostro affirmavit se habere MS. illam Orationem ab antiquiore manu, quam quæ referret Aretini ætatem.

Leonardo, de quo vide Tom. I. pag. 290: Bibliothecæ mediæ et infimæ ætatis

pag. 661.

Idatius Lemovicensis in Gallæcia Episcopus, sub Leone Thrace floruit, licet S. Hieronymi æqualem Barthius facit Lib. LI. Cap. IV. Adversar. Ejus Fastorum Consularium Pars vulgata est a Sirmondo, et in Iosephi Scaligeri Thesauro temporum secundæ Editionis. Integri demum prodiere Tom. I. Biblioth. MSS. Philippi Labbei Paris. 1650. fol. Recusi Tom. XI. Antiquitat. Roman. Grævij; et Tom. II. Conciliorum Hispaniæ editorum ab Aguirrio pag. 168. seq.

pag. 667.

Mirabilia Romæ, vetus Liber allegatur a Cangio in Appendice ad Glossarium Græcum pag. 106. Editus deinde est a Bernardo de Montfaucon in Diario Italico. Parisijs. 1702. 4. qui pag. 121. quingentis ab hinc annis scriptum testatur.

pag. 669.

T. Omusij Tincæ Placentini nomine, cujus apud Ciceronem et Quintilianum mentio occurrit, Epistola ad M. Callidium generum de Originibus et Antiquitatibus Placentiæ, quam annis sexcentis Urbe Roma vetustiorem facit, edita primum Latine a Petro Maria Campi in Historia Placentina, vulgata Placentiæ 1669. fol. Tom. 1. pag. 427. - 447. Editor pag. 426. testatur se illam reperisse scriptam in Membrana in Archivis Placentinis. Sed Monumentum hoc tamquam nullius fidei ab ipsis Italis exploditur. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. X. pag. 562.

De Campi hujus Historia Vide Murat. Annal. d'Ital. Tom VI. pag. 443.

pag. 670.

Parænetici Veteres. Ita inscribitur Collectio minutorum Scriptorum, cum Goldasti Notis editorum. Insulæ. 1604. 4. in qua continentur Prisci Valeriani de bono Disciplinæ Sermo: Columbani Carmina, Epistolæ, Regulæ Monachorum: Dinamij Grammatici, qui circa A.C. 500. floruit, et cujus Historiam S. Maximi dicatam Urbico Episcopo Regiensi, Fausti successori, edidit Surius, Epistola ad Discipulum: Basilij Cæsareensis Admonitiones: Annæi Boethij de Moribus Liber: Tyroli Regis Scotorum, Vuinsbekij Equitis Germani, et Vuinsbekiæ Nobilis Germanæ Parænèses ad Filios, Lingua veteri Teutonica.

pag. 677.

Vibius Sequester scripsit Libellum de Fluminibus, Fontibus, Lacubus, Nemoribus, Paludibus, Montibus, et Gentibus, ad Virgilianum filium. Prodijt primum Romæ. 1505. 4. apud Ioannem de Besicken, curante Iacobo Mazochio. Deinde apud Aldum. Venetijs. 1518. 8. cum Mela et alijs. Hinc Florentiæ. 1519. 8. cum Mazochij de Urbe Roma. Tum Romæ. 1523. 4. et Lugduni. 1539. 8. et Basileæ. 1575. 12. ex Iosiæ Simleri recensione, et a Maussaco Tolosæ. 1615. 8. Demum Nicolai Heinsij castigationibus, et Codice MS. Iacobi Ravij usus nobilissimus vir Franciscus Hesselius, novam hujus Scriptoris Editionem cum suis et Hadriani Relandi Notis vulgavit. Roterodami. 1712. 8.

Nolim autem assentiri Viro docto, qui in Actis Erud. anni. 1712. pag. 132. Vibij Sequestris filijque ejus Virgiliani nomen commentitium ac falsum putat, nulla idonea incredibili hujus suspicionis allegata ratione. Plura ex hoc Vibio Ioannes Boccatius transtulit in suum de Montibus, Silvis, Fontibus, Lacubus, Fluminibus, Stagnis seu Paludibus, et de nominibus Maris Libello, ante annos trecentos; dissimulato Vibij nomine, unde minus candidus arguitur a Vossio pag. 57. de Philologia, ubi et hunc Sequestrem a Vincentio Mirabella in Antiquitatibus Syracusanis perperam Equestrem vocari observat.

Fabius Severus Tergestinus, causis agendis apud Imperat. Antoninum bene de patria meritus, magnis laudibus effertur Inscriptione Veteri apud Petrum Appianum, et Bartholomeum Amantium, et in Francisci Irenęi de Cruce Carmelitę Historia Tergesti, Italice edita Venetijs. 1698. fol. pag. 145. ~~669.~~ pag. 679.

Tabula Peutingeriana, sive Tabula Itineraria, Consulatu. XV. Theodosij Iunioris, vel potius anno. XV. Imperij Theodosij Senioris primum concinnata, ut Velserus existimat pag. 831. et. 791. ejus Operum, auspicijs ejusdem Marci Velseri e Conradi Peutingeri Patricij Augustani Bibliotheca, Segmentis octonis in lucem edita est Venetijs. 1599. 4. Novissime inter Velseri Opera, qui ad Segmenta duo priora Commentarios addidit, iterum lucem adspexit Norimbergę. 1682. fol. Aestimari solent

Velseri Opera Historica et Philologica Edit. 1682. Scel. 9. alcer etiam Scel. 7.

Paulus Merula, cujus verba etiam laudato Vossio pag. 250. de Scientijs Mathematicis, de hac Tabula ita scribit in Prefatione Cosmographię: Plus habet illa in recessu quam frons pollicetur. Licet infinita ibi sint depravata et turbationis ordinis, tamen comparata cum Antonini Itinerario, cui et hinc medicina non semel per me petita, nullo negotio possunt corrigi, et ad sua revocari castra, quod non infeliciter a me factum in Gallia Italiaque res ipsa docebit. Procurrit hęc

Tabula ab Occidentali Oceano per Continenti totius longitudinem ad Orientalem usque, singula notans Loca, necnon Locorum, industria stupenda, distantias et intervalla. Totum complectitur quantus quantus est Antoninum, alterumque tantum et amplius apponit, si Civitates, Urbes, Oppida, Pagi, Fluvij, aliaque talia diligenter examinentur, digna certe quæ sedulis doctorum, non magistellorum manibus teratur.

Novam præstantissimæ hujus Tabulæ Editionem cum Nicolai Bergierij Libro de Vijs Magnis Romanorum sperare nos jussit Claudius Nicasius in Dissert. de Numo Pantheo Hadriani Imp. Quo quidem defuncto Vir Amplissimus eruditissimusque Menso Altingius novam illius molitur Editionem, cujus conatu se deterritum testatur Clariss. Henninius Tom. X. Thesauri Antiquit. Roman. Grævij. pag. 636. ne illam Bergierij Libro adderet.

Tabulam Peutingerianam inventam primum a Conrado Celte, servatam Augustæ Vindelicorum a Conrado Peutingero, a Marco Velsero editam explicatamque, Commentarijs illustravit vir egregius et nobilissimus Menso Altingius. Hi deinde, Auctore anno. 1712. ætatis. 76. die. 2. Augusti Groningæ defuncto, edendi missi sunt Ultrajectum ad virum eruditissimum Hadrianum Relandum. Sed et ipse eheu extinctus est anno. 1717. cum et horum Commentariorum, et veterum Itinerariorum Editionem moliretur.

In Tabula Peutingeriana Locorum distantias longiore interdum, ut in Viis Militaribus mos est, anfractu designari notavit Sirmondus ad Sidonium Lib. III. Epist. 11.

A

Aburnius Valens, Iur. Cons. — pag. 64.
Ælius Gallus, I.C. — pag. 63. v°
Æmilius Macer, Medicus — pag. 75.
Ælius Marcianus, I.C. — pag. 66.
Æthicus, Cosmographus — pag. 4. 11. v°
Africanus, I.C. — pag. 66. v°
Agellius, Grammaticus — pag. 56.
Aggenus Urbicus, Agrimensor — pag. 71.
Agobardus — pag. 43. v°
Agroetius, Grammaticus — pag. 56. 59.
Alanus — pag. 43. v°
Alcimus Ecdicius Avitus — pag. 41. v° 42. v°
Alcuinus — pag. 43. v° 58. v° 61.
Aldhelmus — pag. 43. v°
Alfenus Varus, I.C. — pag. 63. 67.
Alfonsus Ceccarellus, Doctus Impostor — pag. 77. v°
Altercatio Hadriani et Epicteti — pag. 53.
Altercatio Hadriani Imp. et Secundi Sophistæ pag. 53.
Ambrosius, Mediolanensis Episcopus — pag. 41. v° 47.
Ammianus Marcellinus — pag. 31.
Ampelius — pag. 22. v°
Andreas Orator — pag. 41.
Angelomus — pag. 43. v°
Annæus Boethius — pag. 83. v°
Anonymorum Poemata — pag. 44. v°
Anonymus de Bebiani Baptismo — pag. 42. v°
Anonymus de rebus Bellicis — pag. 32.
Anonymus Philosophus vetus, de re Monetaria pag. 82. v°
Anselmus Cantuariensis — pag. 44.
Antistius Labeo, filius, I.C. — pag. 63.
Antistius Labeo, pater, I.C. — pag. 67.
Antonius Lupianus de Zapata, Doctus Impostor pag. 78. v°
Antonius Musa, Medicus — pag. 24. 75. v°
Apulejus Madaurensis — pag. 23. v° 76. v°
Apulejus Minutianus — pag. 24.
Apulianus, sive Apulius — pag. 24.
Aquila Romanus, Rhetor — pag. 60. v°
Aquilius Gallus, I.C. — pag. 67.
Arator — pag. 42.
Arcadius Augustus, Agrimensor — pag. 72.
Arianus, I.C. — pag. 64. v°
Arius Menander, I.C. — pag. 66. v°
Aristo, I.C. — pag. 67. v°
Arnobius Afer — pag. 46.
Arnobius alius — pag. 46.
Arnulfus Lexoviensis — pag. 44. v°
Aruntius Celsus, Grammaticus — pag. 56.
Asconius Pedianus — pag. 21. 56.
Asper Iunior, Grammaticus — pag. 57. v°
Atejus Capito, I.C. — pag. 67.
Atejus Pacuvius, I.C. — pag. 67.
Atilicinus, I.C. — pag. 67. v°
Atilius Fortunatianus, Grammaticus — pag. 59. v°
Auctor MS. de Mensura Orbis Terræ, laudatus Harduino — pag. 82. v°
Aufidius Tucca, I.C. — pag. 67.
Augustinus, Hipponensis Episcopus, pag. 47. v° 58. v° 60. v°
Aulus Cascellius, I.C. — pag. 67.
Aulus Gellius — pag. 23.
Aulus Hirtius — pag. 3.
Aulus Septimius Severus — pag. 6. v° 39. v°
Ausonius — pag. 30.

B

Balbus Mensor — pag. 64. 70. v° 71. v°
Basilius Cæsareensis — pag. 83. v°
Beda — pag. 43. v° 57. 59. v° 60.
Belisarius — pag. 42. v°
Bernardus Abbas S. Galli — pag. 44. v°
Bernardus Clyste nsis — pag. 44. v°
Bernardus Morlanensis — pag. 44. v°
Boethius — pag. 35. v°
Bibliotheca Bibliothecarum, Philippi Labbei pag. 50. v°
Bibliotheca Ecclesiastica, Io: Alberti Fabritij pag. 47. v°
Bibliotheca Historica Anglicana — pag. 50. v°
Bibliotheca Historica Belgica — pag. 50. v°
Bibliotheca Historica Dano-Norwegica pag. 50. v°
Bibliotheca Historica Gallica — pag. 50. v°
Bibliotheca Historica Germanica — pag. 50. v°
Bibliotheca Historica Hispanica — pag. 50. v°
Bibliotheca Historica Hungarica — pag. 50. v°
Bibliotheca Historica Naturalis — pag. 50. v°
Bibliotheca Historica Polonica — pag. 50. v°
Bibliotheca Historica Scotiæ — pag. 50. v°
Bibliotheca Historica Veneta — pag. 50. v°
Brutus, I.C. — pag. 66. v°

C

Cœlius Antipater, I.C – – – – pag. 67.
Cœlius Apicius – – – – pag. 22. t°.
Cœlius Aurelianus, Medicus – – – pag. 74.
Cœlius Firmianus Symposius, sive Symposium pag. 39. t°.
Cœlius Sabinus, I.C – – – – pag. 67. t°.
Cœlius Sedulius – – – – pag. 41. t°.
Cæsar Germanicus – – – – pag. 9. t°.
Cæsius Bassus, Grammaticus – – – pag. 59. t°.
Cajus, Agrimensor – – – – pag. 72.
Cajus Aulus Ofilius, I.C – – – pag. 67.
Cajus Flaccus, I.C – – – – pag. 67. t°.
Calendarium Romanum vetus – – pag. 56.
Callistratus, I.C – – – – pag. 64. t°.
Calpurnius Flaccus – – – – pag. 17.
Capitolinus – – – – pag. 26. t°.
Carolus Sigonius – – – – pag. 56. t°.
S. Casimirus – – – – pag. 44.
Cassiodorus – – – – pag. 36. t°. 59. 61.
Catilius Severus, I.C – – – – pag. 67. t°.
Cato, M. Porcij filius, I.C – – – – pag. 66. t°.
Catullus – – – – pag. 1. t°. 6. t°.
Celdonius Romanus, Grammaticus, pag. 58.
Censorinus – – – – pag. 25. t°. 59. t°.
Ceponius – – – – pag. 44.
Cervidius Scævola, I.C – – – pag. 64. t°.
Chalcidius – – – – pag. 28.
Chilienus Monachus – – – – pag. 44.
Charisius, Aurelius Arcadius, I.C. pag. 66. t°.
Charisius, Flavius Sosipater, Grammaticus, pag. 56. 57.
Chrius, seu Carius Fortunatianus, Rhetor, pag. 60. t°.
Christophorus Butkenius, doctus Impostor, pag. 78. t°.
Cinna, I.C – – – – pag. 67.
Claudianus – – – – pag. 33.
Claudianus Mamertus – – – pag. 33. t°. 42. t°.
Claudius Marius Victor – – – pag. 41. t°.
Claudius Triphoninus, I.C – – – pag. 66. t°.
Claudius Venulejus Saturninus, I.C pag. 66.
Clementinæ Constitutiones – – – pag. 70.
Coccejus Campanus, I.C – – – pag. 67. t°.
Coccejus Nerva, filius, I.C – – – pag. 67.
Coccejus Nerva, pater. I.C – – – pag. 67.
Codex Gregorianus – – – – pag. 61. t°.
Codex Hermogenianus – – – pag. 61. t°.
Codex Justiniani – – – – pag. 68. t°.
Codex Legum Antiq. Frid. Lindembrogij, pag. 69.
Codex Theodosianus – – – – pag. 67. t°.
Codicis Theodosiani Breviarium, seu
Codex Alarici Regis – – – – pag. 68.
Columbanus Monachus, pag. 40. 42. t°. 83. t°.
Columella – – – – pag. 11.
Columna Antonini Pij – – – pag. 82. t°.
Columna Constantini Magni – – pag. 82. t°.
Columna Hadriani – – – – pag. 82. t°.
Columna M. Aurelij – – – – pag. 82. t°.
Columna Milliaria Arelatensis pag. 82. t°.
Columna Pompei – – – – pag. 82. t°.
Columna Trajani – – – – pag. 82. t°.
Commodianus Afer – – – – pag. 43.
Cornelius Balbus – – – – pag. 13. t°.
Cornelius Celsus – – – – pag. 10. t°. 61. 63.
Cornelius Fronto, Grammaticus – pag. 56. 58. t°.
Cornelius Gallus – – – – pag. 7. t°.
Cornelius Nepos – – – – pag. 2. t°.
Cornelius Severus – – – – pag. 6. 11. 39. t°.
Cornelius Tacitus – – – – pag. 19. t°.
Corpus omnium Veterum Poetarum pag. 41.
Cresconius Corippus – – – – pag. 43.
Curtius Inghiramus, doctus Impostor pag. 78.
Cyprianus – – – – pag. 41. t°. 46.

D

Damasus Pontifex Romanus, pag. 33. t°. 42. t°. 46. t°.
Decretalium Libri V. – – – pag. 69. t°.
De Iugeribus metundis – – – pag. 72. t°.
Demetrius Alabaldus – – – pag. 56. t°.
Descriptio Urbis Constantinopolitanæ, pag. 53.
Descriptio Urbis Romæ – – – pag. 53.
Dinamius, Grammaticus – – – pag. 83. t°.
Diomedes, Grammaticus – – – pag. 57.
Dionysius Cato – – – – pag. 40.
Diptycha Eburnea Consularia – pag. 55.
Dolabella, Agrimensor – – – pag. 72.
Domitius Marsus – – – – pag. 6. t°. 40.
Donatus, Grammaticus – – pag. 6. 56. 58.
Dracontius Toletanus – – – pag. 41. t°.
Drepanius Florus – – – – pag. 42.
Drusus, I.C – – – – pag. 67.

Echeardus, sive Echevardus, aut Eccardus, pag. 44. 4°.
Edicta Prætorum, sive Ius Prætorium — pag. 61. 4°.
Edictum perpetuum — pag. 61. 4°.
Efquidia — pag. 136. 4°.
Emporius, Rhetor — pag. 60. 4°.
Engelmodus Suessionensis — pag. 43. 4°.
Ennius — pag. 138. 139.
Ennodius — pag. 21. 43.
Epaphroditus, Agrimensor — pag. 71. 72.
Epigrammata et Poëmatia Vetera, edita a Theodoro Almeloveenio — pag. 40. 4°.
Epigrammata variorum, inter Baudij Amoris, pag. 40. 4°.
Epigrammata Vetera, edita à Petro Pithæo, pag. 139.
Epitomator Livij — pag. 3. 4°.
Epitomator Valerij Maximi, Cujus Titus Probus, pag. 10. 4°.
Epitomator Vitruvij — pag. 9.
Errores Veneris, sive Appendix Petronij Arbitri, pag. 40. 4°.
Evax Rex Arabum, seu Marbodeus quidam, pag. 73.
Eucherius Lugdunensis Episcopus — pag. 48. 4°.
Euclides — pag. 72. 4°.
Eugenius Toletanus — pag. 43. 4°.
Eumenius — pag. 20. 4°.
Eutropius — pag. 29.
Eutyches, Grammaticus — pag. 58. 4°.
Excerpta Anonymi, de Constantio Chloro, alijsque Impp. pag. 131. 4°.
Excerpta Anonymi, de Odoacre et Theodorico Ital. Reg. pag. 131. 4°.
Excerpta ex Libris Linteis Pontificum, pag. 55.
Excerpta, de Mensuris — pag. 72. 4°.
Expositio Terminorum — pag. 72.
Extravagantes Constitutiones — pag. 70.
Extravagantes Constitutiones Communes, pag. 70.

F

Fabius Marius Victorinus, Afer, pag. 41. 4°. 46. 4°. 59. 4°. 60. 4°.
Fabius Severus Tergestinus — pag. 84.
Falconia Proba — pag. 43.
Fasti Bucheriani — pag. 83.
Fasti Capitolini — pag. 52.
Favius Mela, I. C — pag. 67. 4°.
Faustus, Agrimensor — pag. 72. 72. 4°.
Feudorum Libri — pag. 68. 4°.
Festus, Sextus Pompejus — pag. 55. 4°. 56.
Flavius Caper, Grammaticus — pag. 59.
Flavius Lucius Dexter, confictus ab Hieron. de la Higuera. Soc. Ies. — pag. 47.
Flavius Priscus, I. C — pag. 67.
Floretus — pag. 43. 4°.
Florus nescio quis — pag. 40. 4°.
Florus Poëta, inter Baudij Amoris Petri Scriverij, pag. 40. 4°.
Fragmenta Comicorum Græc. et Lat. Henr. Stephani pag. 138. 4°.
Fragmenta Historicorum Veterum, edita ab Antonio Augustino, Antonio Riccobono, et Ausonio Popma, pag. 49.
Fragmenta Legum Tribunitiarum, et Senatusconsultorum, edita ab Antonio Augustino — pag. 61. 4°.
Fragmenta Poëtarum Veterum, Rob. et Henr. Steph. pag. 138.
Fragmenta Poëtarum Veterum, Almeloveenij — pag. 40.
Fragmenta Terminalia — pag. 71. 4°.
Fragmenta Tragicorum Veterum, Petri Scriverij, pag. 138. 4°.
Franciscus Rosieres, Doctus Impostor — pag. 78. 4°.
Freculfus — pag. 41. 4°.
Freinshemius — pag. 3. 4°. 18.
Frontinus — pag. 19. 70. 4°. 71. 71. 4°. 72. 4°.
Fulbertus Carnotensis — pag. 43. 4°.
Fulcinius, I. C. — pag. 67. 4°.
Fulgentius Astigitanus — pag. 56.
Fulgentius, Fabius Claudius Gordianus, pag. 56. 83.
Fulgentius, Fabius Planciades — pag. 56.
Fulgentius, Ferrandus, Ruspensis — pag. 56.
Fulgentius Ruspensis Ecclesiæ Episcopus in Africa — pag. 56.
Fufidius, I. C — pag. 67.

G

Gariopontus, Medicus — pag. 76.
Gemmæ antiquitus sculptæ — pag. 54. 4°.
Geographi a Dionysio Gothofredo editi, Vetus Orbis Descriptio — pag. 82. 4°.
Geographus Ravennas — pag. 22. 4°.
Gerhardus Ioannes Vossius — pag. 50.
Gratiani Decretum — pag. 69. 4°.
Gratius — pag. 8. 139. 4°.
Gregorius Beticus — pag. 47.
Guido Ferrariensis — pag. 44.
Guilelmus Brito — pag. 45.
Guilelmus Flander — pag. 44. 4°.
Guillo, Monachus Corbejensis — pag. 44.
Guntherus, Monachus Cisterciensis — pag. 45.

H

Harduinus - - - - pag. 15.
Hartmannus, sive Artmutus - - - pag. 44. h°.
Heliogabali Imp. nomine Oratio ad Meretrices, auctore Leonardo Aretino - - pag. 81.
Henricus Monachus Altissiodorensis - - pag. 44.
Herennius Modestinus, I.C. - - - pag. 66.
Hermogenianus, I.C. - - - pag. 66.
S. Hieronymus - - - - pag. 47. h°.
Hieronymus de la Higuera, S.I. doctus Impostor, pag. 47. 78. h°.
Hilarius, Arelatensis Episcopus - - pag. 41. h°.
Hilarius, Pictaviensis Episcopus - - pag. 41. h°. 46. h°.
Hildebertus Cenomanensis - - - pag. 41. h°.
Historia Miscella - - - - pag. 29. h°.
Historia Poetarum, et Poematum medii Aevi, pag. 45.
Hoctavimus Musca, Agrimensor - - pag. 72. h°.
Honorius, Episcopus Romanus - - - pag. 42. h°.
Horatius Flaccus - - - - pag. 8.
Hyginus Gromaticus - - - - pag. 75. h°.
Hyginus, Iulius - - - - pag. 10.
Hyginus, in Sanctum Amandum - - pag. 44.
Hymni Ecclesiastici variorum - - pag. 42. h°.
Hymnus, in S. Verdianam - - - - pag. 44.

I

Iabolenus, I.C. - - - - pag. 63. h°.
Iacobus Cajetanus, Cardinalis - - - pag. 44.
Iacobus Presbyter - - - - pag. 44.
Iani Gruteri Inscriptiones Antiquae - pag. 54.
Idacius, Lemovicensis Episcopus - - pag. 83.
Incertus Auctor, de Differentiis Vocum pag. 59.
Incertus Auctor, de Locis Rhetoricis pag. 60. h°.
Incertus Auctor, de Notis Literarum. pag. 56. h°.
Incertus Auctor, in laudem Solis - - - pag. 39. h°.
Innocentius, Agrimensor - - - - pag. 71. h°.
Inscriptiones Antiquae variorum - - pag. 53. h°. 54.
Ioannes Aegidius, Medicus, deinde Monachus pag. 76. h°.
Ioannes Annius, doctus Impostor - - pag. 1. 78.
Ioannes Casa - - - - pag. 41. h°.
Ioannes Sarisberiensis - - - - pag. 18. 49.
Ioannes Sulpicius Verulanus - - pag. 43. h°.
Ioannes Tamajus, doctus Impostor pag. 78. h°.
Iornandes - - - - pag. 47. h°.
Irenaeus - - - - pag. 45. h°.
Isidorus Hispalensis - - pag. 47. h°. 56. 57. 61. 72.
Itinerarium Antonini - - - - pag. 4.
Itinerarium Hierosolymitanum, seu Burdigalense - - - - pag. 82. h°.
Iulianus Patricius, I.C. - - - - pag. 68. h°.
Iulius Caesar - - - - pag. 3.
Iulius Calpurnius - - - - pag. 26.
Iulius Celsus - - - - pag. 3. h°.
Iulius, seu Lucius Exuperantius. pag. 49. h°.
Iulius Firmicus - - - - pag. 28. 46. h°.
Iulius Gallus Aquila, I.C. - - - pag. 64. h°.
Iulius Honorius Orator - - - - pag. 4. 11. h°.
Iulius Obsequens - - - - pag. 26.
Iulius Paulus, I.C. - - - - pag. 65.
Iulius Rufinianus, Rhetor - - - pag. 60. h°.
Iulius Severianus, Rhetor - - pag. 61.
Iunius Gracchanus I.C. - - - - pag. 66. h°.
Iunius, sive Iulius Mauricianus, I.C. pag. 66.
Iunius Maximus - - - - pag. 6.
Ius Civile Aelianum - - - - pag. 61. h°.
Ius Civile Flavianum - - - - pag. 61. h°.
Ius Civile Papyrianum - - - - pag. 61. h°.
Iustiniani Institutiones - - - - pag. 68.
Iustinus Historicus - - - - pag. 24. h°.
Iuvenalis - - - - pag. 18. h°.
Iuvencus, Aquilius Cajus Vettius. pag. 41. h°.
Iuvencus, Caelius Calanus - - - pag. 41. h°.
Iuventius, I.C. - - - - pag. 67.
Iuventius Celsus, I.C. - - - - pag. 63. h°.

L

Laberius - - - - pag. 8. h°. 39.
Lactantius Firmianus - - pag. 39. h°. 42. h°. 46.
Laelius, I.C. - - - - pag. 67. h°.
Lampridius - - - - pag. 26. h°.
Latinus, Agrimensor - - - - pag. 72.
Latinus Pacatus - - - - pag. 21.
Laurea Tullius - - - - pag. 2.
Laurentius Antiquus - - - - pag. 60.
Leges Agrariae - - - - pag. 72. h°.
Leges Decemvirales, seu XII Tabular. pag. 61. h°.
Leges Regiae Romanae - - - - pag. 61. h°.
Legum Agrariarum Fragmenta - pag. 72. h°.
Legum Mosaicarum et Romanar. Collatio pag. 62.
Leo Magnus, Pontifex - - - pag. 48. h°.
Libellus, de XIV Region. Urbis Romae pag. 49. h°.
Libellus Locorum Urbis et Provinciar. pag. 31.
Libellus Provinciar. et Metropoleon Galliae pag. 12.
Liberius - - - - pag. 42. h°.
Licentius - - - - pag. 39. h°.
Licinius Proculus, I.C. - - - - pag. 63. h°.
Licinius Rufinus, I.C. - - - - pag. 66.
Lucanus - - - - pag. 7. 13. 39. h°.
Lucifer, Caralitanus Episcopus - - pag. 46. h°.
Lucilius - - - - pag. 38.
L. Cassius Longinus I.C. - - - - pag. 67.
L. Cornificius, filius - - - - pag. 2.
L. Cornificius, pater - - - - pag. 2.
L. Fenestella - - - - pag. 50.
L. Florus - - - - pag. 21. h°.
L. Valerius I.C. - - - - pag. 67.
Lucretius Carus - - - - pag. 1. h°.
Luctatius Placidus - - - - pag. 17. h°.
Luxurius - - - - pag. 40. h°.

M

Macrobij Excerpta — — pag. 32. h°. 39. h°.
Macrobius — — pag. 32.
Mæcius, I.C. — — pag. 67. h°.
Magnonis, Notę Iurij — — pag. 56. h°. 57. h°.
Mago, Agrimensor — — pag. 72.
Mamertinus junior — — pag. 21.
Mamertinus senior — — pag. 20. h°.
Marcellus Empiricus, Medicus — pag. 73. h°.
Marcellus, vir Illustris — — pag. 39. h°.
Marcus Baro, Agrimensor — — pag. 72.
M. Cælius Rufus, I.C. — — pag. 67.
Marcus, Cassinensis Monachus — — pag. 43. h°.
M. Gallio — — pag. 2.
M. Florus — — pag. 18. h°.
M. Manilius, Astronomus — — pag. 9. h°.
M. Manilius, I.C. — — pag. 67.
M. Minutius Felix — — pag. 46.
M. Iunius Nypsus, Agrimensor — — pag. 72.
M. Tullius Cicero, filius — — pag. 2.
M. Tullius Cicero, pater — — pag. 2.
M. Valerius Probus, Grammaticus — pag. 6. h°. 56. h°. 57. h°.
Marius Mercator — — pag. 48.
Marius Plotius, Grammaticus — — pag. 59. h°.
Marquardus Freherus — — pag. 50. h°.
Martialis — — pag. 19.
Martianus Capella — — pag. 35.
Martinus Dumiensis, seu Braccarensis pag. 43. h°.
Martinus Turonensis Episcopus — pag. 47. h°.
Masurius Sabinus, I.C. — — pag. 63. h°.
Matthęus Silvaticus, Medicus — pag. 76.
Matthęus Vindocinensis — — pag. 43. h°. 44.
Maximianus, Poeta Etruscus — pag. 39. h°.
Maximus Victorinus, Grammaticus pag. 58. h°.
Mensurę Limitum et Terminorum pag. 71. h°.
Merobaudes, seu Marbodus — — pag. 42. h°. 44.
Messala Corvinus — — pag. 49. h°. 50.
Metellus Tegerensis — — pag. 44.
Minitius Natalis, I.C. — — pag. 67. h°.
Mirabilia Romę — — pag. 83.
Modestus, de Re Militari — — pag. 32.
Monumenta varia Antiqua — — pag. 52.
Monumentum Ancyranum — — pag. 31.
Mysrontius, Agrimensor — — pag. 72.

N.

Nazarius — — pag. 21.
Nemesianus — — pag. 26. 39. h°.
Neratius Priscus, I.C. — — pag. 63. h°.
Neuterius, Agrimensor — — pag. 72.
Nigidius Figulus — — pag. 60.
Nonius Marcellus — — pag. 55. h°. 56.
Notæ Numerorum et Ponderum — — pag. 62. h°.
Notarum Iuridicarum Explanatio — — pag. 57. h°.
Notitia Dignitatum utriusque Imperij — pag. 52. h°.
Notitia Episcopatuum Orbis Christiani — pag. 82. h°.
NotKerus, Medicus, seu Monachus — — pag. 44. h°.
Novellę Iustiniani — — pag. 68. h°.
Novellę Iustiniani, Extravagantes — — pag. 68. h°.
Nummi Veteres — — pag. 54. h°.

O

Octavenus, I.C. — — pag. 67. h°.
Octavius Cęsar Augustus — — pag. 31. h°.
Oppius — — pag. 1. h°.
Optatus, Milevitanus Episcopus — — pag. 47.
Ordines Finitionum — — pag. 72.
Orientius — — pag. 41.
Ovidius Naso — — pag. 8. 39. h°.

P

Pacianus, Barcinonensis Episcopus — — pag. 47.
Paconius Blęsius, I.C. — — pag. 67.
Palladius Rutilius — — pag. 23.
Pandectarum, seu Digestorum Libri L. — pag. 68.
Papias, Grammaticus — — pag. 57. h°.
Papinianus, I.C. — — pag. 64. h°.
Papyrius Fronto, I.C. — — pag. 67. h°.
Papyrius Iustus, I.C. — — pag. 64. h°.
Paschasius Ratbertus — — pag. 43. h°. 44. h°.
Paterculus — — pag. 10.
Paulinus Nolanus — — pag. 42. 47. h°.
Paulinus Peleus — — pag. 43.
Paulinus Petrocorius — — pag. 43.
Paulus Diaconus — — pag. 41. h°.
Paulus Orosius — — pag. 48. h°.
Pegasus, I.C. — — pag. 63. h°.
Pędo Albinovanus — — pag. 8. h°. 39. h°.
Persius Flaccus — — pag. 13. h°.
Pervigilium Veneris, et Opusc.a dicta Baiulij Amores, pag. 40. h°.
Petronius Arbiter — — pag. 13. h°.
Petrus Apollonius Collatius — — pag. 45.
Petrus Blęsensis — — pag. 44. h°.
Petrus Diaconus — — pag. 56. h°. 57. h°.
Petrus Mauritius Venerabilis — — pag. 41. h°.
Petrus Pictaviensis — — pag. 44. h°.
Petrus de Regia Aurora — — pag. 42. h°.
Petrus de Riga — — pag. 44.
Petrus de Rosenheim — — pag. 44.

Phaedrus - - - - - - - - - - - - pag. 10. 4º.
Philastrius, Brixiensis Episcopus - - pag. 47.
Philippus Gualterus - - - - - - pag. 18. 44. 4º.
Phocas, Grammaticus - - - - - - pag. 6. 4º. 7. 57. 4º.
Phoebadius - - - - - - - - pag. 46. 4º.
Phylargyrius, Grammaticus - - - pag. 62. 4º.
Plautius Silvanus, I.C. - - - - pag. 67. 4º.
Plautus - - - - - - - - - pag. 4.
Plinius Caecilius, sive junior - - pag. 20.
Plinius Secundus, sive senior - - pag. 14.
Plinius Valerianus, Medicus - - pag. 15. 4º. 74. 4º.
Pomponius Mela - - - - - - - pag. 11.
Porcius Cato, Censorius - - - - pag. 1.
Porcius Latro - - - - - - - - pag. 2. 4º.
Posthumius Junior - - - - - - pag. 16. 4º.
Priscianus, Grammaticus - - - - pag. 39. 4º. 57. 62.
Priscus Valerianus - - - - - - pag. 83. 4º.
Propertius - - - - - - - - - pag. 7. 4º.
Prosper Aquitanicus - - - - - - pag. 42. 48.
Prudentius - - - - - - - - - pag. 41.
Prudentius Trecensis, seu Tricassinus pag. 41. 44. 4º.
Publicius Gellius, I.C. - - - - pag. 67.
Publius Furius Anthus, I.C. - - - pag. 65. 4º.
Publius Mutius Scaevola, I.C. Quinti pater pag. 66. 4º.
Publius Syrus - - - - - - - pag. 8. 4º.
Publius Victor - - - - - - - pag. 31. 49. 4º. 57.
Puteolanus, I.C. - - - - - - pag. 67. 4º.

Q

Quintilianus - - - - - - - - pag. 16.
Quintilianus, avus - - - - - pag. 16. 4º.
Quintilianus, pater - - - - - pag. 16. 4º.
Q. Aelius Tubero, I.C. - - - - pag. 67.
Q. Catulus Suburbicarius - - pag. 40. 4º.
Q. Cornelius Maximus, I.C. - - pag. 63.
Q. Curtius - - - - - - - - pag. 37. 4º.
Q. Curtij Epistolae suppositititiae pag. 18.
Q. Iulius Hilarianus - - - - pag. 48. 4º.
Q. Mutius Scaevola, I.C. - - - pag. 63.
Q. Papyrius Praetextatus, Grammat. pag. 57. 84.
Q. Rhemnius Fannius Palaemon, Grammat. pag. 19. 4º. 57. 4º.
Q. Saturninus, I.C. - - - - - pag. 67. 4º.
Q. Serenus Sammonicus - - - - pag. 25. 4º. 39. 4º.
Q. Terentius Scaurus, Grammaticus pag. 56. 59.
Q. Tubero, I.C. - - - - - - - pag. 67.
Q. Tullius Cicero - - - - - - pag. 39. 4º.

R

Rabanus Maurus - - - - - - - pag. 44. 4º.
Rilindes, Abbatissa Bergensis - pag. 44. 4º.
Roswita, Monialis Gandersheimensis pag. 44. 4º.
Rufinus Antiochenus, Grammaticus, pag. 59. 4º. 62.
Rufinus Aquilejensis - - - - - pag. 47. 4º.
Rufinus, V.C. - - - - - - - - pag. 39. 4º. 40. 4º.
Rufus Festus Avienus - - - - pag. 30. 4º. 39. 4º.
Rufus, Legum Militarium Scriptor pag. 32.
Rusticus Elpidius - - - - - - pag. 42. 4º.
Rutilij Numatiani Itinerarium pag. 44. 39. 4º.
Rutilius Lupus, Rhetor - - - pag. 60. 4º.
Rutilius Rufus, I.C. - - - - pag. 67.
Rhytmi Antiqui - - - - - - - pag. 44.

S

Sallustius - - - - - - - - - pag. 2. 4º.
Salomon Constantiensis - - - - pag. 44. 4º.
Salvius Julianus, I.C. - - - - pag. 64.
Schola Salernitana Io: de Mediolano, pag. 76.
Scribonius Largus, Medicus - - pag. 73.
Seneca Florus - - - - - - - pag. 40. 4º.
Seneca Philosophus - - - - - pag. 12. 4º.
Seneca Rhetor - - - - - - - pag. 12.
Sergius, Grammaticus - - - - pag. 58.
Servilius, I.C. - - - - - - - pag. 67. 4º.
Servius, Marius Honoratus, Grammat. pag. 6. 4º. 56. 58.
Servius Sulpicius Rufus, I.C. - pag. 67.
Severus, seu Verus, Agrimensor pag. 71.
Severus Sanctus Endelechius - pag. 40.
Severus Sulpicius - - - - - - pag. 48. 4º.
Sextum Decretalium - - - - - pag. 70.
Sextus Aelius, I.C. - - - - - - pag. 66. 4º.
Sextus Aurelius Victor - - - - pag. 28. 4º.
Sextus Caecilius, I.C. - - - - pag. 67. 4º.
Sextus Pedius, I.C. - - - - - pag. 67. 68.
Sextus Placitus, Medicus - - - pag. 24. 73. 4º.
Sextus Pompejus, I.C. - - - - pag. 67.
Sextus Pomponius, I.C. - - - - pag. 65. 4º.
Sextus Rufus, seu Rufus Festus, pag. 30. 4º.
Siculus Flaccus, Agrimensor - - pag. 70. 4º.
Sidonius Apollinaris - - - - - pag. 34. 4º.
Silius Italicus - - - - - - - pag. 14.
Simon Ianuensis, Medicus - - pag. 76.
Smaragdus - - - - - - - - - pag. 43. 4º.
Solinus - - - - - - - - - - pag. 15. 4º. 39. 4º.
Soranus, Medicus - - - - - - pag. 73. 4º.
Spartianus - - - - - - - - - pag. 26. 4º.

Specimina Veterum Scripturar. Io: Mabillonij. pag. 52.
Statius — — pag. 17.
Svetonius — — pag. 22.
Sulpicia, Poetria — — pag. 39. n°.
Sulpicius Victor, Rhetor — — pag. 60. n°.
Symmachus — — pag. 34. n°.
Symmachus alius, forte supradicti pater. pag. 34. n°.

T

Tabula Peutingeriana — — pag. 84.
Tabulæ Eugubinæ, supposititiæ — — pag. 78.
Tarrutenus Paternus, I.C. — — pag. 64. n°.
Terentianus Maurus, Grammaticus — pag. 59. n°.
Terentius Afer — — pag. 2. n°.
Terentius Clemens, I.C. — — pag. 64. n°.
Terentius Varro — — pag. 2. n°. 55. n°.
Tertullianus, I.C. — — pag. 66.
Tertullianus, Q. Septimius — pag. 41. n°. 43. n°.
Thebaldus, Auctor Faceti — — pag. 43. n°.
Theodosius, Agrimensor — — pag. 72.
Theodorus Priscianus, Medicus — pag. 74. n°.
Theodulfus Aurilianensis — — pag. 43. n°.
Theodulus — — pag. 43. n°.
Theophilus — — pag. 68.
Tiberius Coruncanius, I.C. — — pag. 63.
Tibullus — — pag. 7. n°.
Timolaus Tirannus — — pag. 2.
Titus Probus, Grammaticus — — pag. 56. n°. et 10. n°.
Titus Cesius, I.C. — — pag. 67.
Titus Cajus, I.C. — — pag. 64.
Titus Iulius Calpurnius — — pag. 26. 39. n°.
Titus Livius — — pag. 4. n°.
Titus Omusius Tinca — — pag. 83. n°.
Tractatus de Rebus Bellicis — — pag. 53.
Trebatius Testa, I.C. — — pag. 67.
Trebellius Pollio — — pag. 26. n°.
Trogus Pompejus — — pag. 24. n°.
Trotula, Medicus — — pag. 75.
Tullius Tiro — — pag. 2.
Tuscianus, sive Tuscius Fusianus, I.C. pag. 67. n°.
Tutelo — — pag. 44. n°.
Typographi celebriores — — pag. 79. segg.
Tyrolus Rex Scotorum — — pag. 83. n°.

V

Valerius, Agrimensor — — pag. 72. 72. n°.
Valerius Cato — — pag. 6. n°. 39. n°.
Valerius Flaccus — — pag. 16.
Valerius Maximus — — pag. 10. n°.
Valerius Severus, I.C. — — pag. 67. n°.
Valescus de Taranta, Medicus — — pag. 76. n°.
Varius Lucullus, I.C. — — pag. 67.
Vegetius, Flavius — — pag. 31. n°.
Vegetius, Publius — — pag. 31. n°.
Vegoja, Agrimensor — — pag. 72.
Velius Longus, Grammaticus — — pag. 59.
Venantius Fortunatus — — pag. 42.
Verrius Flaccus — — pag. 55. n°.
Vespa — — pag. 40.
Vibius Crispus — — pag. 2. n°.
Vibius Sequester — — pag. 83. n°.
Victor, seu Victorius Aquitanus — — pag. 48.
Victorinus Pictaviensis Episcopus — — pag. 42. n°. 46.
Vindicianus, Medicus — — pag. 40.
Vindius, I.C. — — pag. 67. n°.
Virgilius Maro — — pag. 6. n°. 39. n°.
Virginius Rufus — — pag. 2.
Vitalis, Agrimensor — — pag. 72.
Vita S. Senani — — pag. 44.
Vitellius, I.C. — — pag. 67.
Vitruvius — — pag. 9.
Vitruvius Rufus, Agrimensor — — pag. 71. 72.
Vivianus, I.C. — — pag. 67. n°.
Ulpianus, I.C. — — pag. 65.
Ulpius Marcellus, I.C. — — pag. 64.
Volusius Mæcianus, I.C. — — pag. 64.
Vopiscus — — pag. 26. n°.
Ursejus Ferox, I.C. — — pag. 67. n°.
Vuinsbekia, Nobilis Germana — — pag. 83. n°.
Vuinsbekius, Eques Germanus — — pag. 83. n°.
Vulcatius Gallicanus — — pag. 26. n°.
Vulfajus, sive Vulfagus — — pag. 44.

W

Walafridus Strabus — — pag. 43. n°. 44. n°. 75.
Waldramus — — pag. 44. n°.
Walo Britannus — — pag. 44. n°.

Z

Zeno, Veronensis Episcopus — — pag. 46. n°.

[illegible]

T

[illegible]

Isaacus Casaubonus de Pompilij Amasæi versione suarum Eclogarum Polybij loquens, Tom. III. pag. 678. Edit. Polybij Operum, Vindobonæ et Lipsiæ 1763. Amasæi eloquentiam laudat, novamque eloquentiæ methodum invectam a Bellis suis execratur his verbis:

„ Latina vero illius (Amasæi) oratio pura est, et ad Tullianæ dictionis ideam
„ non negligenter formata; nondum enim Amasæi ætate nova hæc studiorum
„ secta erat exorta, quæ summam eloquentiæ laudem ponit in minutis qui=
„ busdam sensiculis, et sententijs vibrantibus. Adhuc videbatur dicendi
„ magister optimus esse Marcus Tullius, quem hodierni Orbilij ... corrupto
„ genere eloquentiæ usum, et parum idoneum Romanæ facundiæ auctorem
„ e scholis extruserunt, et de manibus studiosæ iuventutis extorserunt.

Ex duabus celebrioribus, hodieque receptis sententijs de duplici diversaque putatione annorum ab Urbe condita, Varronis et Verrij Flacci, quęnam potior videatur, et rei veritati magis consentanea.

Palilia, quę et Parilia dici a quibusdam invenies, sacra fuerunt ita dicta a Pale pastorum pabulique Dea, quę in agris solvebantur eidem quotannis XI. Cal. Maij. De qua Dea Virgilius (1): Te quoque magna Pales. iterumque alio loco (2): Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandum. Qua de re videndus est Servius ad hęc Virgilii Loca.

Contigit autem, ut inter hęc Palis Deę Festa, ipsoque die Palilium Romulus fundamenta poneret Urbis Romę. De qua die Propertius cecinit (3):

Urbi festus erat, dixere Palilia patres.
Hic primus cœpit moenibus esse dies.

Ab hac igitur die, seu ab his Palilibus primis Romuli numeratur dies natalis Urbis Romę, ad diem scilicet XI. Cal. Majas, idest XXI Aprilis, qui secundus anni mensis erat, ut tunc putabatur Albanis unde orti Romani, decem mensium, incipiens a mense Martio usque ad Decembrem, quo terminabatur. Ut ut vero, sive a Numa, sive a Tarquinio additi fuerint Romanorum anno alii duo menses, nempe Januarius et Februarius, idem nihilominus anni exordium a mense Martio observatum est Romę usque ad Julii Cęsaris tertium Consulatum, seu ad annum U. C. 708. quo Cęsar, anno civili ad Solis cursum formato, ex die Cal. Ian. anni a se constituti fecit principium. Qui annus deinceps de Cęsaris nomine Julianus appellatus est (4). Hinc anni initium a Cal. Ian. numerari cœpit, ac, si varias mutationes demas, quę pro temporum gentiumque institutis post Christi Nativitatem aliquamdiu invaluerunt, tandem obtinuit, ut communiter censeretur, et ad hanc usque memoriam apud nos censeatur.

Livii porro auctoritate, cui accedit Dionysii calculus in Antiquit. Roman. creditum est (5), Regnatum Romę ab condita Urbe annos ducentos quadraginta quatuor. At Solinus, Sextus Rufus, Eutropius, D. Augustinus, et Orosius CCXLIII. annis tantum Romę regnatum volunt.

Prima sententia, adnotante Plutarcho, Varronis est, unde et Varroniana dicitur. Secunda Verrij Flacci in Fastis Capitolinis, ita dictis, quod in Ædibus Capitolinis marmoreę ipsorum Tabulę ętate nostra serventur. Utra vera sit, inquit Petavius citato loco, difficile est dictu. Nos priorem anteponimus alteri.

Secundę tamen sententię adstipulatur temporum emendator Iosephus Scaliger, ac deinde propior ętati nostrę summus Chronologus Usserius. Cui diversę illustrium virorum Sententię cum animum accuratius intenderet

(1) Georg. Lib. III. vers. 1.
(2) Ibid. v. 294.
(3) Prop. Lib. IV. Eleg. IV. v. 71. 74. in Fabula Tarpeję.
(4) Petav. Rat. Tempor. Part. II. Lib. III. pag. 121. Ed. Amstel. 1745.
Censorin. de die Natali Cap. XX. XXI.
(5) Liv. Lib. I. Cap. X.

vir eruditissimus Ioannes Dujatius in Notis ad hunc Livii locum (1), viderit que ob stuprum infandum, miserabilemque ęcdem Lucretię indictum fuisse statim, nullaque mora interposita, Tarquinio Superbo ejusque familię exilium XI. Cal. Majas, seu XXI. Aprilis anni 244. inchoati, cui postea diei adscriptum est Fastis Regifugium hoc, memoratum Ovidio sub finem Libri II. Fastorum his verbis:

Tarquinius cum prole fugit: capit annua Consul
Iura: dies Regnis illa suprema fuit.

existimavit, has duas Sententias haud ęgrè adduci posse in concordiam, si secundum Fastos Capitolinos numeremus annos 243. completos: Varronis vero, Dionysii, Liviique sententiam ita intelligamus, ut quartus supra ducentos et quadragenos inceptus fuerit cum regnari desitum est.

At vero Fasti Capitolini rei veritatem propius attingere videntur, remque ipsam, ipsumque regnandi actum per totum prope annum CCXLIII. respiciunt, quod negaverit nemo, unico mense Martio excepto, diebusque primis viginti mensis Aprilis, qui, ut annus integer expleatur, anno U. C. CCXLIV. debentur, neque Regnum proprie significant, sed ipsum regnandi terminum. Quo elapso, nimium quantum veritati resistit Varronis, aliorumque sententia, completum solidumque annum CCXLIV. Romę regnatum fuisse. Quapropter Usserius, vir summus in computandis noscendisque temporibus, iure fortasse induci potuit, ut a Varronis sententia recederet, alteramque Verrij Flacci, Fastorumque Capitolinorum, tamquam potiorem, ac rei veritati magis consentaneam amplecteretur.

Sed alterum Tarquinię gentis Regifugium occurrit IX. Cal. Iunii eiusdem anni 244. notatum in Calendario, quod subdit Dujatius in Notis ad Liv. Lib. II. Cap. V. pag. 146. n.° 13. detecta scilicet, ac vindicata mortis supplicio eodie conjuratione filiorum Consulis Bruti, qui etiam seducti ab exule Tarquinio Rege, conspiraverant invicem in perniciem Patrum, Plebis, totiusque Reipublicę.

Tertium quoque Regifugium reponit ibi, notatum itidem in Calendario ad diem VI. Cal. Martias, desinente nempe Februario, instantibusque Cal. Martiis, quibus, annus U. C. 245. auspicabatur. Cum scilicet victis prelio Tarquiniis in agro Romano, ut videre est Lib. eodem Livii Cap. VI. et VII. Romani, ut notatum est Plutarcho, sese verè liberos, Regem omnino fugatum putarunt.

De hoc tertio Regifugio intellexisse dicendus est Ovidius loco citato, dum Tarquinii Superbi fugam Februario mensi, qui anni Romani 244. postremus est, illigavit. Quod si procedat, plana jam erit, nullique obnoxia controversię Varronis aliorumque sententia; Romę regnatum ab condita Urbe ad Libertatem CCXLIV. annos.

Verum Ovidius memoria lapsus forte videri queat, dum Tarquinii fugam inter Fastos Februarij mensis recenset: qui dudum de hac ipsa Tarquinii fuge eadem

(1) Tom. I. Livii Edit. Venet. 1715. pag. 134. n.° 4.

loco tradiderat, eam contigisse sub ipsam Lucretiæ cædem; quod Aprili ejusdem anni 244. prorsus respondet, minime vero gentium Februario mensi insequenti. Sed absit de Ovidio de Romanorum Fastis optime merito, in iisque recensendis singulari incomparabilique viro tam sinistre opinari. Neque enim credibile est ipsum Fastorum Urbis peritissimum, et in summo veluti fastigio positum ignorasse prisca Romanorum Calendaria, atque adeo diversa ista Tarquinii Regifugia Calendariis ipsis memorata, dum sub utroque aspectu, primi nempe et tertii Regifugii rem narrans, et pro re nata de primo Regifugio, seu de celebri illa ac vera Tarquinii fuga loquens, eam Aprili mensi annectit, et cum Lucretiæ cæde conjungit, mox vero ad tertium Regifugium transiens, tamquam celebrius, Romanæque sortis definitioni accommodatius, inter Februarii mensis memorias recenset, quo mense demum victis prælio Tarquiniis, Romani sese vere liberos, Regem omnino fugatum putarunt.

Quid si reliqui illi temporum eximii moderatores, Varro, Livius, Dionysius, idem cum Ovidio senserint, Regumque Romanorum annos ad tertii huius Regifugii calculos supputaverint? Horum omnium par studium, ingenii laus, Romanarum rerum peritia, ætasque ipsa, aut Ovidio æqualis, aut certe suppar id persuadere poterit. Obiit enim Ovidius anno circiter 771 ab U. C. Livius 770. Dionysius anno circiter eodem, ac demum Varro, qui ceteris ætate præstat, anno 727. Nihil igitur tam probabile, ipsisque tot virorum clarissimorum calculis comprobatum, quam quod ætas illa consenserit in protrahendo Romanorum regno a primo Tarquinii Regifugio, sive a die XXI. Aprilis, ad inclinationem usque Februarii mensis insequentis, sive ad tertium postremumque ejusdem Tarquinii Regifugium, totiusque ultimam Tarquiniæ gentis eversionem.

Quare in re tanta, ac tamdiu apud eruditos agitata, nec dum stabili uno quopiam certoque limite definita, si absque nimiæ confidentiæ nota datum est disserere, omnique audacia procul, deposita tantisper celebri illa quæstione, utra ne, Varronis an Verrii Flacci sententia anteferenda sit, rei veritati propius accedi, meliusque consultum iri confidimus, si pro diversis utriusque Auctoris principiis utrique sententiæ adhæreamus, statuamusque, tum Verrii sententiam, quæ Romanorum Regnum ad primum Tarquinii Regifugium sistit, sive ad diem XXI. Aprilis anni ab U. C. 244. inchoati, quam Varronis aliorumque, Ovidii vero præsertim, quæ ad postremum ejusdem Regifugium, sive ad Februarium mensem insequentem protrahit, ne transversum quidem, ut ajunt, unguem a veritate discedere. Verrii enim sententia Regis fugam tantum, exiliumque indictum die XXI. Aprilis respicit: Varronis vero, aliorumque, Regni titulum insuper continet, Regnique postulationem, quam tamdiu sibi Tarquinii postea, tum seditione, tum armis vendicarunt, donec prælio victi, Regno dimisso, Regnique spe omni deposita, ad Larem Porsenam Clusinum Regem, sub finem anni Romani 244. vergente jam Februario mense, perfugerunt (1). Quod utrumque verissimum est.

(1) Liv. Lib. II. Cap. IX.

Ovidii vero, aliorumque sententiam præcipue tuentur, morémque istum jam inde ab Augusti ætate communiter observandum supputandi annos Regum Romanorum ad postremi hujus Regifugii calculos mirifice probant prisca Romanorum Calendaria, haud dubiæ sane fidei, et reverendæ prorsus auctoritatis; ac præ cæteris (1) Calendarium Urbanum Augusti temporibus marmori incisum, quod in Ædibus Maffeorum ad Agrippinam visebatur, quodque nulla facta mentione inter Fastos primi aut secundi Regifugii, hujus tertii tantum meminit, ac inter Fastos dies recenset ad diem XXIV. Februarii, seu VI. Cal. Martii, aut si Ovidio standum est (2), ad diem XXIII. Februarii. quæ omnia de vera, memorabilique hujus tertii Regifugii epocha, statoque ejusdem mense, ac die, deque ipso Regifugio, posthabitis duobus primis, communi usu inter Fastos recepto jam inde ab Augusto, nos satis superque faciunt certiores. Calendarii ejusdem antiquissimi vestigiis postea inhæserunt quotquot supersunt vetusta Romanorum Calendaria, nulliusque inter Fastos nisi hujus postremi Regifugii ad diem VI. Cal. Martii meminerunt, atque adeo in Calendario edito sub Constantio Constantini Magni filio circa annum Christi CCCLIV. de hoc tantum Regifugio notatum legimus his verbis (3): VI. Cal. Martii — Regifugium. Ita et in Calendario veteri in Libris antiquis præfigi solito Ovidii Fastis, idem Regifugium tantum inter Fastos memoriæ proditur, ubi notatum est (4): VIII. Cal. Martii (corrige VI. Cal.) Fuga Tarquinii Superbi. Veris initium. Sic et in Calendario Iulii Cæsaris, quod debemus Petro Gassendo, legitur (5): VI. Cal. Martii Regifugium. Quorum Calendariorum fide ac testimonio fretus Hadrianus Iunius in Fastorum Libro scriptum reliquit (6): XXIII. Februarii. Regifugium dictus hic dies ob Tarquinium Superbum a Bruto pulsum: Herycius Puteanus in Hemerologio (7): Regifugium VI. Cal. Martii, quo die Rex Tarquinius Superbus Roma fugit. Verum Tarquinii Superbi fuga ex Urbe Roma, ut supra dixi, VI. Cal. Martii minime contigit, sive die XXIV. Februarii, sed XI. Cal. Maji, seu die XXI. Aprilis antecedentis. Quare in hoc deceptos viros istos doctissimos fatendum est, quod Calendaria hæc loqui crediderint de fuga Tarquinii cum tota familia ex Urbe Roma, quæ quidem ad diem XXI. Aprilis pertinet anni Romani CCXLIV. inchoati, dum procul dubio omni de fuga agunt Tarquiniorum, eorumque exercitus, non ex Urbe Roma, sed ex agro Romano, quæ accidit sub finem ejusdem anni, et ad diem XXIV. spectat Februarii mensis, qua die, ut docuimus, fusi prœlio in eodem agro Tarquinii, Regno Regnique spe omni exciderunt.

(1) Antiq. Roman. Grævii Tom. VIII. Ed. Venet. 1745. col. 4.

(2) Tom. eod. Græv. col. 9.

(3) Tom. eod. col. 97.

(4) Tom. eod. col. 90.

(5) Tom. eod. col. 157.

(6) Tom. eod. col. 232.

(7) Tom. eod. col. 690.

Utriusque itaque sententiæ, Verrianæ scilicet, ac Ovidianæ principiis pro rei veritate interim enucleatis, nihil omnino ostendes, quod pro diverso eorundem aspectu æquitatis laude ne unum quidem apicem absit. nisi si quis Verrio Flacco vitio vertat, quod Romanorum Regnum ad primum Tarquinii Regifugium sisterit, ac pro CCXLIII. annis solidis numeraverit, floridi facto mense Martio, primisque diebus XX. Aprilis anni insequentis CCXLIV. qui ad constituendum annum Romanum integrum CCXLIII. desiderantur; aut Ovidio imputet, dum ad tertium Regifugium idem Regnum protrahens, quod in diem XXIV. incidit Februarii, integrum eundem mensem, quo annus Romanus CCXLIV. finiebatur, inclusisset, cæterosque dies IV. qui post Regifugii diem Februario

mensi adhuc supererant, nulla apposita hujus partitionis nota, eidem anno assignaverit. Sed hęc, aut alia istiusmodi si quę sunt argumenta, rei certitudini, ac utriusque facti veritati minime obesse credas; siquidem Petavio auctore, summo viro, et in doctrina temporum nemini secundo, intersit sępenumero, in conciliandis Regum temporibus, ut severioris minutulęque temporum differentię vitentur, atque (1) <u>in explicandis quęstionibus istis anni labentes pro vertentibus et integris usurpentur</u>. Cui Petavii calculo ipsemet Verrius Flaccus viam quodammodo stravit, et quędam veluti fundamenta jecit, dum annum labentem CCXLIII. in celeberrimis illis Fastis marmori incisis pro vertenti atque integro jam inde ab ea ętate recensuit. Hinc Verriana sententia, si quicquam ab Ovidiana recedere dicenda est, in hoc differre ad summum potuit, quod Verrianę solemnitas, seu primi Regifugii dies sub Augusto, Ovidio, ipsoque Verrio Flacco, eodem tempore, atque una eademque ętate florentibus, inter Fastos jam obsolescere cœperat, atque inter ipsos tamquam Romę dies natalis sub <u>Palilium</u> nomine tantum recenseri: Ovidianę vero celebritas, seu tertii postremique Regifugii dies, antiquata sensim primi Regifugii memoria, sola de tribus Regifugiis obtinuit, ut inter Fastos in Calendariis notari in posterum consueverit.

Sed, ut quod verius est simpliciter ingenueque dicam, ea de qua agimus, non tam temporis quęstio est, quam <u>facti</u>; utrum scilicet Romanorum Regno finem imposuerit Tarquinii fuga ex Urbe Roma, an vero subsequens Tarquinię gentis eliminatio ex agro Romano. Quamcumque siquidem de duabus sententiis probaveris, certis principiis, certissimoque utriusque facti argumento judicium tuum fueberis. Si enim Verrii Flacci sententię adhęreas, tibi annus auspicandus erit a primo Regifugio, sive a Palilibus anni CCXLIII. die Romę natali, XXI. mensis Aprilis. Ab hac die ad diem postremam Februarii insequentis numerantur menses X. dies VIII. qui annum labentem CCXLIII. conficiunt. Cui ad explendum eundem annum, si addas mensem Martium, diesque primos XX. Aprilis anni insequentis CCXLIV. habebis menses XI. diesque XXVIII. videlicet menses integros XII. ob intercalarem mensem Februarium, qui dies XXVIII. non excedit. Sicque Verrii Flacci, Solini, Sexti Rufi, Eutropii, D. Augustini, et Orosii sententia rei veritati, ipsique facto consentanea omnino erit, Romę scilicet ab U. C. ad Libertatem non ultra annum labentem CCXLIII. regnatum fuisse. Si vero Ovidio ejusque sententię accedas, Romanorum Regnum tibi protrahendum erit a primo Regifugio, sive a die XXI. Aprilis anni CCXLIV. in quem desinit Flaccus, ad tertium Regifugium, sive ad diem XXIV. Februarii ejusdem anni menses X. ac dies IV. eo tamen pacto, ut a mense Martio, diebusque primis XX. Aprilis anni CCXLIV. ex Verrii calculo ad explendum annum labentem CCXLIII. supputari solitis, annum CCXLIV. ad Ovidii principia, sententiamque exordiaris. Colligesque inde menses XI. ac dies XXIV. quibus si dies IV. addideris, qui post tertii Regifugii diem Februario mensi debentur, habebis iterum menses XI. diesque XXVIII. hoc est, imputato ut supra Februario mense, menses integros XII. integrumque annum vertentem a Cal. Martii anni CCXLIV. ad pridie Cal. Martii anni insequentis CCXLV. Quę quidem Ovidii sententias, quamvis Verrii sententię

(1) Ration. Temp. Part. II. Lib. II. pag. 98.

adversari quodammodo videatur, ubi tamen veritati, ipsique facto, pro diversis ejusdem principiis, pertrahi ac altera Verrii Flacci consentanea erit, convenietque omnino cum allegato Livii calculo, Romæ regnatum ab condita Urbe ad libertatem ducentos quadraginta quatuor annos.

Tom. VIII. Thes. Græv. Lugd. Bat. 1735. [illegible]
Col. [illegible]
[illegible] urbani [illegible]
incisi, quod in ædibus Maffæorum ad Agrippinam visebatur

Regifugium ad diem 24. Februarii
col. 9. tamen ex Ovidio ad diem 23.

Col. 15.
Ex Notis Ciaconii ad idem Calend. urb.
REGIF. Regifugium. Festus. Ovid. 2.

Col. 90.
Calendar. vetus in Libris antiquis Ovidii Fastis præfigi solitum. VIII. Cal. ~~Februarii~~ Martii,
Fuga Tarquinii Superbi. Veris initium

Forte ut infra legendum est
Col. 97.
VI. Cal. Martii — — Regifugium
in Calendar. sub Constantio Constantini Magni filio composito circa annum Christi CCCLIV.

Col. 157.
Calendar. Iulii Cæsaris a Petro Fassenio exhibitum.
VI. Cal. Martias — — Regifugium.
col. 159.
VII. Cal. Iunii — — Regifugium iterum.
alias IX. Cal. Iunii

Col. 232.
Fastorum Libro Hadriani Iunii
23. Februarii. Regifugium dictus hic dies ob Tarquinium Superbum a Bruto pulsum.

Col. 690.
Hemerologium Herycii Puteani
Regif. Regifugium VI. Cal. Martii, quo die Rex Tarquinius Superbus Roma fugit.

Inextricabilem Labyrinthum Veteris Romanorum Anni Dionysius Petavius, Tom. col. Ervini col. 1450. ad diem natalem Urbis, sive ad prima Palilia Romuli revocans cum Catone, omnem difficultatem nodumque rejicit, non in Tarquinij Regifugio, quæ certo unumquodque die certissima sunt; sed in Trojani exilii hypothesim

adversari quodammodo videatur, rei tamen veritati, ipsique facto, pro diversis ejusdem principiis, pertradi ac altera Verrii Flacci consentanea erit, conveniet que omnino cum allego[illegible] calculo, Romæ regnatum ab condita Urbe ad libertatem quadraginta quatuor annos.

Ex quo, inquit [illegible] verius, omnia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] colu[illegible] [illegible] annum excidium Troj[illegible].

Petavius Trojæ excidium / Tom. I. P. I. Lib. 9. Cap. XI. pag. 45 / anno Per. Jul. 3530. illigat: Marmore Arundelliana / Part. II. Lib. II. Cap. X. Ed. Amst. 1745. pag. 95 / anno Per. Jul. 3505. Quod Antiquorum omnium, inquit ille, atque aliorum ipsiusque Petavii rationis conturbat. Quo loco idem Petavius fatetur, Trojanæ urbis excidium, Historiæ illi pertinere, quæ Poeticis in fictis fabulis minus habet explicata tempore.

Petav. ibid. pag. 91. Antiquus ille Chronologus, qui ex Arundellianis Marmoribus apud Smyrnam effossis nuper editus est, anno 1. Olympiadis 129. id est anno ipso, quo Bellum primum Punicum cœpit, scribebat.
pag. 94. in explicandis quæstionibus chronologicis ansæ habendæ pro veteribus et integris usurpari licentur.

Dio Lib. I. ex collectaneis Constantini Porphyrogenetæ Edit. Hamburg. 1750. pag. 11. nº ad annum U. C. 245. Superbum, acidemque Lucretiæ refert; de Regifugio omnino silet.

pag. 86. P. II. Petavii
Anonymi Chronicon marmori incisum in Asia repertum est, appellatum peculiari nomine, Arundelliana Marmorea, et Ioannis Seldeni commentariis illustratum prodiit anno 1628. Chronologus ille scribebat, ut supra, anno ipso, quo Bellum Punicum primum cœpit, id est anno U. C. 490. ante Christum natum 263.

3
4° III
603

Fistularii Pauli

De Historicis graecis Scriptoribus Notitiae. ex Fabricio aliisq. autogr.

pag. 695 usque 700. Fabr. T. I. Biblioth. Græc. i.

Herodotus, Halicarnassensis, haud ignobili genere natus, a Lygdamo tyranno Patriam vexante fugiens in Thurios, olim Sybari, postmodum Copiæ dicta in Lucaniæ olim, nunc in Calabria inferiori, diverterat, quam Urbem in sinu Tarentino novam Coloniam instaurandam susceperant Athenienses anno 3. Olymp. 83. Hic, Plinio teste, Lib. XII. C. 4. Historiam suam condidit circa annum ætatis suæ 40. Urbis Romæ 320. Olymp. 84. anno 1. ante Christum natum 444. Vixit annos ad minimum 52. teste enim Dionysio Halicar. de Charactere Thucydidis p. 138. Peloponesiaci Belli tempora vivendo attigit. Ionica Dialecto Historiarum Libros IX. scripsit. Dubium est, ac modestiæ ejus minime congruens, quod ajunt, eundem novem Musarum nomina eisdem Libris imposuisse, quod Lucianus aliorum admirationi, non Herodoto tribuit. A Gyge Lydorum Rege, uno ac dimidio fere sæculo ante Cyrum ejus Historia incipit; desinit vero in Xerxis e Græcia fugam. Scripsit et Narrationem de Homeri Vita, quæ itidem extat. Edit. Gr. Lat. Henrici Steph. 1592. fol. et alia Gothofridi Jungermanni Francofurti 1608. fol. Floruit igitur Herodotus ab anno U. C. 260. usque ad 332. seu ab anno ante Æram vulgarem 484. usque ad — — — — — — 432

[interlinear notes: veterem edidit Steph. I. Scel. 5. — et alia — cum Photii excerptis ex Ctesia — postremo Lugd. Bat. 1715. fol. apud Jacobum Gronovium — Francof. — veterem edidit Scel. 15. Lugd. B. 1715. Steph. 2. Scel. 2. — Ctesiæ ex XXIII lib. de rebus Persicis et ex libro de rebus Indicis. fuit Xenophonti æqualis]

pag. 867.

Thucydides ex Alimusio populo, Atheniensis, ad Miltiadem genus suum retulit. Summo certe loco natus fuit, teste Cicer. Bruto C. XI., Olori, seu potius Oroli filius, Herodoto minor annis tredecim, ut ex Gellio Lib. XV. Cap. XXIII. Sexdecim annos natus Herodoti auditor fuit, cum ille in Olympijs recitaret Historias suas. Anno ætatis suæ 48 ab Atheniensibus exilio punitus, Scaptesulam Thraciæ Civitatem se contulit, et ibidem Historiam Belli Peloponnesium et Atheniensium, quod annis 27. duravit ab anno ante Ch. 431 ad 404, Libris VIII. conscripsit. Edit. Gr. Lat. Henrici Steph. 1588. fol. Æmilij Porti 1599. Francofurti fol. et Johannis Hudsoni 1696. Oxoniæ fol. Steph. I. Scel. 4 et Amstel. 1731. — Steph. II. Scel. X. Vixit igitur Thucydides, vita functus sexagenario major, ab anno U. C. 293. ad annum circiter 363. seu ab anno ante Æram vulgarem 471. usque ad — 401

Supposita Xenoph. est Libellus de Annio Viterbiensi qui inscribitur Æquivoca. Romæ 4. 1499.

Cætera Xenoph. Opuscula sunt. Commentariorum de dictis et factis Socratis Libri IV. Apologia Socratis ad Judices. Oeconomicus Liber. De Agesilai Lacedæm. Regis laudibus. De proventibus, argentifodinis ... Hipparchicus ... De re Equestri. De Venatione ... fragmenta

Tom. III. pag. 31

Scylax Caryandensis e Caryanda in Insula cognomine inter Myndum et Bargylium Cariæ Oppido, sub Dario Hystaspe, qui idem creditur, in sacris Literis, ac Assuerus Xerxis pater, floruit, et ab eodem missus ad Indum Fluvium, et oras maritimas lustrandas, ex quo itinere tricesimo mense est reversus, ut auctor est Herodotus Lib. IV. 44. condidit Periplum, quem eidem inscripsit Dario. Edit. Gr. Lat. Isaaci Vossij Amstelodami 1639. 4. Palmerij Lugduni Bat. 1648. 4. Gronovij Lugd. Bat. 1697. 4. et Hudsoni 1698. 8. Oxoniæ Tom. I. Darius Hystaspes imperare cœpit anno circiter 521 ante Æram vulgarem, desijt anno 485. Floruit igitur Scylax hoc tempore

Tom. II. pag. 70

Xenophon Grilli filius Erchieus ex tribu Ægeide Atheniensis natus est Olymp. 82. anno ab U. C. 302. ante Æram vulgarem 450. obijt Olymp. 105 anno ab U. C. 391. ante Æram vulgarem 360. Opera ejus quæ exstant. De Cyri majoris vita ac disciplina Lib. VIII. de quo operi Cicero Lib. I. Epist. I. ad Q. Fratrem Platonem III. de Legibus secutus: Cyrus ille a Xenophonte non ad Historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem justi imperij, &c. De Cyri minoris expeditione in Asiam adversus fratrem Artaxerxem Olymp. 94. 4. infeliciter suscepta Lib. VII. cui Xenophon ipse interfuit, præclari ducis partibus functus. De rebus Græcorum Lib. VII. qui Historia Græcorum dicitur, qui incipiunt ab anno XXI. Belli Peloponnesiaci in cujus Augusto mense ineunte Thucidides desinit, continuantque ad pugnam usque Mantinensem, qua victi ab Epaminonda sunt Spartani Ol. 104. 2. De Rep. Lacedæmoniorum De Rep. Athen. et varia alia Opuscula Philosophica Edit. Gr. Lat. Basil. 1568. fol. apud Hæredes Nicolai Brylingeri. Basil. 1569. apud Tho. Guarinum Henrici Stephani 1581. fol. veterem edidit Steph. I. Scel. 5. Francofurti 1594 apud Wechelium fol. Parisiensis 1625. fol. Steph. Oxoniensis 1703. 8. Vol. 5. apud Eduardum Wells

Tom. II.
pag. 752. patre Lycorta Achaeorum Praetore seu Stratego, de quo forte Livius Lib. XXXV. Cap. XXIX. ut suspicatur Dujatius. Vide quoque Livium. Lib. XXXIX. Cap. XXXV. de hoc Lycorta, et Cap. L.

Polybius natus Megalopoli in Arcadia Olymp. 143. 4. anno ab U. C. 546. ante Aeram vulgarem. 205. Obijt, cum e praedio suo urbem Megalopolim repeteret, equo delapsus, annos natus. 82. Olymp. 164. anno ab U. C. 627. ante Aeram vulgarem. 124. Annum agens ~~vigesimum~~ vigesimum quartum, Olymp. nempe 149. 4. Legatione ad Ptolemaeum Epiphanem functus est. Annum agens. 48. nempe Olymp. 153. 2. evocatus est Romam cum alijs Achaeis rerum novarum suspectis. Annum agens. 54. nempe Olymp. 158. 2 cum Scipione Africano juniore Carthaginis eversioni interfuit, eodemque anno expugnationi Corinthi praesens fuit. Anno insequenti Corinthum incensum a L. Mummio vidit: deinde Achajae Civitates obiens, res eorum Legesque constituit, ac Romanos inter ~~illos~~ reconciliavit illos, qui dicto suo audientes esse volebant. Quadraginta Historiarum Libros conscripsit, quorum duo primores veluti introductionis loco, strictim perstringuntur Reip. Rom. res a capta per Gallos Urbe, duce Brenno, Olymp. 98. ad primam traiectionem in Siciliam, atque inde paulo libertius usque ad initium Belli Punici II. seu ad annum U. C. 534. Reliqui. 38. res toto fere terrarum orbe per annos. 53. gestas complectitur, ab initio ~~[illegible]~~ ab anno. 1. Olymp. 140. U. C. 534. et Belli Punici. II. ubi desierant Timaeus, et Aratus Sicyonius, ad eversionem usque Regni Macedonici, seu Persaei Macedonum Regem a Romanis victum Olymp. 153. 1. seu anno U. C. 584. Quinque primores Libri tantum supersunt. Excerpta vero e Lib. VI. usque ad XVII. ad nos pariter pervenerunt. Excerpta Lib. XVIII. et XIX. etiam supersunt, sed inedita in Bibliothecae Caes. Vindobon. in Codic. Historico. 25. et 30.

Edit. Gr. Lat. Hagenoensis apud Secerium. 1530. fol. Basileensis apud Hervagium. 1549 fol. Parisiensis apud Drovartium Luculenta 1609. fol. Hanoviae typis Wechelianis. 1609. fol Amstelodamensis Jac. Gronovij. 1670. 8. Volum. 3.

Vixit Polybius ab anno ab U. C. 546. ante Aeram vulgarem. 205. ad annum usque U. C. 627. Ante Aeram vulgarem ——— 124

Recusus est Polybius Lipsiae. 1764. 8. Tom. III. constat 2664.

Olympiades irrigrae sunt: Quadriennia. Epocha Olympiadum est annorum. 408. post Trojae excidium atque anno. 23. ante ~~[illegible]~~ U. C. – juxta Petavium ante U. C. an. 28. incipitque ab eo anno, quo Coroebus Eleus stadio victor fuit. Joannes Conradus Rungius ad Petavium Tom. I. pag. 70. et 72. Rat. Temp. Quae Olympias ordine quidem est. 28., sed ab ea incipit Olympiadum Epocha. Examinandus tamen est Petavius Tom. II. Lib. IV. Cap. I. et. II.

Aera Christiana incipit Olympiadis. 194. anno 4. dimidiato. qui anno Annus primus Urbis Romae est annus primus Olymp. 7. pag. 764

Aeneas Tacticus vulgo dictus, forte esse potuit ille Aeneas Stymphalius Arcadum Imperator Xenophonti memoratus in. II. Ἑλληνικῶν, circa tempora pugnae ad Mantineam, hoc est anno 2. Olympiadis. 104. vivens. Haec ex Casaubono. Eiusdem extat Opus, quod inscribitur: Poliorceticus, sive de tolerandis obsidione. Vivebat igitur hic Aeneas anno U. C. 389. ante Aeram vulgarem. 362. Codices M. S. Vaticanus, et Biblioth. Regis Galliae. Edit. Gr. Lat. Isaaci Casauboni Parisijs. 1609. Polybio subiecto. ~~[illegible]~~ et Hanoviae anno eodem, et Amstelodami. 1670. 8.

Janus Lascaris ex Lib. VI. Excerptorum Polybij Cap. 17. usque 40. separatim Castrametationem Romanorum latine non infeliciter transtulit.

In Thomae Payne Catalogo Londinensi, pag. 17. extat Polybij Edit. Paris. 1609. cum Casaubono, sed sine pretio, diciturque exemplar elegans. et Liber rarissimus.
Et pag. 121. extat Polybij Tomus Tertius, Edit 1670. et estimatur Scel. 7.
In alio quodam Catal. Io: Whiston et Ben. White pag. 89. extat Tom. 3. dictae Edit. 1670. estimatur Scel. 6.

Tom. III. pag. 35.

Scymnus Chius sub Nicomede Bithyniæ Rege floruit circa annū ab U. C. 661. ante Æram vulgarem. 90. seu Olymp. 172. an. 3. Scripsit Periegesim, sive Narrationem Orbis Iambico Carmine; quam falso sub Marciani Heracleotæ nomine publicavit Hœschelius August. Vindel. anno. 1600. 8. una cum Scylace et aliis. Quod animadverterunt clarissimi viri Isaacus Vossius, Lucas Holstenius, Dodwellus, et Hudsonus. Edit. Gr. Lat. Isaaci Vossii. Amstel. 1639. 4. Gronovii. 1697. 4. Hudsoni. Oxoniæ. 1703. Tom. II. 8. Pertinet igitur Scriptor hic ad annū U. C. 661. ante Ærā vulgarem —— 90.

Eratosthenis maxime vestigiis insistere se profitetur vers. 112. Eratosthenes vero Libros saltem. III. ὑπομνημάτων γεωγραφικῶν, seu Monumentorum Geographicorum scripsit, quos citat Strabo claruitque Olymp. 126. anno circiter 474. ab U. C. ante Ærā vulgarē. 277.

pag. 33. 34. et. 406.

Artemidorus Ephesius Olymp. 169. claruit, cujus Opus Geographicum in Epitomen redegit Marcianus Heracleota; extant praeterea ejusdem ac Menippi fragmenta in Editione Ioannis Hudsoni 1698. Tom. I. vivebat ergo circa annum ab U. C. 651, ante Æram vulgarem —— 100.

pag. 37.

Menippus Pergamenus scripsit tribus Libris Periplum Maris Interni, cujus extant Fragmenta. Ante Augustū floruit, non sub Commodo, ut conjiciebat Dodwellus

pag. 35.

Dicearchus Messenius ex Messenia, hodie Mosenigo in Peloponneso, cujus extat Βίος Ἑλλάδος, idest Vita aut Status Græciæ, et Montis Pelii descriptio. In Geographis minoribus vulgatus in supradicta Editione. Tom. II. 1703. 8.

— Dicearchi meminit Strabo Lib. I. pag. 1. tanquam Polybio, Eratostene, ac Posidonio vetustioris.

Tom. II. pag. 769.

Diodorus ex Argyrio Siciliæ Opido, hodie S. Filippo d'Argirone genus se duxisse ipse testatur. Quadraginta Libris, quos Bibliothecā inscripsit, Historiam complexus est ab ultimis inde ætatibus usque ad Olymp. 180. seu ad annum U. C. 692. quo Cæsar Galliās sortitus est. Præcipue diligentem rationem habet notationis temporū, si res Romanas excipias, ubi non semper accuratissime temporū calculum ponit, et nomina. Extant primores Libri. V. atq. XI.mus usque ad. XX. Postremi Libri. XX. ab Olymp. 119. ante Æram 301. usque ad. 180. periere.

Primi IIII. Libri Theologiam resque antiquissimas et magnam partem ante Trojanas, Ægyptiorum Babyloniorum, Chaldæorum, Indorum, Scytharum, Arabum, Æthiopum, Libycorum, Græcorumque prosequuntur, et in his fabulosa quidem non pauca, sed inter gentes illas pro veris gestis, atque originibus iactata et credita. Libro V. Insularum celebriorum origines, et præcipuas antiquitates complectitur. Liber XI. incipit a Xerxis in Græciam irruptione Olymp. 75. 1. ubi Annalium more Historia persequitur notatis ad singulos annos Archontis Athen. Coss. Rom. quamvis minus hic accurate, et ad Olympiades Olympionicis, laudatissimaque hac industria Historiam rerum toto orbe gestarum continuat usque ad Librum XX. seu ad Olymp. 119. idest ad annum U.C. 450. ante Æram Vulg. 301. Supersunt ex postremis Libris XX. eclogæ nonnullæ ex Photio Cod. CCXLIV. 244. ac fragmenta ab H. Stephano, F. Ursino, et H. Valesio vulgata, et ex Lib. VII. fragmentum de origine Urbis Romæ servavit Syncellus, sive Georgius Monachus Tarasii Patriarchæ Constantinopolitani, qui anno 806. defunctus est, Syncellus, videlicet quasi Cancellarius et Domesticus, qui Chronicon scripsit rerum ab Orbe condito usque ad annum primum Diocletiani, Æræ vulg. 285. Vide Fab. Bibl. Tom. VI. pag. 150. p. 194. Historiam suam Diodorus scripsit post mortem Julii Cæsaris, ut ipsemet innuit Lib. IV. et V. Edit. unica Gr. Lat. Hanoviæ 1604. fol. typis Wechelianis. Vixit Diodorus sub Julio Cæsare, teste Eusebio in Chronico ad annum 1967. et sub Augusto, teste Suida. Certe annum ab U.C. 746.# supervixisse videtur. Hoc quippe anno Augustus, animadvertente Josepho Scaligero ad Eusebium p. 156. probante itidem Vossio Lib. II. Cap. II. de Historicis Græcis, Calendarium a Julio Cæsare institutum, et a Pontificibus postea depravatum, emendavit, et Bisexti non ut ante, post triennium, sed post quadriennium intercalandi rationem restituit. Diodorus vero Olympiadem, quæ quadriennio constat, Romanorum Bisexto comparat his verbis: ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς πληροῦται κατὰ τέτταρας χρόνους, ἔστι δὲ ὅπερ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι Βίσεξτον. Vivebat ergo Diodorus adhuc anno prædicto U.C. 746. sive Calendarii ab Augusto emendationis seu anno ante Æram vulgarem ——— 5.

\# Petrus Josephus Cantelius S.I. Libro De Romana Rep. edit. Ven. 1741. pag. 345. docet Augustum non anno 746. sed 738. Calendarium emendasse

Annum correxerat Cæsar anno U.C. 708. Pontificum studio ac libidini depravatum, qui annus ex eo Anno Confusionis appellatus est; habuit enim dies 445. Mercedonio scilicet mense dierum 23. post Februarium more veterum intercalato. Atque ex reliquis diebus 67. duo menses inde Novembrem inter et Decembrem pariter intercalati, sed nullo insigniti nomine. Tunc annus constitutus dierum 365. et horarum præcise 6. quæ eo quadriennio diem integrum conficerent, quinto quoque anno dies unus Februario mensi additus post diem 23. qui dies, et dies illi subsequens ambo dies sexti ante Calendas dicti sunt, ne dierum ordo ante Calendas Martias turbaretur. Hinc annus iste Bissextilis di...

Expectantur Cantabrigiæ Josephi Wassei studio, et Parisiis Terrasoni opera novæ Diodori Editiones

Prodiere Italice Catanæ 1639. fol. in Petri Carreræ Historia Catanæ Tom. I. pag. 437. Epistolæ 55. sub Diodori Siculi nomine, et Italico-Latine Lugd. Batavor. 1723. fol. Tom. VI. Thesauri Scriptorum Siciliæ. Quas recudit Latine Fabritius Tom. XIV. pag. 229. hujus Bibliothecæ, sed pro recenti otiosi ingenii commento habentur a viris doctis

Editio Diodori Wecheliana 1604 venire solet Sterl. 2. Scel. 20, aliàs etiam in Catalogis Londinensibus æstimari solet Sterl. 1. Scel. 1. et Sterl. 1. Scel. 10.

Prodiit nuper Diodorus Amstel. 1746. fol. Tom. II. curis Wesselingii, et æstimari solet Sterl. 4. Scel. 4.

Tom. II. pag. 779.

Dionysius Alexandri filius ex Halicarnasso urbe in Caria, vir doctissimus et criticus, ac Rhetor sua ætate præstantissimus, post finem bellis civilibus impositum ab Augusto circa mediam Olymp. 187. anno U.C. 724. ante Æram vulgarem. 30., Italiam venit. atque ab eo tempore per annos. 22. Romæ versatus, Olymp. 193. 1. anno U.C. 746. ante Ær. vulg. 7. ad Varronis calculum, stylo facili, perspicuo, maximeque eleganti Antiquitatum, seu Originum Romanarum Libros. XX. conscripsit ab U.C. usque ad Olymp. 128: 3 U.C. 493. sive ad initia Belli Punici primi, a quo incipit Polybius. E Libris. XX. Dionysii Originum, seu Antiquitatum non plures extant quam priores. XI. desinentes in anno U.C. 312. et Fragmenta quædam de Legationibus, quæ ex posterioribus Libris græce Fulvius Ursinus vulgavit, tum nonnulla, quæ e Lib. XII. in excerptis Peiresciani græce et latine edidit Henricus Valesius. Edit. Gr. et Lat. Francofurti. 1586. fol. curante Friderico Sylburgio, typis Wechelianis. Recusa Lipsiæ. 1691. minus emendate, nec verbulo adiecto, &c. fol. Oxoniæ tandem. 1704. fol. (aut. 1707) Tom. II. cura Joannis Hudsoni, Editio optima. (constat Sterl. 13. Scel. 10.) Extat præterea ejusdem Dionysii Liber De Structura Orationis: alter. XII. Capitibus constans, inscriptus Ars Rhetorica ad Echecratem. Alter, qui inscribitur: Τῶν παλαιῶν χαρακτῆρες. Alter De Oratoribus Atticis. Ad Ammæum Epistolæ duæ. Liber De Thucidide ad Q. Ælium Tuberonem; et Epistola Ad Cn. Pompejum. Hæc omnia ab eo composita ante Antiquitates dubitari nequit; junior enim atque ætate ferventior acerbam nimis Criticam exercet. Scripsit igitur Dionysius Antiquitates suas post supradicta Opuscula anno ab U.C. 746 ante Æram vulgarem ——— 7. nec constat quamdiu postea Dionysius vixerit. Certe anno U.C. 770. Æræ vulgaris 19. vitam cum morte jam commutasse credendus est. Strabo enim hoc anno Geographica scribens Dionysium citat Lib. XIV. pag. 624. his verbis:

Edit. Francof. 1586. Sylburgij, omnium Dionysij Operum, æstimari solet Scel. 18.

Liber de structura Orationis prodiit Londini. 1702. 8. Scel. 2.

Vide infra pag. 26. n°. ejusdem Dionysij Synopsin ex Photio, quæ deperdita est.

ὁ καθ' ἡμᾶς Διονύσιος συγγραφεύς: et ætate nostra Dionysius Historicus

Strabo paterno genere ex ~~Amasia~~ Amasia, seu Amasea fuit, ut ipsemet testatur, Lib. XII pag. 525. 537. Cappadociæ seu Ponti Urbe, materno vero ex Cnosso Cretæ Civitate, ut patet ex Lib. X. pag. 459. Ægyptum, Asiam, Græciam, Italiam, Sardiniam, cæterasque Insulas perlustravit, ut ipsemet testatur: Germaniam non adijt; atque adeo perturbatione ac parum bona fide has regiones ab eodem descriptas queritur Phil. Cluver. III. i. Ger: Ant. Sed fortasse neque Gallias ipse vidit, in ijs enim describendis Cæsarem saepius sequutus est, teste eodem Cluverio Lib. II. Cap. X. et XIV. Germ. Ant. Cæterum vero ~~laten~~ Latini potest quidem veteris Historiæ, ac Geographiæ thesaurus, singulari judicio ac delectu compositus. Lib. XVII. de Geographia conscripsit, qui omnes supersunt, excepto VII. qui extrema parte mutilus est, Germaniæ, Getas, Illyrios, Tauricam Chersonesum, et Epirum complectentes; qui suppleri potest ex illius Epitome seu Excerptis, seu verius Collectaneis, Χρηστομάθεια enim est hujus Operis titulus, auctore Anonymo inter annum Æræ vulg. 976. et 996. Sub Augusto et Tiberio floruit, scribebatque Geographica sua, provecta ætate, ac sexagenario major ~~Julio~~ Junio Silano, et L. Norbano Balbo Consulibus anno ab U.C. 770. Varroniano vero, 3. Tiberij, Æræ Vulg. 19. Obijt, si fides Belio habenda est in Dict., anno U.C. 776. Æræ Vulg. 23. Tiberij 12. Coss. M. Agrippa, et Coss. Cornel. Lentulo; sed Morerius Doctor Sorbonicus, a quo Belius rem mutuasse credibile est, sine ullo veteris Scriptoris testimonio id affirmat. Vixisse igitur dicendus est Strabo annos ad minus 70. ~~si e vivis decessisse eo putamus~~ natus circa annum U.C. 706., si e vivis eum decessisse putamus anno Æræ Vulg. — 23. At si anno 723. Strabo, ut supra notatum est, Asiam Cycladasque perlustrabat, ut vel Geographicæ operam daret, ante annum 706. profecto nasci debuit. Strabonis Edit. Gr. Lat. cum translatione Guarini Veronensis, Gregorij Tiphernatis, et Jacobi Antonij Marcelli, Græci recogniti per Marcum ~~Hopperum~~ Hopperum prodijt Basileæ 1549. apud Henricum Petri. fol. Alia Genevæ 1587. fol. cum Xylandri versione et Isaaci Casauboni. Alia Parisijs 1620. fol. luculentior et melior cum ejusdem Xylandri versione. Quarta demum Amstelodami 1707. ~~1707~~ fol. duob. Volum. apud Jo: Wolters curante Theodoro Jansonio ab Almeloveen omnium locupletissima. Strabonis Epitome Gr. Lat. prodijt Oxoniæ 8. 1703. Tom. II. Geog. Vet. Sriptor. Minorum, curante ~~Johanne~~ Hudsono. Ac demum Amstelodami 1707. fol. Strabonis sua subjecit prædictus Almeloveenius.

Videtur Strabo scripsisse et Historiam, ut videre est Lib. XI. pag. 495. quæ tamen non extat, ubi allegatur Liber VI. Historiarum Strabonis, post Polybio vero Secundus.

Vide Strabonis diligentiam Lib. XI. pag. 498. in dimetienda Nili navigatione. et Lib. XVII. p. [illegible] Vide quoque Lib. XII. pag. 514. Strabonis peregrinationes. Strabo se vidisse P. Servilium Isauricum vers. testatur Lib. XII. pag. 544. Servilius vero diem suum obijt anno U.C. 709. admodum senex

Strabo diu multoque tempore Alexandriam incoluit ut ipsemet testatur Lib. II. pag. 94. ~~[illegible]~~

Strabo Ælij Galli, qui Ægypti Præfectus fuit, amicus fuit, ut in narranda ejusdem Galli ~~[illegible]~~ expeditione in Arabiam felicem, quæ contigit anno U.C. Varroniano 730. ~~ut~~ ipsemet testatur Lib. II. pag. 118. et Lib. XVI. pag. 739. Vide Fabritij Notas in Dionem, Lib. LIII. Cap. 29. de hac expeditione, peracta, Augusto X. et C. Norbano Coss. Cum eodem Ælio Gallo Strabo in Ægypto ad Thebas peregrinabatur Lib. XVII. p. 773.

Ad Cycladas Insulas stabat in ancoris Strabo, cum Augustus esset Corinthi ad Actiacum tendens triumphum, ut ipsemet testatur Lib. X. pag. 466. Hic vero annus 723. erat ab U.C. Vide Dionem Lib. LI. Cap. V.

Strabo Tyrrheni maris littora perlustravit, ut ipsemet testatur Lib. V. pag. 215.

sive Librum ejus IV. ut videre est pag. 198

Vide Lib. II pag. 109. præcipuas Strabonis peregrinationes, ab Armenia in occasum, usque ad Sardiniam ad mare Tyrrhenum, et in meridiem ab Euxino usque ad Æthiopiæ terminos.

Hoc anno 12. atque his Consulibus Tiberius Cyzicenis libertatem ademit, teste Dione, Lib. LVII. Cap. 24. Strabo Lib. XII. pag. 551. ita de Cyzico: Ῥωμαῖοι δ' ἐτίμησαν τὴν πόλιν, καὶ ἔστιν ἐλευθέρα μέχρι νῦν. Romani Civitatem honore prosecuti sunt, et adhuc libera est. Ergo ante annum Tiberij 12. scribebat Strabo Librum hunc XII. Vide Tacitum Annal. Lib. IV. Cap. 36. et quæ ad Taciti locum notat Lipsius, pag. 86.

Agatharchides Opus Libris V. constitit. Ex Libro II. et V. necnon ex mirabilium Epitome Excerpta dat Photius; cætera periere.

Edit. Strab. Basil. 1549. æstimari solet Scel. 4. Amstelodamensis vero 1707. Tom. II. Sterl. 2. Scel. 15. alias vero Sterl. 1. Scel. 8.

Dionysius cognomento Periegetes ex ejus Periegesi, seu Opere de situ Orbis, quæ et Enarratio Orbis appellari potest, quam eleganti poemate Heroico concinnavit, ita dictus, patria Characenus; patria enim ejus fuit Charax, quam prius Alexandriam non quidem illam Ægyptiam, sed Susianam ad sinum Arabicum dictam fuisse constat. Hinc Alexandrinus a plerisque, ab Eustathio vero Afer, e cognomine fortasse Urbis Ægyptiacæ decepto appellatus est. Sed eum fuisse Characenum, seu ex Charace Oppido Persici sinus abunde probat Plinius Hist. Lib. VI. Cap. 27. Eum vixisse Augusti temporibus, probare videtur ipsemet in vers. 1051. loquens de Parthis, si Eustathio credimus. At Salmasius ad Veri, Marci Antonini fratris tempora eum deferre conatur. Fabritius tamen Eustathio potius subscribit, Pliniique auctoritate eundem notat ad commentanda omnia in orientem præmissum ab Augusto. Dionysium nostrum vertit Rufus Festus Avienus; deinde Priscianus, qui tamen e Solino nonnulla hinc inde intertexuit. Dionysii Edit. Gr. Lat. cum commentariis Eustathii prodiit Parisiis. 1557. 4. apud Henr. Steph. Deinde Londini. 1688. 8. Postremo Oxoniæ. 1698. 8. editio præclara, curante Eduardo Thwaites et Tom. IV ## Geograph. minorum Oxon. 1712. 8

pag. 34. 35.

Isidorus Characenus, cujus extat opus cujus titulus est: Mansiones Parthicæ, scripsit post annum Æræ vulgaris 36. et ante Vespasiani Imperium. Edit Gr. Lat. Tom. II. Geograph. minorum Oxoniæ ~~[illegible]~~. 1703. 8 Heraclidis Lembi anagnostes et amanuensis, atque

pag. 34 Cnidius, Rhetor et Grammaticus

Agatharchides, ~~incerto ætatis Auctor~~ Cnidius, v. et Agatharchus, Ptolemæi Philometoris tempore et longe deinceps vixit, qui Ptolemæus regnare cæpit anno U. C. 573 — 181. cujus extat Opusculum de Mari Rubro e Photii Codice CCXIII. et CCL. de hoc vide Fabrit. quo ... Arabicæ et variis circa illum ... mirabilibus. Tom. II. Lib. III. Cap. 8. pag. 207. 208. et Tom. IX. p. 449. Edit. Gr. Lat. Tom. I. Geograph. minorum Oxoniæ. 1698. 8.

Hannon, Carthaginiensis, seu Græcus quidam Carthaginiensium studiosus, qui finxit quæ ignorabat, ac fabulis veram curam inseruit. Cellar. Geog. T. II. pag. 940. cujus extat Periplus. Edit Gr. Lat. eodem Tomo.

Nearchus Cretensis, cujus extat Paraplus, a ... ex Arriani Indicis Edit. Gr. L. eodem Tomo.

Eusth

Eustathius Tessalonicensis Archiepiscopus clarus circa annum 1180. scripsit Commentaria in Homerum, et in Dionysii hujus Periegesin, de quo vide Tom. VIII. pag. 191. Vide plura infra Tom. X. pag. 289.

De Avieni et Prisciani Metaphrasi Vide in Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 93. in Avieno, et pag. 625. 626. in supplemento Lacunæ Eusthatii

\# Tom. I. pag. 34.

Dictys Cretensis, seu Pseudo-Dictys, notante Perizonio, antiquior esse probatur Darete Phrygio, seu Pseudo-Darete, scripsitque opusculum, seu Lib. VI. de Bello Trojano, qui forte fuit Eupraxis quidam in Neronis Imperatoris gratiam eundem Libellum confingens. Græce non extat. quæ tamen conscriptum ab eodem Eupraxide fuisse non est inverisimile: consilium fuit huic Scriptori, omissis et resecatis iis, quæ de Deorum pugnis fabulose vulgabantur, aliisque, quæ fidem minuebant huic antiquissimæ Historiæ eam usque ad Græcorum Ducum velitam scribere, quod, quisquis ille fuit, magna eruditione, ingenio ac judicio præstitit, ut probe animadvertit ejusdem Operis Censura Jacobi Perizonii in Edit. Amstelodami. 1630. apud Gulielmum Blaeuw. Pertinet igitur Scriptor hic initio Seculi primi ad obitum usque Neronis circiter, seu ad annum Æræ vulgaris — 68.

pag. 34. et. 275

nescio an conjecturis potius quam argumentis Ptolemæorum, non Alexandri temporibus pertinere suspicatur Dodwellus. Eius meminit Philostratus in Vita Apoll. Lib. III. Cap. 15.

Tom. III. pag. 1703. #

Dio Pasicratis filius cognomento Chrysostomus ob eloquentiam, e Prusa Bithyniæ urbe patria sua Prusæus dictus, et a Patrono suo Cocejo Nerva Coccejanus Neronis temporibus ac Vespasiani floruit atque supra annum Æræ vulg. 103. vixit, quo a Dacia a Trajano Romam est ductus teste Philostrato in Sophistis pag. 493. Extant ejus Orationes. 80. quarum pleræque sunt Dissertationes, sive Tractationes breves, argumenti Moralis, Politici, ac Philosophici, tum Philologici quoque sive mixti, non Orationes, sive Declamationes. Edit. Græc. Lat. Parisiis. 1604. fol. æstimari solet Sterl. 1. Scel. 14. ibidem recusæ anno. 1624. fol. Nero imperare cæpit anno Æræ Vulg. 54. desiit anno. 68. Dio Chrysost. igitur inde vixit ultra annum ejusdem Æræ ——— 103

pag. 1329.

Plutarchus e Cheronea Bœotiæ, Philosophus, a Neronis temporibus ad Hadrianum usque claruit, sub quo jam senex constitutus est procurator Græciæ: Consularibus antea ornamentis auctus a Trajano, et Illyrio præpositus, quem etiam in adventu ejus institutore sunt qui referunt. Natus est circa decimum Claudij Imperatoris annum Æræ vulgaris. 50. obijtque quarto vel quinto anno Hadriani Imperat. circa annum Æræ vulgaris 120. Opus ejusdem pulcherrimum sunt Vitæ, quas vocant, Parallelæ, aliæque extra Parallelas; præter quas extant ejusdem Opuscula Moralia bene multa. Edit. Græc. Lat. Francofurti apud Wechelij Heredes. 1599. fol. duobus voluminibus. Alia Francofurti, ex Officina Aubriorum, et Clementis Schleichij. 1620. fol. in qua accessit Liber de Fluminibus cum versione et notis Maussaci, et ejus judicio de Plutarchi scriptis, ac Lampriæ Libellus de Scriptis Plutarchi. Tertia Parisiis. 1620. fol. Typis Regiis apud Societatem Græcarum Editionum. Vixit igitur Plutarchus ab anno circiter Æræ vulgaris. 50. usque ad ——— 120

Editio Francof. 1599. in catal. Lond. Sterl. 1 Scel. 1

Editio Francof. 1620. in Catalogis Londinensibus æstimatur Sterl. 1. Scel. 4

pag. 228.

Flavius Josephus, accepto nomine a Flavio Vespasiano Patrono suo ac manumissore, a quo etiam Civitate Romana donatus est, gente Judæus, filius Mathatiæ, seu potius Matthiæ, e genere Sacerdotali et Regio Amongorum natus est Hierosolymis anno primo Caij Caligulæ, Æræ vulg. 37. decessit vero circa annum. 93. a Domitiano forte post Epaphroditi Patroni sui necem interfectus. Scripsit Hebraice primum, postea Græce Libros. VII. De Bello Judaico, et eversa Hierosolyma, summa fide, cui ipsemet interfuit: quos Latine vertit Rufinus Aquilejensis. Scripsit porro Antiquitatum Judaicarum Libros. XX. quibus clausulæ loco Vitam suam subjunxit, Historiam contexens ab Origine Mundi usque ad XII. Neronis annum. In his negligentiæ, ac libertatis nix ferendæ insimulatur Josephus a plurimis; nihilominus plura annotavit scitu dignissima, cordatusque nemo, ubi Historia Biblica desinit, propter quale eruditionem, judiciumque non libentius ei plus quam multorum Rabbinorum testimoniis tribuat. Scripsit demum Sermonem lepidissimum De Imperio rationis in laudem Septem Maccabæorum. Hæc omnia extant præter Bellum Judaicum Hebraice scriptum. Editiones Græc. Lat. Genevæ. 1611. fol. alia Genevæ. 1635. fol. deterior, quod chartam, literas, et emendationem spectat, adeoque vocato omnium ingeniatissima. Tertia Lipsiæ. 1691. fol. Coloniæ nomen falso præ se ferens, castigatior, copiosiorque. Quarta demum Oxoniæ 1700. fol. nitida, castigatissima, eruditissimisque Notis, sed, quod dolet referri, mutila, et infelicibus causis in medio cursu intercepta. Vide Tom. IX. pag. 489. Hanc Hudsoni Editionem integram tandem prodijsse. Prodijt autem anno. 1720. Tom. II. ac venire solet Sterl. 1. Scel. 11½ ac etiam Sterl. 1 Scel. 1.

Prodijt postremo Amstel. 1726. Tom. II. fol. ac æstimari solet Sterl. 2. Scel. 8

pag. 390. T. III.

Appianus Alexandrinus sub Trajano floruit, ut indicat ipsemet Lib. II. de Bellis Civil. pag. mihi. 262. et sub Hadriano ut Lib. de Bello Syriaco pag. 80. et Lib. II. de Bel. Civil. pag. 260. necnon Lib. de Bellis Hisp. pag. 464. Historiam suam demum edidisse videtur sub Antonino Pio, qui anno U. C. 890. Ære Vul. 138. Hadriano successit.#. Appianus, Palmerio judice, male hellenizat, pessimusque est in rebus Hispanicis Geographus. Scripsit, teste Photio Cod. 57. Historiæ Romanæ Lib. XXIV. I.um De originibus Romanorum ab Ænea usque, et de septem Regibus. 2. De iis, quæ gesta sunt in Italia extra sinum Ionicum. 3. De Bello Samnitico per. 80 annos gesto. 4. De Bello cum Gallis. 5. De Bellis Siciliensibus et per Insulas gestis. 6. De Bellis Hispaniensibus. VII. de Bello cum Hannibale. VIII. De Bellis Africanis, Punicis, et Nomadicis. IX. De Bello Macedonico. X. De Bellis per Græciam, atque Ioniam. XI. De Bellis cum Regibus Syriæ, et Parthorum. XII. De Bello Mithridatico. XIII. usque ad XXI. De Bellis Civilibus Marij et Syllæ, Cæsaris et Pompeij, Antonijque et Augusti. Libri novem in quorum postremo egit etiam de Ægypto redacta in Provinciam. XXII. De primis 100. annis sub Cæsarum Imperio. XXIII. De Bellis Illyricis. XXIV. De Bello Arabico. Supersunt Libri. I. argumentum apud Photium Cod. LVI, Libri IV. sive Celticorum Epitome, Liber Sextus et VII. sive Iberica et Hannibalica. Lib. VIII. sive Libyca. Lib. XI. in duas partes distinctus sive Syriaca, et Parthica. Liber XIII. usque ad XVII. seu de Bellis Civil. a Gracchi Lege Agraria usque ad cæsum per M. Antonij Legatos Sextum Pompejum, et Liber XXIII. sive Illyrica. Cætera periere. Ex primoribus Libris IX. extant præterea Fragmenta XXVII. in Excerptis de Legat. Fulvij Ursini, atque alia ex iisdem Libris Fragm.ta in Excerptis Peirescianis. Illyricorum integrum textum edidit primus David Hoeschelius August. Vindel. 1599. 4. qui mutilus habetur in antiquioribus Edit. Hannibalica primus edidit Henr. Steph. 1592., quæ in prioribus itidem desiderantur. Sigismundus Gelenius plerumque vertit accuratius quam Petrus Candidus December. Editiones Gr. Lat. Henr. Steph. Genev. 1592. fol. et Alexandri Tollij. Amstelod. 1670. Vol. 2. 8.

Vixit Appianus a Trajani ætate usque ad annum circiter. 900. U. C. Æræ Vulg. ——— 148

Vivebat post Hadriani obitum, ut Lib. I. de bello Civ. pag. 187-88.

testatur enim Appianus in Præfatione tempore quo scripsit, Imperatoribus per ducentos annos nondum locum fuisse, Urbem vero Romam per nongentos stetisse, qui annus est 148. Æræ Vulg. Antonini Pij XI.

Edit. 1592. H. Steph. constat Scel. 15.
Edit. Tollij. 1670. Amst. Scel. 12 si minus nitidus sit, ac maculatus Scel. 7. alius etiam nitidus in uno volum. in membrana Scel. 9.

pag. 703.

Æliani diversus, aliusque ab Histori-
arum Scriptore Claudio Æliano, et integro
prope seculo antiquior, perperam in Edit.
Scriverij et Arcerij Claudius cognominatus,
scripsit Opusculum περὶ στρατηγικῶν τάξεων
Ἑλληνικῶν, seu De instruendis copijs more
Græcorum. Floruit sub Trajano, et Hadriano,
ut ex ejus Præfatione videre est, inscripsitque
idem Opusculum Hadriano; quod primus
edidit Franciscus Robortellus Venetijs. 1552.
4. perquam eleganti editione, adjecta ejusdem
Robortelli, et Theodori Gazæ Thessalonicensis versione, quæ
Gazæ versio sæpius postea recusa est cum
Vegetio, Frontino, et alijs Scriptoribus rei Militaris
Lugd. Batav. 1592. 8. et 1607. 8. 1632. et
1644. 12. et Vesaliæ Cliviorum. 1670. 8.
Itē Græce et Lat. Lugd. Batav. 1613. 4. quæ editio continet etiam Leonis Imp. Tactica, et æstimari solet Scel. 4.
Pertinet igitur Scriptor hic anno circiter
Æræ vulgaris 98. usque ad annum —— 138.

pag. 411.

Claudius Ptolemæus Ægyptius Pelusiensis
vixit sub Hadriano quin etiam fortasse
nasci potuit sub Trajano. Libro enim VII.
Almagesti, seu Magnæ Syntaxeos, testatur
se observationes Astronomicas instituisse
Alexandriæ secundo anno Antonini Pij
Imper. qui respondet anno Æræ vulg. 139.
in cui proximum 140. incidit etiam observatio
Æquinoctij Verni, de qua Lib. III. Si igitur Ptole-
mæi nativitas contigisset anno 117. ciusd. Æræ, qui
est primus Hadriani, observationes suas Astronomicas
idem instituisset annum agens 22. quod sane
mirum videri possit, cum Scientiæ istæ abstrusior.
provectiori ætati congruere ~~[illegible]~~ potius videatur.
Ptolemæus porro Antonino Pio superstes fuit,
notat enim in Canone suo eundem Antoninum
regnasse annos XXIII. Auctor Olympiodorus
in Phædonem Platonis testatur Ptolemæum hunc
in Canobi Pteris, seu Alis, quod est unus ex
septem hostijs Nili, ad quod sita est Alexandria,
per XL. annos habitasse, et inventas a se
Astronomicas conclusiones et demonstrationes,
columnis illic positis, curasse insculpendas.
Quod si ita est, Ptolemæus attigit annum Æræ
vulgaris 178. qui est non ultimus Marci Au-
relij ~~vita functi~~ Dici non potest quantum
ei omnes fere Mathematicæ disciplinæ debeant
ut patet ex ejus scriptis. Scripsit autem

Magnę Syntaxeos seu Almagesti Lib. XIII. complexa Demonstrationes de motibus siderum, et universę Sphęrę Cęlestis ratione: Libros IV. de Apotelesmatibus et judicijs Astrorum. Librum inscriptum Καρπὸς, seu Fructus laborũ suorũ comprehendentem centum Aphorismos Astrologicos: Canonem seu Recensionem Chronologicam Regum: Librum de Apparentijs et significationibus inerrantium Stellarum: Librum de Hypothesibus Planetarum: Librum inscriptũ Planisphęrium: Libros III. Elementorum Harmonicorum; et Libellum De judicandi facultate, et animi principatu; quę Opera omnia extant. Scripsit insuper Geographię Libros VIII. quod Opus promittit Lib. II. Magnę Syntaxeos Cap. ultimo. quod itidem extat. At minus feliciter Ptolemęo processit res Geographica: observatum enim est recentioribus Geographis, Isaaco Vossio, et Iobo Ludolfo, et Charellio Astron. et Mathem. societatis Regię Paris. gradus longitudinis et latitudinis in Ptolemęo ut plurimum fallere. Chrystophoro Cellario in Pręfat. Orb. Ant. suspectus est Ptolemęus ipsius industrię nomine, in hęc verba: Mirari enim subit, unde Ęgyptius disjunctissimarum verũ tam certam, ut prodit, notitiam acquisierit. Neque enim in remotissimis, quo vix dum homines adierant, copiosus est nec dubius, ut in propinquis et cognitissimis. Non minus de eo conqueritur Paulus Merula Pręfat. in Geographiam, causatus plurima magno Auctori scripta esse ab auditu, et ex incerta aliorũ fide, multa item, quę alijs nominatissima, negligenter omissa, multa sequiorẽ nacta esse stationem, et extra verum locata situ, multa dubiam adepta nomenclaturam, infinita non suis tributa populis vel regionibus, plurima denique cum ab alijs tum a seipso dissentientia. Ptolemęi insuper errores alios notarunt Ortelius, Gerardus Mercator, Philippus Cluverius, Marcus Velserus. Item Salmasius ad Solinum. In Scotię tamen descriptione satis accuratũ esse, nisi quod Loca quędam magis sita sint versus Septentrionem, notavit Guillelmus Nicolsonus in Bibliotheca Scotica. Edit. Gręc. Lat. Amstelodami. 1605. cum Notis Gerardi Mercatoris; atque alia ibidem, 1618. cum eisdem Notis, et castigatione Petri Bertij, et Tabul. Geograph. elegantibus, forma majore in fol. Vixit Ptolemęus ab anno circiter 117. Ęrę vulg. ad annum usque — — — 178.

Agathodęmon Alexandrinus geographicas Ptolemęi rationes in Tabulas digessit, sed, presse secutus auctorem suum, tantum habet fidei, quantum ipse, de quo supra dixi Ptolemęus. Cellarius in Pręfat. Orbis Antiq.

Pausanias Cæsareensis Cappadox, Herodis Attici auditor fuit. Declamator promptus et ingeniosus, de quo vide Philostr. in Sophist. Lib. II. pag. 590. Sub Hadriano vivebat, ut ipse de se testatur Lib. I. Porro Anno Æræ vulgaris. 174. Marci Aurelij 14. scribebat Lib. V. seu Eliaca priora; affirmat enim se hæc scribere anno. 217 post Corinthum Coloniam deductam, quam Julius Cæsar deduxerat anno vitæ postremo seu U. C. 710. quibus si addas. 217. erunt anni Urbis. 927. Christi. 174. M. Aur. 12. quo tempore provectæ jam ætate fuisse credibile est. Obijt Romæ admodum senex teste Philostrato, ut circa finem II. Sæculi eum decessisse non sit improbabile. atque adeo non tantum Hadriani, Antonini Pij et M. Aurelij imperium, sed etiam Commodi attigisse. Vel e contra Trajani tempora attigisse dicendus erit, si ad senectutem ultimam pervenisse cum Philostrato vicinorum temporum Scriptore dicendum est. Extat ejusdem Ἑλλάδος περιήγησις, seu Græciæ Descriptio. Complectitur hoc Opus Libros. X. videlicet Libro. I. Attica, in quibus sunt Sermones Attici, Salaminij, Megarici, et appendicis loco, Oropici. II. Corinthiaca in quibus sermo Corinthiacus, Sicyonius, Phliasius, Argolicus, Epidaurius, Æginensis, et Troizenius. III. Laconica, quæ Σπαρτιατικοὺς λόγους Auctor ipse appellat. IV. Messenica, quibus appendicis loco subjiciuntur Sermo Asinæus, Mothonicus, et Pylicus. V. et VI. Eliaca priora et posteriora, in quibus multa de ludis Olympicis, et in posterioribus sermo Letrinæus. VII. Achaica, in quibus sermo Achaicus, Limæus, Patreus, Pharæus, Argyræus, Ægiræus. VIII. Arcadica, in quibus sermo Arcadicus, Megalopoliticus, Methydriensis, Phigalensis, et Tegeaticus. IX. Bœotica, in quibus sermo Plataicus, Thebaicus, Orchomenius, Chæronæus, X. Phocica. His Pausanias summo studio persequitur res Græciæ omnes memoria dignas, Scriptor sane elegantissimus, quemque omnis Historiæ et Antiquitatis Græcæ studiosi carum habent. Edit. Græc. Lat. Francofurti 1583. fol. Typis Wechelianis. Hanoviæ. 1613. fol. — venire solet Scel. 9. typis itidem Wechelianis. ac ætate nostra Lipsiæ. 1696. fol. cum Notis Kuhnii, quæ editio æstimari solet Sterl. 1. Scel. 4. Editio nitida, et nunquam emendata. Vixit Pausanias ab anno circiter. 117. ad annum 174. et ultra

pag. 480.

Polyænus patriâ Macedo, ejusdem cum Pausania ætatis, Rhetor fuit, et genus vitæ forense secutus. Durante adversus Parthos Bello circa annum Æræ vulgaris. 163. vel. 164., iam excesserat annum ætatis. 50. ut ex ejus Præfatione ad Lib. I., hic enim terminus legitimæ Militiæ atque ab eadem immunitatis. ait enim se hæc scripsisse ejusdem belli tempore, dum, ætate jam provecta, castra sequi non valeret. Libros. VIII. de Strategematis illustrium Belli Ducum, perspicuo et eleganti stylo conscripsit, qui extant omnes, demptis VI. et. VII. qui non integri ad nos pervenerunt, ita ut ex Strategematis DCCCC. quæ descripserat Polyænus, non plura nobis restent quam. DCCCXXXIII. Parum fuisse versatum in Historia Romana notat Jo: Clericus Tom. 19. Biblioth. Univers. pag. 459. quod apparet ex eo, quod nec accurate, et valde jejune Strategemata Romanorum Ducum Lib. 8 attingit, neque Frontini Libros ejusdem argumenti evolvisse videtur, neque adeo Latinam linguam calluisse. Edit. Græc. Lat. Lugduni. 1589. 12. curante Isaaco Casaubono. et Lugduni Bat. 1690. 8. curante Pancratio Maasvicio luculentis typis; Æstimari solet hæc ultima Editio Scel. 25.

pag. 1719.

Dio Cassius Cocceianus nobili genere e Nicæa Bithynus fuit, Cassij Aproniani filius, et probabiliter ex Dionis Chrysostomi filia susceptus; Natus est Nicææ circa annum. 18. Imperij Antonini Pij, qui est 155. Æræ vulgaris; Senatoria enim dignitate jam auctus erat sub M. Aurelio anno U. C. 931. Æræ vulgari. 180. ut ipsemet innuit Lib. LXXII. pag. 1205. his verbis: Λέγω δὲ ταῦτά τε καὶ τὰ λοιπὰ οὐκ ἐξ ἀλλοτρίας παραδόσεως, ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἤδη τηρήσεως. Hoc est: Hæc autem ego, ceteraque omnia, quæ sequuntur, non ex aliena amplius traditione, sed a memet observata, scribo. Haec nisi Senator videri poterat, quæ Dio postea tradit. Senator autem ut quis eligeretur, attigisse debuit annum. 25. Consulatum primum iniit sub Septimio Severo, quod refertur Lib. LXXVI. pag. 1288. Anno vero. 229. cum natus esset annos circiter. 74. aut. 75. Consul iterum factus, ætate morboque confectus honestam missionem redeundi in patriam impetravit; quod memoriæ prodit Lib. LXXX. pag. 1371.

clarius autem Senatoriâ dignitate decebat ibi pag. 1220.

pag. 269. 7.

Flavius Arrianus, Nicomediensis Bithynus celeberrimus Epicteti Discipulus, propter eruditionem Atheniensi et Romana Civitate donatus, Hadriano Cæsari carus, Pij et Marci Antoninorum tempora attigit, evectus ad honores Urbis Senatorios ipsumque Consulatum. Xenophontis, non minus industria rerum gerendarum (bellavit enim contra Alanos, seu Albanos, et Massagetas) quam studio sapientiæ, scriptis, et nomine ipso æmulus fuit, unde et Xenophon junior appellatus; cujus Vitam a Dione Cassio, Suida teste, exaratam dolendum est perijsse. Periere etiam multa ejusdem Opera. Supersunt tamen Libri. VII. de Expeditione Alexandri Attica Dialecto: Liber unus de Rebus Indicis Jonica Dialecto compositi. Ex quo de Rebus Indicis Libro, Nearchi Cretensis Alexandri M. Classis Gubernatoris Paraplus erui potuit, atque vulgari. Editiones Græc. Lat. Librorum. VII. De Exped. Alexandri Genevæ. 1575. fol. curante Bonaventura Vulcanio, ex Officina Henr. Steph. et Amstelodami. 1668. 8. curante Nicolao Blancardo, ut præterea antiquiorem Edit. cum Facij versione mendis, hiatibus, et interpolationibus deformi, Basileæ. 1539. 8. Postremo Lugd. Bat. 1704. fol. curante Jacobo Gronovio, addito Lib. De Rebus Indicis, ex M. S. Perusino, et. 4. Codicibus Mediceis. æstimari solet scel. 33. Supersunt præterea Arriani Epistola ad Hadrianum ob Trajani adoptionem Trajanum Hadrianum hic appellatum, quæ Periplum Ponti Euxini continet, scriptaque est ab Arriano Cappadociæ jam Præfecto atque annos. XX. circiter nato, paulo ante Bellum cum Alanis, et Massag. quod contigit anno Ær. Vulg. 134. Hadriani Imperij. 18. Superest etiam Periplus Maris Erythræi, quem Arriano tribuunt viri docti. Editiones Græc. Lat. utriusque Peripli. Lugduni. 1577. fol. curante Guil. Stuckio, recusæ postea in Edit. Blancardi. 1683. 8. Amstelod. et Tom. I. 1698. 8. in Edit. Hudsoni. Extat porro ejus Liber De Acie instruenda, vigesimo Hadriani Imperij anno, Ær. Vulg. 136. conscriptus. Editio Græc. Lat. Upsaliæ. 1664. 8. curante Joanne Schefero, additis Arriani fragmentis Libri De Bello adversus Alanos quod ipse Arrianus patravit. Recusa a Blancardo Amstel. 1683. 8. Extat demum Liber De Venatione ad imitationem Xenophontis scriptus. Editio Græc. Lat. Romæ, et Parisijs. 1644. 4. curante Luca Holstenio recusa a Blancardo Amstelodami. 1683. 8. Natus itaque est Arrianus circa annum Æræ Vulg. 114. Trajani. 17. et obijsse creditur sub M. Aurelio, qui e vivis decessit anno ——— 180.

Edit: Blancardi Arriani Operum Amst. 1683. 8. duob. Volumin. æstimari solet Scel. 9.

quamdiu in patriam reliquum vitæ exegerit
incertum est, ibi certe diem suum videtur
obijsse, quoto vero anno ignoratur.
Scripsit Libros. 80. Romanæ Historiæ
ab Ænea in Italiam adventu usque ad
annum U.C. 980. Æræ vulgaris. 229.
quo Dio ipse. II. Alexander Severus. III. Consul
fuit. A Commodi præcipuè temporibus
testatur Lib. 72. pag. 1219. se singula
accuratius perscripsisse, quod ijs ipse
interfuerit. Exciderunt Libri primores. 34.
cum priore parte Libri. 35., atque
Libri postremi. 20. exceptis varijs
eorundem Fragmentis, Theodoro parvo
Fulvio Ursino de Legationibus, et Henrico
Valesio collectis. Extat praeterea Librorum
35. usque ad. 80. Epitome Joannis
Xiphilini, Trapezuntii, ut a Mottano Vayero audimus, Mo-
nachi Constantinopolitani, ac Joannis Xiphilini
Patriarchæ Constantinop. fratris filij. XI.
Sæculi Scriptoris. Zonaras quoque in Annalibus
suis Epitomen quandam Dionis exhibere
videtur, quem unice sequitur in Imp. gestis,
et nonnulla etiam Xiphilino omissa nos docet.
Supersunt igitur Dionis pars posterior Libri. 35.
incipiens a expeditione Luculli contra Mithrida-
tem Libri. proximi unus et viginti incipientes
a. 36. usque ad. 54. Proximi quatuor
a 55. usque ad. 60. admodum manci
desinunt in morte Cæsaris Claudij.
Edit. Græc. Lat. Genevæ. 1592. addito
Xiphilino, apud Henr. Steph. fol. cum
Xylandri versione. Hanoviæ. 1606. fol.
typis Wechelianis cum Leunclavij emen-
dationibus. Postremo Hamburgi. 1750. typis
Christiani Herolti. fol. 2. Vol. Editio nitidissima, locupletissima, — Constat Reimari Editio Stephlinis. 4. in Catalogis Londinensibus.
et accuratissima, cum Fabricij et Reimari
notis, aliorumque. Historia Romana a
temporibus, ubi Dio desinit, ad Constantinum
usque longe est incertior perplexiorque,
ut notat Cl. Tillemont. Tom. III. Hist. Imperat.
pag. 239. quod non mediocriter ad Dionis
existimationem facit. Vixisse dicendus
est ipse Dio, ex ijs quæ hactenus obser-
vata sunt, ab anno Æræ vulgaris. 155.
ad annum saltem — — — 229.

pag. 138.

Agathemerus Orthonis, alias Othonis filius, Marciano antiquior esse creditur a viris doctis, et ad Septimij Severi tempore propius accedere. Eius extant Libri .II. Compendiariarum Geographiæ Expositionum, seu Hypotyposes Geographiæ, et expositio Mundi. Edit. Græc. Lat. Amstelod. 1671. 8. curante Samuele Tennulio. Basil. Edit. 1671, constat Scel. 1½. altera ~~Amstelod.~~ Lugduni Bat. 1697. 4. Scylaci subiecta a Iacobo Gronovio Tertia demum Oxoniæ. 1703. 8. curante Hudsono. Tom. II. Geographorum minorum. Prodijt Tomus. I. 1698. et II. 1703. Oxoniæ, cum Dodwelli Dissertat. de ætate singulorum Scriptorum. Pertinere videtur hic Scriptor Seculo. II. ante annum primum Severi, Æræ vulgaris —— 193.

pag. 601.

Diogenes Laertius dictus e patria Laerte Ciliciæ Oppido, post Sextum Empiricum, qui sub Commodo floruit, ac post Sextum Saturninum, qui Empirici auditor fuit, floruisse dicendus est; utriusque enim meminit in Pyrrhone, adeoque vixerit postremis forte Septimij Severi temporibus, ac deinceps. Scripsit Libros. X. qui adhuc extant, De Vita, placitis, et acutis dictis clarorum Philosophorum, opus utilissimum, licet non omnibus numeris absolutum, neque usquequaque accuratum. Editiones Laertij Græc. Lat. hactenus senæ prodierunt. Prima Henrici Stephani. ~~An.~~ 1570. 8. 2.da ejusdem Stephani auctior et emendatior. 1593. 8. 3.tia Coloniæ Allobrogum, seu Genevæ. 1615. 8. apud Joannem Vignon et socios. 4.ta Romæ 1594. fol. apud Aloysium Zannettum, sed mutila, et quæ ultra Leucippi Vitam Libro IX. haud procedit. Quinta Londini. 1663. fol. Sexta denique accuratissima, locupletissima, ac nitidissima Amstelod. 1693. quartæ formæ majori. 2. Vol. apud Henricum Wetstenium Vixisse Laertium circa annum. 212. ac deinceps verisimile est. Edit. Amstelod. constat Sterl. 2. Scel. 5. Londinensis vero Scel. 12.

pag. 696.

Claudius Ælianus Prænestinus vix unquam Italiæ patriæ suæ fines egressus, Græcorum Græcæque eloquentiæ amantissimus fuit, magnamque inde dictionis Atticæ facultatem et elegantiam sibi comparavit, ita ut, Philostrato judice in ejus Vita pag. 618. cum ipsis posset certari Atheniensibus. Ineunte Seculo. II. circa annum. 175. natus fuisse videri potest, qui, teste eodem Philostrato, vivendo annum. 60. excessit, ac postquam Declamationibus imparem se judicasset, sub Elagabalo demum, aut primis Alexandri Severi annis, hoc est circa annum. 222. annos forte natus. 47. ad scribendum se contulit. Hinc Alexandri Severi tempore eundem præcipue floruisse omnes consentiunt, qui obijt anno. 235. neque diu postea Ælianum vixisse vel ex eo colligi potest, quod Philostratus senior, seu Flavius Philostratus, qui Vitam ejus scripsit, annum Æræ vulg. 244 aut vix aut parum ~~excessit~~ vivendo superavit. Scripsit Libros. XIV. Variæ Historiæ, sive Historiæ per Satyram; quorum Liber. VI. intercidit, Libro. V. in binos a librario diviso; Prologus item, ac Epilogus trunci forte ad nos pervenere. Scripsit præterea Historiæ Animalium, sive De Animalium solertia, ac proprietatibus Libros. XVII. extant præterea Epistolæ. XX. ejusdem, scriptæ nomine Agricolarum Atheniensium. Editiones Græc. Lat. eorundem Operum, Tiguri. 1556. fol. curante Conrado Gesnero. Lugduni. 1587. 1610. et 1625. 12. apud Jo: Tornæsium. Genevæ. 1599. 1630. et Parisijs. 1618. 12. Argentorati. 1647. et accuratius. 1662. 8. Salmurij. 1668. 8. sed vitioso valde contextu, teste Perizonio. Argentorati. 1685. 8. Editione insigni. Denique Lugd. Bat. 1701. 8. curante Jacobo Perizonio accuratissime ac locupletissime. Tactica quoque, seu De Instruendis Aciebus Opusculum inter Æliani Opera vulgavit Gesnerus, sed alteri Æliano antiquiori hoc spectare supra notatum est. Pertinere igitur videtur Ælianus Seculo. II. ad finem vergenti ac ineunti Seculo. III. ab anno circiter Æræ vulg. 175. ad annum usque —— 235.

Edit. Lugd. Bat. 1701. æstimari solet Scel. 7½. alias etiam. 10½.

De Natura Animalium Liber prodijt etiam 2. Vol. Lond. 1744. cura Abr. Gronovij. 4. ac æstimari solet Chart. Max. Sterl. 1. Scel. 7. minori charta Sterl. 1. alias etiam Scel. 16.

Variæ Historiæ Liber itidem prodijt separatim Lugd. Bat. 1731. 4. 2. Vol. cura ejusdem Gronovij, atque æstimari solet Sterl. 1 Scel. 1. alias etiam Scel. 16.

Tom. IV. pag. 44.

<u>Philostratus senior</u>, seu Flavius Phi=
lostratus, Philostrati filius, Veri nepos,
Lemnius, Procli Naucratitis discipulus
fuit, ut ipsemet testatur in ejus Vita Lib.
II. De Vit. Sophist. pag. 598. Proclus vero
claruit circa initia Imperij Septimij Severi,
qui imperare cepit anno. 193. Rursus
Philostratus inter eruditorum virorum coronam,
quam Julia Augusta Septimij Severi conjux
litterarum cupidissima secum quotidie
habebat, enumeratus est, ut ipse memoriæ
prodit Lib. I. De Vita Apollonij Cap. III. pag. 5.,
quam Vitam ejusdem Juliæ βασιλίδος jussu, aleoq;
superstite adhuc Severo, se conscripsisse eodem
loco testatur. Natus igitur videri potest
ante Claudium Ælianum, ac ~~Isotte~~ fortasse circa
annum Æræ vulg. 165. Docuit [enim], Hesychio Illustri,
ac Suida teste, Oratoriam, primum Athenis, [adeoque ante Severum et sub Comodo, qui solium conscendit anno. 180]
postea Romæ sub Severo, [qui Comodo successit anno 193] usque ad Philippum
qui imperium obtinuit anno. 244. Inter
præcipua ejus scripta haud dubie sunt
Libri. VII. De Vita Apollonij Tyanensis, quibus
conatus est Apollonium veluti Deum quemdam
venerabilem omnibus et admirandum reddere,
idque pessima fide, et data opera, ad infir=
mandam Evangeliorum, Actorumque Apostolicorum
fidem#; unde Hierocles in suo Philalethe, sive
opere adversus Christianos, inter alia Servatorem
nostrum cum Apollonio conferre non dubitavit; cujus
impietatem singulari volumine, quod etiamnum extat,
refellit Eusebius Cæsareensis. Scripsit præterea Heroica,
sive Dialogum Vinitoris cum Phœnice, quo Heroes ij
qui bello Trojano interfuere, describuntur et ce=
lebrantur. Scripsit insuper Icones, seu imagines. 66.
porticus Neapolitani Libris. II. diserte et eleganter
descriptas, quas laudat Philostratus junior in
Præfatione suarum imaginum pag. 860. Scripsit
postremo Lib. II. de Vitis Sophistarum provecta
admodum ætate; hos enim inscripsit Antonio Gordiano
Consuli, qui primum Consul fuit anno Æræ vulg. 229.
et secundum anno. 241. ut alterutro horum annorum
editas ab eo has vitas sit necesse. Scripsit insuper
et Epistolas ἐρωτικὰς, quæ extant, mixtis tamen
aliquibus junioris Philostrati, quæ non sunt illius argumenti.
Editiones Græc. Lat. omnium dictorum Operum,
Parisijs. 1608. fol. curante Federico Morello,
et Lipsiæ. 1709. fol. curante Godfrido Oleario,
editio absolutissima. Pertinet igitur Scriptor hic
anno circiter. 165. Æræ vulg. ad annum usque — 244.

ut multi liquent illustris Huetius in Demonstratione Evangelica, aliique

Tom. dicto pag. 51.

Philostratus junior, seu Philostratus Lemnius, Nerviani filius, prioris Philostrati sororis scilicet ejus filius, ἀδελφόπαις, ut ne plane quidem Suidas, qui tamen Senior Philostratus ab ipsomet juniore Philostrato in Praefatione ad Imagines suas, gentiles suus et μητροπάτωρ dicitur, hoc est avunculus, ut Jo: Albertus Fabricius hic interpretatur, contra quidem Graeci vocabuli significatum, sed ingenti probabilitate rei; nam Philostratus junior 22. annum agebat florente Hippodromo sub Septimio Severo, ut auctor est Senior Philostratus in ejusdem Hippodromi Vita pag. 612. Severus vero ab anno 193. ad 211. imperavit. Annum porro 24. agebat junior Philostratus, dum sub Caracalla, qui Imperii habenas gerere coepit anno 211. meruit pro Declamatione habita publicarum functionum immunitatem, ut testis est Senior Philostratus in Vita Philisci pag. 618. Hoc anno 211 ad summum Senior Philostratus annum 46. expleverat, atque ideo facilius avunculus junioris Philostrati quam μητροπάτωρ seu Avus Maternus videri potest. Natus igitur videtur Philostratus junior circa annum 187. vita functus ~~ante annum~~ ante ejus Avunculum Philostratum Seniorem, et ante annum 239. aut 241. ut suspicatur Fabricius ex Senioris Philostrati verbis in Vita Aspasii pag. 627. annum agens circiter 51. aut 53. Extat ejus Liber singularis Εἰκόνων, seu Imaginum seu descriptio peramena Imaginum duodeviginti, quam imitatione Senioris Philostrati avunculi sui composuisse se testatur in Praefatione pag. 852. Edit. Graec. Lat. Parisiis. 1608. fol. curante Federico Morello, et Lipsiae 1709. fol. curante Godfrido Oleario. Vixit igitur junior Philostratus ab anno circiter 187. ad annum usque 239. aut 240. Editio Morelli venire solet Scut. 9. alias etiam 7. Olearii, Scut. 15. alias 14.

pag. 56. 57.

Callistratus, cuius extant Descriptiones quatuordecim Imaginum, sive Statuarum, quae cum Philostratis vulgari typis consueverunt, ut quibusdam videtur Aphidnaeus fuit, Dionysii filius, praeclarissimus Demostheni aequalis. At Fabricio nostro posterior multo fuisse videtur, et Plutarcho aequalis, scilicet Sophista ille Leonis filius, Amphictyonum in Pythiis procurator, memoratus Plutarcho Symposiac. Quaest. IV. Cap. 4. et ~~Quaest.~~ VII. Cap. 5.

Tom. I. pag. 27

~~Herodianus~~

Dares Phrygius, seu Pseudo-Dares scripsit Opusculum inscriptum: Historia De Excidio Trojæ, longe tamen posthabendum Operi Dictyos Cretensi, si judicium spectes, eruditionem, et ipsum eloquium. ~~Græce non extat~~ ut notatum est a Iona Mercero in Censura ad Dictym, in edit. utriusque Operis Amstelodami. 1630. apud Guilielmum Bleuzo. Græce non extat. Fuisse tamen ante Eusebium Pamphili; notatum Josepho Scaligero. Antiquior igitur Dares, seu qui alius sub Daretis nomine hæc scripsit, Eusebio, ~~et~~ pertinere potuit ineunti Seculo. III. usque ad annum circiter 250. siti minus antiquior, paulo dicendus est. Dictyos tamen posterior virum doctis censetur; atque adeo vel. II. Seculi, vel ineuntis. III Scriptor fuit. Vide Fabric. Biblioth. Lat. Tom. I. pag. 77. de hoc Darete, sive de hac Latina versione Cornelio Nepoti falso attributa.

Tom. VII. pag. 11.

Herodianus diversus ab Herodiano Apollonii Alexandrini Grammatici filio, atque Marco Aurelio Imperatori, qui obijt anno 180. charo, ac Suidæ memorato sub litera H., Historiarum Libros. VIII. conscripsit ab ejusdem Marci Aurelij excessu, seu ab anno. 180. usque ad mortem Balbini, et Maximi, imperiumque Gordiani. III. seu ad annum 238. Ipsemet enim Lib. I. Cap. II. Hist. de Marco Aurelio loquitur tamquam de præmortuo, et sibi tantum ex traditione cognito, his verbis: δηλοῖ δὲ ὅσα ἐς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτοῦ, ἢ γραφέντα. idest: Argumento enim sunt quotquot ad nos quoque pervenerunt, ab ipso (M. Aurelio) dicta, atque conscripta. ~~sunt~~ Præterea Herodianus eodem Cap. videtur hæc scripsisse circa annum eundem. 238. Quæ enim, inquit, post Marci obitum, per universam ætatem meam, visa mihi auditaque sunt, nonnulla item in experiundo cognita, utpote in publicis officiis, principumque versato, ea nunc conscribenda suscepi. Laudatur Evagrio Hist. Eccl. Lib. V. Cap. ult. Trebellio Pollioni in. 30. Tyrannis Cap. 32. Lampridio in Alex. Sever. Cap. 52. et 57. et in Anton. Diadumeno. Cap. 2. Julio Capitolino in Maximino et Balbino Cap. 15. atque in Albino Cap. 12. Judicium de Herodiano, alijsque Scriptoribus Clariss. Tillemontij Tom. III. Hist. Imper. pag. 259. hic præstat subjicere: Nam Herodiani, inquit, Historia elegantissima quidem, sed parum exacta est, præsipue in temporum notatione. Lampridius et reliqui, qui Historiam Augustam sub initium Sæculi a Christo IV. composuere, vix digni sunt nomine Historicorum. Aurelius Victor, et Eutropius nihil fere egerunt aliud, quam ut hos circa ejusdem Sæculi extrema in compendium mitterent. Zosimus denique, qui circa finem quinti scripsit, propter ætatem, qua vixit, indignior est fide, magisque propter errores, quibus vel malis se commentarijs, vel bonis male usum demonstrat. Idem Tillemontius Tom. eod. not. 2. in Vit. Maximi pag. 612. observat Herodianum non modo Orationes ex genio attribuere ijs, quos loquentes inducit, quod cum alijs Historicis commune est, sed Epistolas quoque. Capitolinus in duobus Maximinis Cap. 13. notat eum Maximino in odium Alexandri plurimum favisse. Alij Pertinacem ab eo nimis laudatum arguunt. Editiones Græc. Lat. Venetijs. 1524. 8. Basileæ. 1535. 1543. 1549. 8. 1563. 4. Parisijs. 1581. 4. 1611. 8. Francofurti. 1630. 8. Londini. 1639. 8. Argentorati. 1644. 8. 2. Edito capitib. distincta, ibi. 1662. 1672. 8. et Oxon. 1678. et 1704.

Edit. Oxon. 1678. æstimari solet Scel. 2. Argent. 1662. 8 Scel. 2½

Tom. III.
pag. 44.

Eusebius Pamphili, Cæsareensis Episcopus circa annum Christi. 340. vita functus, septuagenario major, ut Tom. III. pag. 131. deq; natus post medietatem Sæculi. III. circa annum. 268. præter alia multa eximia ejus Opera, scripsit ad Paulinum Tyri Episcopum Libros. II. De nominibus Locorum et Urbium in Sacra Scriptura. Liber primus intercidit, posterior adhuc extat, literarum ordine singula nomina persequens, et singulorum situm, et quomodo sua ætate appellarentur explicans; quod volumen seu Onomasticon merito habetur ad Geographiam Sacram illustrandam, ex omnibus quæ hactenus extant, præcipuum atque princeps. Liber hic diu lectus est latine tantum inter S. Hieronymi Opera. Editiones Græc. Lat. Parisijs. 1699. Tom. II. fol. Operum Hieronymi. et Amstelodami. 1707. fol. curante Joanne Clerico. Scriptor hic pertinet Sæculo. III. exeunti, et IV. Sæculi initio ad annum usq; 340

pag. 34.

Anonymus Autor Peripli Ponti Euxini, ac Mæotidis Paludis, vel ante Julianum seu annum 361. vixit, si is est Alypius Juliano memoratus Epist. 30. vel post eundem annum 361. floruit, si is est junior Arriano, ut videtur Is. Vossio seu proxime ad eundem annum accedere. vel demum statim post annum 304. floruisse dicendus est, si cum Dodwello censendus est propinquior Diocletiani temporibus. Is Periplum suum e Scymni Chij Periegesi, et Arriani Periplis maximam partem ad verbum collegit. Editiones Gr. Lat. Amstelod. 1639. 4. curante Isaaco Vossio Lugd. Bat. 1697. 4. curante Jacobo Gronovio, et Oxoniæ 1698. 8. Tom. I. curante Hudsono. Igitur Scriptor hic pertinet Sæculo. IV. ab anno circiter. 304. usque ad annum ——— 361 vel certe non multo post.

Scripsit Eusebius præterea Chronicon seu de cunctis temporibus Historiam duobus Libris ab eo divisam, quorum priorem inscripsit Χρονογραφίαν, posteriorem Χρονικὸν κανόνα. Græcum opus intercidit, præter fragmenta, et lacinias, quas recentiores Chronologi Syncellus, Cedrenus, Chronici Alexandrini, seu Paschalis scriptor, alijq; servarunt, ex quibus Græca ut potuit collegit edidítque et illustravit doctissimis notis Josephus Scaliger. Editio Burdigalæ. 1604. fol. Alia posterioris partis, curante Auberto Miræo. Antwerpiæ 1608. 4. Alia Amstelod. 1658. fol. Incipit ab Orbe Condito usq; ad annum C. 325

Scripsit quoque Lib. XV. de Præparatione Evangelica. Editiones Græc. Lat. Parisijs 1628. fol. Recusa Lipsiæ, etsi dicatur Coloniæ. 1688. fol.

Scripsit pariter Lib. XX. de Demonstratione Evangelica, quorum ultimi. X. intercidere. Primus eorum qui supersunt, initio mutilus, et extremus sui parte truncus est. Edit. Græc. Lat. Parisijs et Lipsiæ, eodem Præsumptione ut supra.

Scripsit insuper Historiæ Ecclesiasticæ Libros. X. a Christianismi primordijs usque ad Licinium a Constantino M. superatum extinctumque, et pacem Ecclesiæ redditam, anno C. 324. Editiones Græc. Lat. Genevensis. 1612. fol. una cum Socrate, Theodorito, Sozomeno, et Evagrio, editio parum emendata, quæ nihil Plagiariorum prodijt. Parisijs. 1659. fol. una cum Libro De Martyribus Palestinæ, Libris. IV. de Vita Constantini, Constantini Oratione, et Panegyrico in Constantinum ejusdem Eusebij, curante Henrico Valesio. Altera Parisijs. 1677. fol. Altera, Moguntiæ seu Francofurti. 1672. fol. Altera Amstelodami 1695. fol.

Præter prædicta Opuscula in dictis Edit. edit. edita, exstat ejus Liber contra Hieroclem Editio Græc. Lat. Parisijs. 1604. fol. curante Morello inter Philostrati opera. Iterum inter eadem Opera Lipsiæ. 1709. fol. Et ad calcem Librorum de Demonstr. Evangel. Parisijs. 1628 fol. et Lipsiæ. 1688. fol.

Insuper scripsit Libros. II. contra Marcellum Episcop. Ancyranum, ita jam anno. 336. a Concilio Constantinopolitano; sed incautus cum Sabellio seu Paulo Samosateno hos libros sentire visus est

Item Libros. III. De Ecclesiastica Theologia contra eundem Marcellum, qui cum duobus superioribus ad calcem Demonstrat. Evang. editi sunt Græc. Lat. Parisijs. 1628. fol. et Lipsiæ. 1688. fol.

Epistolam de Fide Nicæna ad Cæsarienses, non Eusebij, sed Ariani cujusdam esse contendit Caveus in Apologia contra Joannem Clericum.

Scripsit quoque Commentarios in Psalmos. 150. Edit. Gr. Lat. per Montfauconium in nova Collect. Patrum Tom. I. Parisijs. 1607. fol. In Canticum Canticorum Fragmenta Lugd. Bat. 1617. 4. De Vitis Prophetarum. Paris. 1580. fol. Commentarios in Isaiam in dicta Collect. P. Tom. II. Paris. 1706. fol. variaque alia opuscula scripsit, quæ recensere libet

pag. 36. et. 46.

Marcianus ex Heraclea Ponti oriundus junior fuit Claudio Ptolemæo, quin etiam Agathemero, ut supra dixi, Stephano vero antiquior, quem scilicet Stephanus sæpius laudat. Æqualis autem fuit Synesio Cyrenensi, ex Gentili Philosopho, Christiano facto, ac Episcopo Ptolemaidis renunciato circa annum. 410. Idemque forte est, cum eo quod Synesius memorat Epist. 101. ad Pylæmenem, et quod Valentis Imper. filias Anastasiam et Carosam grammatica præceptione docuisse refert Socrates Hist. IV. Cap. 9. Valens imperare cœpit anno. 364. desiit 378. nisi quis malit credere eum esse, quem Creticorum Scriptorem memorat Phrynichus apud Photium Cod. 158. Scripsit prosa Periplum Maris externi, maximarumque, quæ in illo sitæ sunt, Insularum, Libros II. quorum prior integer est, posterior mancus ad nos pervenit postremis Capitibus tribus de Africa, et Capite de distantiis ab Roma ad insignes Orbis habitabilis urbes. Sequitur in his Ptolemæum et Protagoram. Scripserat ante Epitomen Librorum. XI. Geographiæ Artemidori Ephesii, e qua Prologus tantum, et Periplus Ponti utriusque, Bithyniæ, et Paphlagoniæ supersunt. Creditus est etiam olim Marcianus auctor fuisse Periegeseos, quam tamen jamdudum Scymno Chio adjudicarunt viri docti, ut in Scymno supra notatum est. Editio Græc. Lat. Tom. I. Geograph. min. Oxoniæ. 1698. 8. Circa igitur medietatem Sæculi IV. floruisse credendus est Marcianus, si filias Valentis Impr. artem grammaticam docuit, usque ad annum circiter ——— 410

pag. 45.

Stephanus Byzantinus Grammaticus ~~vixit~~ post Arcadium Honoriumque vixit, id est post annum. 408. quo Arcadius Lo mais, et post annum. 423. quo Honorius. 15. Augusti diem suum obierunt, Lucæ Holstenii atque Fabritii sententia. Auctor est Operis inscripti Ἐθνικά, seu Lexici Geographici, quod eruditorum manibus teritur, quod tamen ad artem Grammaticam Stephanus, non ad Geographicam Scientiam composuerat. Hoc Stephani Opus quidem non extat, extat tamen ejus Epitome concinnata, sæculo insequenti ab Hermolao itidem, Grammatico Constantinopolitano, teste Suida, sub Justiniano Imperatore, qui imperavit ab anno. 527. usque ad annum. 565. cui etiam opus istud Hermolaus dicavit. Extat tamen Fragmentum Stephani, quo Libri X. pars postrema continetur edita Græc. Lat. a Samuele Tennulio. Amstel. 1669. 4. Editio Amstel. 1678. fol. Tom. II. Sæcl. 16. curante Holstenio

Tom. VIII. pag. 221

Synesius Cyrenensis ex Nobili Familia, tum in Patria, tum Alexandriæ ingenium felix excoluit. ubi Hypatiam audivit, inde; consanguineum Legatione functus ad Arcadium Imperat. anno. 397. Theophili Alexandrini Patriarchæ suasu Christiana Sacra et Baptismum suscepit, et velinvitus ab eodem Theophilo Episcopus Ptolemaidis ordinatus est. A° 410. Non ultra annum circiter. 430. vitam produxit. Adeo suavis et eloquens fuit, ut Platonem, Demosthenem ac Pindarum Christiano ore loquentes induxisse diceretur. Extant sequentia ejus Scripta.

De Regno bene gerendo ad Arcadium Imperat.

Dio, sive de suo ipsius instituto.

Encomium Calvitii.

Ægyptius, hoc est de Providentia.

Homilia de diebus Festis sobrie et pie obeundis.

De insomniis Liber.

Epistolæ. CLV.

Homilia dicta in pervigilio Natalis Domini.

Concio dicta anno. 412. in maximam Hunnigardorum, Marcomannorum, et Ausurianorum Excursionem.

Concio in laudem Anysii Libyæ Præfecti.

Dissertatio ad Pæonium Arcadio Imper. charum de dono Astrolabii scripta circa annum. 399. dum Legatione pro Patria fungeretur.

Hymni. X. Lyrico carminis genere.

Editiones Græc. Lat. Parisiis. 1612. fol. ibidem recusæ. 1631. et. 1640.

Tom. XIII. pag. 491.

In Bibliotheca Coisliniana edita a Montfauconio Parisiis. 1715. fol. pag. 281. habetur Fragmentum hoc Stephani emaculatum a quamplurimis mendis gravissimisque, quibus scatebat, ex Codice. CCXXVIII. ejusdem Bibliothecæ.

ex quo Fragmento patet, quam multa omiserit Hermolaus in sua Epitome. Editiones Græc. Lat. Epitomes. Lugd. Batav. 1674. 8. addito etiam prædicto Fragmento ab Abrahamo Berkelio. Amstelodami. fol. 1678. curante Judæo Lusitano Thoma de Pinedo. Lugduni Batav. 1684. fol. cum notis Lucæ Holstenij. Postremo Lugd. Batav. 1688. fol. curante Jacobo Gronovio. Pertinet igitur Stephanus Sæculo V. post annum 422. et ejus Epitomator Sæculo VI. post annum 527. #

Tom. VI. pag. 114. Historia Ecclesiastica

Philostorgius ex Borissi pago Cappadox ex Eunomij secta, seu Eunomianus, qui Patri dissimilem esse Filium asserebant, anno 388. cum Eunomius Cæsareæ pelleretur, viginti annos [a controversiis Arrianis initiis, seu anno 300. usque ad annum 425.] natus, scripsit Historiæ Ecclesiasticæ Libros XII. in Volumina duo distinctos, ubi Semi-Arianos non minus quam Catholicos passim perstringit, Arianos vero et Eunomianos defendit. Opus hoc diu est quod intercidit. Extant tamen ex singulis XII. Libris Photij excerpta [Cod. 40]. Editiones Græc. Lat. Genevæ. 1642. 4. Parisijs. 1673. fol. ad calcem Historiæ Theodoriti, Evagrij, et Theodori Lectoris. Recusa Moguntiæ seu Francofurti 1679. Scripsit ab anno 300. usque ad 425. Pertinere videtur Sæculo IV. et V. ab anno 388. usque ad annum [Edit. Genevensis constat Secl. ...] 425.

pag. 117.

Socrates Constantinopoli natus et educatus, Ammonij et Helladij discipulus fuit, utrisque a Christi nomine alienis, et ob templa Idolorum anno 389. destructa Alexandria profugis, et Constantinopoli commorantibus. Scholasticus dictus est, quod in foro causas egit. Novatianis favisse se non uno prodit loco, a qua tamen labe eum defendere conatur Valesius. Scripsit Lib. VII. Historiæ Ecclesiasticæ ab anno 306 ad 439. ad Theodorum non quidem Mopsvestenum ut Fabritio videtur, sed alium. Zanim tamen ostendit multum se tribuere Sabino Macedonianæ Sectæ viro, a quo et subinde deceptus arguitur a viris doctis. Merito nihilominus judicij et industriæ laus ei relinquitur. Valesio; Socratem libenter sequitur Sozomenus, integrumque prope in Historiam suam transtulit Nicephorus Callistus. Editiones Græc. Lat. Genevæ. 1612. fol. Parisijs. 1668. fol. et Moguntiæ 1677. fol.

Tom. VI. pag. 603. et seqq.

Zosimus Comes et ex-Advocatus Fisci a Photio appellatus Cod. 98. filius fortasse fuit Zosimi illius, ad quem novæ Epiri Præsidem Leges Valentiniani et Valentis anno 373. latæ extant in Codice Theodosiano. Scripsisse videtur post Olympiodorum Thebanum, de quo infra pag. 238. quæ enim de Alarico et Stilicone [Lib. V.] et quæ de Constantino Tiranno scripsit Lib. VI. omnia ferme ex Olympiodoro mutuatum notat Henr. Valesius ad Sozomenum pag. 170. Quamvis Historia Zosimi Historiam Olympiodori præcedat, Zosimusque eam finiat in annum 410. et Olympiodorus eam ordiatur ab anno 407. Ethnicus scriptor fuit, adeoque Constantino Magno inprimis, et Theodosio iniquior. Tamen multa esse potuerunt in Principibus Christianis, quæ nec tacere, et merito reprehendere, cordatus, et nulli partium studio deditus Historiæ Scriptor posset, ut observarunt Jo: Leunclavius, et ipsemet Jo: Albertus Fabricius.

Scripsit Zosimus Libros VI. Historiarum ~~[illegible]~~ succincte, dictione perspicua ac pura, nec suavitati experte, ut testatur Photius. Incipit Historiam ab Augusto, Imperatores universos ad Diocletianum usque percurrens, nudam quasi commemorationem atque successionem singulorum præbens Libro I. cujus tamen Libri pars postrema a Probo usque Diocletianum hodie desideratur. Libris V. posterioribus de Imperatoribus qui Diocletiano successerunt, copiosius tractat usque ad annum 410. Adversus idem revera fuit Sacris nostris, atque superstitionibus Idololatricis imprimis deditus. Nil mirum igitur si fabulis Historia indignis Libros suos undequaque aspersit. Editiones Græc. Lat. Francofurti 1590. fol. apud Her. Wechelii inter Romanæ Historiæ Scriptores Græcos minores. Cizæ 1679. 8. curante Christophoro Cellario, atque demum Jenæ 1714. 8. ac prius Oxoniæ 1680. 8. Hic Zosimum retulimus, quem Fabritius inter Historiæ Byzant. Scriptores distulit pag. 603 supra citata. Vide supra in Herodiano judicium Tillemontij de Zosimo

pag. 121.

Sozomenus, seu Salamanes Hermias Sozomenus, ut Theodoro Lectori, et Photio Cod. 30. nuncupatur, sive Hermias Sozomenus, Salaminius, ut ex duobus M. S. Valesio memoratis, vel Hermias Sozomeni, idest Hermias Sozomeni filius, ut interpres vertit in Jure Græco Romano pag. 293. et 295. ex Avo Ethnico, deinde Christianam fidem amplexo descendens, Scholasticus, seu Causidicum agens fuit Constantinopoli. Non diu, ut videtur, post Socratem scripsit, dicavitque Theodosio II. qui imperare cœpit anno 408 desijt anno 450. Libros IX. Historiæ Ecclesiasticæ incipientes ab anno 323. desinentes in anno 439. Theodori Mopsvesteni fautor extitisse visus est D. Gregorio Magno Lib. VI. Epist. 31. Sed in D. Gregorio Theodoritum pro Sozomeno reponendum esse viri docti contendunt, cum ea quæ Gregorius Sozomeno tribuit, non in Sozomeno, sed in Theodorito diserte legantur. Socratem judicio, Sozomenum stili elegantia, qua Xenophontem referre voluit, præstare observatum est a viris doctis. Editiones Græc. Lat. una cum Socrate alijsque. Genevæ. 1612. fol. Parisijs. 1668. fol., et Moguntiæ. 1677. fol.

pag. 124.

Theodoritus Cyrrhi (hodie Cerin) Civitatis in Syria (seu Cœlesyria, hodie Soria) Episcopus circa annum 458. defunctus, anno Ch. 450. ineunte Libros V. Historiæ Ecclesiasticæ scripsit eam similiter ab Arij Hæresi usque ad Principatum Theodosij junioris (pertingentes) veluti supplementum omissa a Socrate et Sozomeno. Theodori Mopsvesteni fautorem fuisse notatum est supra in Vita Sozomeni, siquidem Lib. V. Cap. 39. eum nimium laudat, atque usque ad diem obitus sui magnum Doctorem Ecclesiæ fuisse perhibet. Edit. Græc. Lat. Genevæ. 1612. fol. Parisijs. 1672. fol. Alia Paris. 1673. fol. Recusa Moguntiæ. 1679. et Amstelodami. 1695. fol. Vide Tom. VII. pag. 430. ubi natus dicitur Antiochiæ circa annum 393. vita functus circa annum 457.

~~Gregorius~~ pag. 120

Epiphanius Scholasticus sub Seculi VI. initia primus quodammodo vertit Latine Socratem, Sozomenum, et Theodoritum, eos in unum corpus distinctum contrahendo Librum XII. sub Historiæ Tripartitæ nomine. Prodijt typis Parisijs sine anni nota in 8. Deinde Basileæ 1523. 1528. 1533. 1539 1568. atque Francofurti. 1588. fol. Demum Rothomagi. 1679. fol. una cum Cassiodoro duobus Voluminibus

Vide Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 167. de hoc Epiphanio, qui jussu Cassiodori hanc versionem suscepit. Tripartita ista Historia hodie non valde curatur, cum Scriptores ipsi, ex quibus Cassiodorus hæc digessit, integri extent, præcipue vero quia hunc Epiphanium Scholasticum interpretis officio non optime functum esse, ac linguam utramque ex æquo ignorasse, plerorumque post Rhenanum est judicium

pag. 126.

Evagrius Epiphaniensis, Syrus, Scholasticus et ipse, sive perinde ut Socrates et Sozomenus, Causarum in Foro Patronus, Tiberij Constantini et Mauritij Imperatorum tempore floruit, et anno Aeræ vulgaris. 593. annos natus. 58. ut ipse testatur Lib. IV. Cap. 29. et Lib. III. Cap. 33. idest anno Antiochenorum. 641. quidem enim Antiochena præcedit Vulgarem nostram annos. 48. Libros. VI. Historiæ Ecclesiasticæ conscripsit incipiens a temporibus, in quibus Socrates, et Theodoritus desierant, sive ab Ephesina Synodo, qua damnatus est Nestorius anno. 431. ad annum usque. 593. Tamquam a fabulosis narrationibus non nimis alienus arguitur a Casaubono. Antiochiæ vixit. Edition. Græc. Lat. Genevæ. 1612. fol. Parisijs. 1673. fol. et Moguntiæ seu Francofurti. 1679. fol.

Evagrius alius Ponticus circa annum. 381. Diaconus Constantinopolitanus, cujus Opera Sacra Vide Tom. VIII. pag. 364.
Evagrius alius Antiochenus, qui B. Antonij Vitam ab Athanasio scriptam Latine vertit ut testatur Hieronymus Cap. 125. de Script. Ecclesiasticis, quæ sæpius edita Lucem vidit.

Vide alia Scripta Latina Evagrij Antiocheni Tom. II Biblioth. mediæ et infimæ ætatis pag. 113.

pag. 128

Theodorus Lector Justino, ut videtur, et Justiniano imperantibus claruit. Justinus imperare cœpit anno. 518. desijt anno. 527. Justinianus hoc anno ei successit, obijtque anno. 565. Scripsit Compendium Historiæ Ecclesiasticæ Tripartitæ ex Libris Socratis, Sozomeni, et Theodoriti, a XX. anno Constantini Magni usque ad obitum Constantij. Quod tamen Lucem hactenus non vidit. Græce nihilominus M.S. fuit apud Allatium, qui edere voluit, et eius varijs lectionibus a Samuele Tennulio descriptis, ad eluendas Historicorum mendas feliciter usus est Valesius. Incertum est an Allatij exemplar descriptum fuerit ex Codice Veneto S. Marci Possevino memorato, et Thomasino in Catalogo M.SS. Venetorum. Scripsit quoque suo marte Libros. II. Historiæ Ecclesiasticæ ab extremis temporibus Theodosij. II. in quibus desinunt Socrates, Sozomenus, et Theodoritus usque ad Justinum. I. Imperat. Hi quoque Libri. II. jam diu est quod interciderunt. Extant tamen ex illis Excerpta, Nicephoro Callisto dictante, servata; quibus tamen forte Nicephorus, non integris Theodori Libris usus est in propria Historia, de qua mox, concinnanda. Edit. Græc. Lat. Genevæ 1612. fol. Parisijs, curante Valesio, 1658. fol. recusa Moguntiæ 1677. fol.

pag. 130

Nicephorus Callistus Xanthopulus, Callistides, sive Callisti Xanthopuli filius scripsit Historiæ Ecclesiasticæ Libros XVIII. eos ex Eusebio Sozomeno Socrate Theodorito, Philostorgio, Theodoro Lectore, Basilio Cilice, Evagrio, alijsque contexens. Ob stili elegantiam quibusdam Thucydides Ecclesiasticus dicitur, alijs ob fabulas, quas miscet, Theologorum Plinius.

Historiam suam obtulit Antronico Paleologo Imperatori jam seni, qui anno . 1327 . obijt septuagenario major . Item vero Nicephorus annum 56. nondum erat emensus, ut ipse testatur, cum eandem Historiam absolvit . Circa medium Seculi XIV. adhuc vivebat sub Joanne Cantacuzeno Imperatore, ut patet ex ejusdem Catalogo Patriarcharum . Editio Græc-Lat . Parisijs . 1630 . fol . 2 . Volum . Extant præterea varia ejusdem Opuscula tum edita tum inedita . Præcipua vero sunt inter edita, Catalogus Imperatorum Constantinopolitanorum, et Catalogus ejusdem Urbis Patriarcharum, versibus Jambicis exarati et Catalogus brevis Hymnographorum Ecclesiæ Græcæ

Chronographi Græci post Eusebium

pag . 178 .

Joannes Antiochenus cognomento Malelas, id est Rhetor, Sophista, Scholasticus, vel qui Rhetoris munus gerebat in Ecclesia Antiochena . Chronicon scripsit ab Orbe condito ad obitum Justiniani I . Imperatoris Libris . XVIII . fabulis non mediocriter scatens, Non adeo diu post Justinianum floruisse sentiunt Cavous et Fabritius . Editio Græc . Lat . Oxonij . 1691 . 8 . Primus tamen Liber, atque secundi pars desiderantur . Æstimari solet Scel . 13 .

Joannes Monachus Antiochenus, similibus fabulis delectatus, Chronicon et ipse scripsit, similia passim tradens, ab Adamo nescio quousque . Producta habemus Constantini Porphyrogennetæ Excerpta, quæ non ultra Phocæ tempora procedunt, atque ex Peiresciano Codice Græc . et Lat . cum notis edita sunt ab Henrico Valesio Paris . 1634 . 4 .

pag . 142 .

Chronicon Alexandrinum, sive Paschale, vel Farrago Historico-Chronologica . Hujus Operis duos fuisse Auctores notatum est Cangio, quorum primus illud concinnavit ab Orbe condito ad annum Æræ vulg . 354 . Constantini . 17 . alter qui ipsum continuavit ad annum usque . 629 . Heraclij . 20 . Edit . Græc . Lat . Monachij . 1624 . 4 . curante Matthæo Radero . et Parisijs . 1688 . fol . curante Carolo du-Cange, cui subjunxit Appendicem quorundam Monumentorum veterum ad rem Chronologicam facientium, quæ ibi vide usque ad pag . 549 . Hæc Cangij Editio æstimari solet Sterl . 1 . Scel . 1 .

pag. 149.

Syncellus, seu Georgius Monachus, atque Theophane teste initio Chronici Abbas, Tarasij Patriarchæ Constantinopolitani, qui obijt anno. 806. Syncellus, quasi Concellarum dicas et domestiæum, Chronicon conscripsit rerum ab Orbe condito gestarum usque ad annum Æræ vulg. 285. qui est primus Diocletiani; morte enim praeventus, ut probabile est, ad ætatem suam illud perducere minime potuit, quod initio sui Chronici tamen promiserat, et ad annum. 800. seu Chronicon suum producturum proposuerat. Editio Græc. Lat. Parisijs. 1652. fol. curante Jacobo Goaro, et æstimari solet Sterl. 1. Scel. 10.

pag. 151.

Theophanes Isaurus, Abbas et Confessor, Syncelli Chronicon continuavit ab anno. 285. Diocletiani primo, ad annum usque. 813. Leonis Armeni primo, Caroli Magni. 14. Eiusdem Chronographia vere aurea appellatur a Martino Hanckio. Tom. III. Actorum Sanctorum mensis Martij, edito anno 1684. at Tabulas Chronicas, saltem quod spectat seriem quinque Patriarcharum Romani, Constantinopolitani, Hierosolymitani, Alexandrini, et Antiocheni, nulla fide dignas esse observat. Editio Græc. Lat. Parisijs. 1655. fol. curante Francisco Combefisio Congregat. S. Ludovici Ordinis Prædicatorum Parisijs monacho, ac æstimari solet Scel. 10½.

pag. 153.

Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus, qui vita functus est anno. 828. scripsit Chronologiam compendiariam ab Orbe condito ad suam usque ætatem; quam circa annum. 872. Latine vertit Anasthasius Bibliothecarius auctor Historiæ Ecclesiasticæ ex Syncello, Theophane, et Nicephoro collectæ. Editio Græc. Lat. Parisijs 1652. fol. ad calcem Georgij Syncelli.

pag. 154.

Georgius Monachus et Archimandrita, cognomento Hamartolus, hoc est Peccator, quod cognomentum ipsemet sibi ex modestia sumpsit. Scripsit Chronicon ab Orbe condito usque ad Michaelem Theophili Imperatoris filium, hoc est ad annum. 842. quo Michael Imperator est renunciatus. Integrum nondum Lucem vidit, partes tamen quasdam illius, et fragmenta habemus a Petavio, Lambecio, Gretsero, Allatio, Radero, alijsque sparsim edita. Allatius Lib. de Ætate et interstitijs Ordinum apud Græcos pag. 108. minime contemnendum Auctorem esse monet, atque ex eo Cedrenum, Glycam, aliosque posteriores Chronologos profecisse observat.

pag. 155.

Hippolytus Thebanus Seculi XI. Scriptor Chronicon a Christo nato ad sua usque tempora scripsit, quod similiter nondum in lucem prodijt, exceptis Fragmentis, de quibus Fabritius in hac ipsa Bibliotheca Lib. V. Cap. I. pag. 212.

Vide Tom. XII. pag. 771.
In Lect. Canisij Ingolstadiensi Tom. III. pag. 35. in Amstelodamensi vero Tom. III. pag. 26. Hippolyti Thebani chronicon in lucem prodijsse. Græc. Lat.

Georgius Cedrenus, Monachus scripsit Chronicon ab Orbe condito ad annum usque 1057. Editiones Græc. Lat. Basileæ. 1566. fol. cum Xylandri versione. Parisijs. 1647. fol. in qua Lacunæ tres ingentes, aliæque supplentur a Carolo Annibale Fabrotto.

Tom. X. pag. 242
Cedrenus nihil fere egit aliud, quam e quatuor vel quinque Scriptoribus descripta repetere teste Allatio in Diatriba de Georgijs.

pag. 156.

Joannes Zonaras Constantinopolitanus ex Præfecto Vigilum, et primo a Secretis, Monasticam vitam amplexus, Annales conscripsit ab Orbe condito ad annum usque 1118. divisos in partes duas, et Libros XVIII. quos tamen Hieronimus Wolfius perperam secuit in partes tres, contra divisionem Operis genuinam, in Edit. Græc. Lat. Basileæ. 1557. fol. Cangius vero restituit in Editione Græc. Lat. Parisijs. 1686. fol.

Tom. X. pag. 242.
Zonaras in Imperatorum Historia libenter sequitur Dionem, ita ut ipse ex Zonara liceat conjicere quid Dio senserit vel scripserit in ejus Libris deperditis. Cetero suopte marte et ingenio Chronicon contexuit.

Michael Glycas, Siculus scripsit et ipse Annales ab Orbe condito usque ad annum eundem 1118. Editiones Græc. Lat. Basileæ. 1572. 8. et Parisijs. 1660. fol.

Vide Tom. IX. pag. 216.
Theodoro Metochitæ falso attributum Librum III. Annalium Michaelis Glycæ sub titulo Romanæ Historiæ a Julio Cesare ad Constantinum Magnum vulgatamque a Joanne Meursio Lugd. Batav. 1618. 4.
Vide insuper Tom. X. pag. 228. Glycam non Siculum, sed Byzantinum patria circa annum 1150. vixisse, ex observatione Joannis Boivini, et pro Σικελιώτου legendum esse ~~Σικυδώτου~~, ~~…~~ Σικυδιώτου, sive Σικυδίτου; quod illi nomen fuit apud Nicetam. Glycæ vero tunc nomen assumpsit, cum habitum Monasticum induit.

pag. 157.

Constantinus Manasses post Glycam scripsit circa annum 1150. Chronicon ~~…~~ ab Orbe condito ad annum usque 1081. seu σύνοψιν χρονικὴν, non prosa sed versibus prosæ simillimis, quos politicos Græci recentiores appellant. Annales suos, sive σύνοψιν ἱστορικὴν ad Irenem Andronici Comneni uxorem, de qua Cangius in Familijs Byzantinis pag. 181. scripsit Manasses (hic Andronicus Isaaci Comnini filius Alexij) Editiones Græc. Lat. Lugd. Batav. 1616. 4. et inter Historiæ Byz. Scriptores, Parisijs. 1655. fol.

Nepos ab mense Nov. anni 1183. ad Sept. 1185. Constantinopoli imperitavit.

pag. 157. seqq.

Inediti insuper extant in abditis Bibliothecarum Græci quidam Chronici

Joannes Siculus, qui Chronicon scripsit ab ab Orbe condito, usque ad imperium Michaëlis Theophili filium, sive ad annum. 866., estque fortassis ὁ Σικελιώτης, quem sequutos sese testantur Cedrenus, ac Joannes Scylitzes. Codex M.S. fuit in Biblioth. Palatina, quo usum se testatur Frid. Sylburgius in Præfat. ad Saracenica sua

Georgius Acropolita, scripsit ab Orbe condito usque ad captam Urbem Constantinopolim. Codex M.S. in Biblioth. Scorialensi: Chronologia Constantinopolitana apud Carthusianos in Urbe Neapoli, memoratus Allatio pag. 362. de Georgijs.

Simeon Magister et Logotheta Chronicon conscripsit ab Adamo ad Constantinum Porphyrogennetum, sive ad annum. 911. ex varijs Chronicis et Historijs collectum. Codex M.S. Regis Christianissimi, quo usus est Cangius in Glossario Græco alijsq; in scriptis, desinit in Leone Armeno, cum Theophane, cui in multis consonat qui imperare cœpit anno. 813. Codicis Messanensis et Scoriacensis mentionem facit Labbeus in Protreptico Hist. Byz. pag. 30.

Simeon Sethus scripsit Historiam Chronicam lingua Græca vulgari a creatione mundi usque ad imperium Constantini Ducæ, quod cœpit anno. 1060. ut Tom. VI. Annal. Ital. pag. 209. M.S. Codex memoratur inter Libros, qui in Patriarchio Constantinopolitano servantur Vide Reinerij Epistolas ad Hofmannum. pag. 409. et Allatium de Simeonibus pag. 184.

Theodosius Melitinus Chronicon scripsit, cujus Fragmentum de nuptijs Theophili Imp. et Theodoræ ex Paphlagonia oriundæ, extat post Epitomen Historiæ Æthiopicæ Heliodori de Theagene et Chariclea Francofurti. 1584. 8. curante Martino Crusio, qui Codicem M.S. celebrat a Constantinopoli Tubingam Wirtembergensis Ducatus Urbem Academia et Collegio Ducali nobilem a Stephano Gerlachio allatum.

Ephræmus Constantinopolitanus, sæculi XIV. initio, ut videtur, clarus, scripsit Chronicon versibus Iambicis quod passim citat Allatius.

Georgius Cumnus Byzantinus scripsit Historiam Rhythmicam a creatione rerum ad Davidis et Salomonis Regnum, ex Vorlerij supplemento, qui id extitisse Constantinopoli sua ætate M.S. testatur, idque memorat Allatius Diatriba De Georgijs p. 345.

Historiae Byzantinae Corpus Parisijs recusum
proponente Philippo Labbe Biturico S. J.
Sacerdote anno 1648.

pag. 261.

Dexippus Dexippi filius, cognomine Herennius, Atheniensis, Rhetor, sub Valeriano, Galliano, Claudio II. et Aureliano Impp. clarus, teste Suida, (Valerianus et Gallienus anno 253. imperare coeperunt: Aurelianus desijt anno 275.) Chronicam Historiam, et Scythica composuit. Chronicae Historiae Libros citari usque ad XII. apud Scriptores compertum est; quod Opus a temporibus mythicis ad suam usque aetatem perduxit. Scripsit quoque Libros IV. De rebus post mortem Alexandri M. Arriano in plerisque consimiles, ut testatur Photius Cod. 82. Hoc usi sunt Lampridius, Capitolinus, Trebellius Pollio, Eusebius, Evagrius, et Syncellus. Ducem etiam exercitibus gessit, ut Trebellius Pollio testatur in Gallienis Cap. 13. Eiusdem tantum extant Excerpta de Legationibus, Constantini Porphyrogeniti jussu a Theodosio quodam facta ex ejus, ut videtur, Scythicorum Opere.

pag. 262.

Eunapius Sardianus Lydus teste Photio Cod. 77. Dexippi Historiam continuavit, produxitque Libris XIV. a Claudio II. usque ad sua tempora, sive Honorij et Arcadij imperium, post Theodosij mortem coeptum anno 395. Hanc Historiam excripsit Zosimus Libris VI. Solum tamen superest de Legationibus, Fragmentum ex Eunapij Libris; qui Christianis Imperatoribus iniquiores, Julianum miris laudibus efferebant. Scripsit insuper Eunapius Sophistarum Vitas, quae adhuc extant. Editio Graec. Lat. De Vitis Sophist. Heidelbergae 1596. 8. Recusa Coloniae Allobrog. seu Genevae 1616. 8. additis Excerptis de Legationibus.

pag. 264.

Petrus gente Illyrius, Patria Thessalonicensis, Rhetor seu Advocatus Constantinopolitanus, prudentiae et eloquentiae laude insignis, auctoritate apud Justinianum Imperat. plurimum valuit; unde et Christianus fuisse conijcitur. Ex ejusdem Petri Historijs supersunt Excerpta de Legationibus, quae incipiunt a Legatione Parthorum ad Tiberium, desinunt in Legatione Barbarorum ad Julianum Apostatam.

pag. 233.

Priscus Panites, seu ex Panio Oppido, teste Suida, Thrax Theophani, et auctori Chronici Alex. auctoritate Rhetor, Sophistae appellatus in Urbe Constantinopolitana Theodosii II. seu Junioris ad Attilam Legatus, ut ex Jornande de rebus Geticis Cap. 34. Libros VII. Historiae Byzantinae, et de Bello adversus Attilam scripsit; atque ultra annum XV. Leonis Thracis Imperatoris, Christi 471. vixisse demonstratur. Scripsit praeterea Declamationes Rhetoricas, atque Epistolas, Suida auctore. Unice tamen supersunt Excerpta de Legationibus ex Historia Byzantina.

pag. 236.

Malchus patria Philadelphiensis, teste Photio, Syrus, Sophistam egit Constantinopoli, teste Suida, religione Christianus, teste eodem Photio, scripsit stilo eleganti Libros VII. Historiarum ab extremis Leonis I. Imp. temporibus, in quibus desinit Priscus, sive ab anno 457. usque ad necem Julij Nepotis occisi anno 480. Alias res anteas scripserat, ut testatur in exordio hujus Operis, et a Constantino Magno auspicatus refert Suidas ad Anastasium usque, qui anno 491. imperare coepit, desijt anno 518. Duo supersunt ex tota ejus Historia Legationum Eclogae, sive Excerpta. Quarum posterior priori Operi supradicto, prior posteriori pertinere videtur.

Menander cognomento Protector, a gradu ita dictus, de qua dignitate Cangius in Glossarijs, Euphratae Byzantini filius fuit. Scripsit Libros VIII. Historiarum ab anno Justiniani Imp. 33. Aerae vulg. 560. ubi desinit Agathias, usque ad Tiberij II. excessum, seu annum 582. a quo auspicatur Theophylactus Simocatta. Hujus Historiae supersunt tantum Excerpta, seu Eclogae Legationum.

Theophylacti Simocattae, de quo infra iterum sermo erit, Excerpta Legationum subsequuntur. Sed cum ejus Historiarum Libri VIII. etiamnum supersint, plura de eodem dicemus suo loco.

Post hæc de Legationibus Excerpta, sequuntur in Corpore Hist. Byz. Photij sequentes Eclogæ ex Olympiodoro, Candido, Theophane Byzant. et Nonnoso.

pag. 237.

Olympiodorus ex Thebis Ægypti oriundus, licet a Christi sacris, teste Photio, alienus et Theodosij. II. ad Hunnos Legatus. Scripsit Commentariorum Libros. XXII. quorum Excerpta tantum supersunt a Photio nobis servata. Cod. 80. Prodiere typis Tom. III. minorum Hist. Rom. Scriptorum Francofurti. 1590. fol. atque nunc rursus in hac Editione. Ordiebantur a rebus gestis ab anno 407. Honorio. VII. et Theodosio jun. Coss. ad annum usque. 425. quo Valentinianus III. renunciatus est Augustus, ibique fere incipiunt, ubi desinit Zosimus.

pag. 239.

Candidus Isaurus sub Anastasio, ut videtur, scripsit Libros III. Historiarum ab auspicijs Leonis Thracis, seu ab anno. 457. usque ad obitum Zenonis Isaurici, seu ad annum. 491. quo ei successit Anastasius, imperiumque tenuit ad annum usque. 518. Christianus fuit hic Scriptor; ejus tamen Historiæ nihil superest præter fragmenta a Photio Cod. 79; et a Suida nobis servata.

Theophanes Byzantius diversus a Theophane Isauro, seu Confessore, eoque multis, ut videtur, annis antiquior, et sub Mauritio forte Imperat. clarus, qui imperare cœpit anno. 582. desijt anno. 602. scripsit Libros. X. Historiarum, præter Commentarios de rebus Justiniani Imperat. quorum ipsemet Lib. I. Hist. meminit. Historiarum Libri. X. incipiunt ab anno. II. Justini junioris, seu ab anno. 567., desinunt in annum. XII. ejusdem Justini, seu annum. 577. Excerpta ex illis servavit Photius Cod. 64.

Nonnosus, Christianus Scriptor, sub Justiniano Imperat. et ejusdem ad Æthiopum Regem Elesbaam Legatus, Nonnosi nepos Anastasij nomine ad Aretham Saracenorum Præfectum Legati, filiusque Abrahami Presbyteri Legati Justini Thracis, et Justiniani nominibus ad Alamundarum, et Caisum Saracenorum Præfectos, Historiam scripsit Legationum suarum, cujus argumentum et ex illa Excerpta nobis servavit Photius Cod. 3. quæ tamen in Labbei Eclogis, nescio quomodo, omissa sunt.

pag. 240.

Hesychius cognomento Illustris, quod cognomentum non proprium, sed Dignitatis, de qua præ alijs vide Cangium in Glossario Græco, patria Milesius fuit, Hesychij Advocati et Sophiæ filius, religione Christianus; qui Justiniani Imperat. temporibus scripsit Historiam Chronicam, sex τμήμασι, seu διαστήμασι, idest Sectionibus, seu Intervallis distinctam. Sectio. I. continebat res, quæ a Belo Assyriorum Rege, bellum Trojanum ante= cesserunt. Sectio. II. ab Ilio capto ad Romam usque conditam. Sectio. III. ab Urbe Condita usque ad Consules creatos Olympiade. 68. Sectio. IV. a Consulum initio usque ad Julium Cæsarem. Sectio. V. a Julio Cæsare usque ad Constantinopolim a Constantino M. instauratam. Sectio. VI. a Con= stantino M. usque ad excessum Anastasij Imp. seu annum. 518. Vide Photium Cod. 69. et Suidam in Hesychio. Ultimæ, seu VI. Sectionis initium ad nos pervenisse putant, viri docti, sub titulo: Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως. Hanc primus edidit Georgius Dousa Heidelbergæ 1596. 8. Græc. Lat. sub Georgij Codini nomine, qui eam excerpsit ac servavit, qui postremis Palæologorum temporibus Constantinopoli floruit. Editiones aliæ Græc. Lat. Genevæ. 1607. 8. Lugduni Batav. 1613. 8. ac postremo in præsenti Editione.

Superest insuper ejusdem Hesychij Libellus de viris illustribus, sive de his qui eruditionis fama claruerunt, digestus ordine nominum Alphabetico, et ipsem passim verbis, quibus utitur Laertius, pauca quædam de illis perstringens. Prodijt primum Græce Antwerpiæ 1572. 8. Plantinianis typis. Postea Græc. Lat. ad calcem Laertij apud Henr. Steph. 1594. 8. et Genevæ cum eodem Laertio. 1615. 8. Postremo inter alia Hesychij Opuscula Lugd. Batav. 1613. 8.

Plantiniana Edit: constat Scel. 7½.

pag. 247.

Excerpta e Suida bene multa hic succedunt in Corpore Hist. Byz. de rebus Constantinopolitanis, quæ vide ibi.

pag. 248.

<u>Procopius</u> ex Cæsarea Palæstinæ, Rhetor, ac Sophista Constantinopolitanus, quem aliqui inter Ethnicos, alij inter impios, nulliusque Religionis homines numerantes nec bene Gentilem neque prorsus Christianum esse opinati sunt; Fabritius tamen inter Christianos, et quidem Catholicos recensere non dubitat. Sub Justino Seniore, et Justiniano Belisarij Notarius, Comes, et Consiliarius fuit, ejusque expeditioni Vandalicæ inter cæteras interaerat anno. 533. Justiniani. VII. Cooptatus inde in Senatum, Præfecturæ etiam Urbanæ Constantinopoli admotus est. anno. 562. Justiniani. 36. Sexagenario major, ut videtur, vitam cum morte commutavit. Libros. VIII. Historiarum accurate, diserte, atque eleganter scripsit. Horum primos 4. <u>Persica</u> inscripsit, posteriores. 4. <u>Gothica</u>; melius tamen ex primis. 4. duo posteriores <u>Vandalica</u> inscribi poterant; primis enim duobus revera res Persicas memoriæ prodit ab anno. 408. usque ad. ~~549~~ 549. 550. Justiniani. ~~24~~. 23 postremis vero duobus Vandalica in Africa ab anno. 395. usque ad. 545. Justiniani. 19. Postremis quatuor Libris tradit res Gothicas in Italia gestas ab anno. 487. usque ad. 552. Justiniani. 26. Editio Græc. Lat. Parisijs. 1663. aut 62. fol. 2. Vol. curante Claudio Maltreto Soc. Jesu

Scripsit insuper Libros. VI. de Ædificijs conditis vel restauratis auspicio Justiniani Imper. quæ prodierunt Græc. Lat. in dicta Editione Maltreti. Extat demum Liber inscriptus: Ἀνέκδοτα, seu <u>Historia arcana</u>, qui Procopio tribuitur, et tamquam Liber. IX. ejusdem Historiarum enumeratur, ubi quantas in laudem Justiniani et Belisarij alibi Procopius scripserat, eodem calamo tantas tamque acerbas criminationes congessit, ut Franciscus Quietus non a Procopio scriptum, sed suppotititium et alienum opus esse contenderit. Verum Fabritio hoc minus arrisit, atque Procopio omnino illud vindicandum esse opinatus est. Prodijt hic Liber Græc. Lat. Lugduni. 1624. fol. curante Nicolao Alemanno, Coloniæ. 1669. fol. Helmstadij. 1654. 4. et in dicta Parisiensi Procopij Operum Editione Maltreti. 1663. fol. Editio Helmstadiensi 1654. constat Scut. 2½. Lugdunensis vero Scut. 4.

Agathias è Myrinae Æolidis Civitate, seu Myrinaeus, non Smyrnaeus, ut perperam post Syncellū pag. 181. aliquibus videri potest, Memnonij Rhetoris, ac Periclae filius, professione Scholasticus, Religione Christianus, Libros. V. Historiarum, seu de rebus gestis Justiniano imperitante, incipiens ab anno. 553. ubi desinit Procopius, usque ad annum. 559. Justiniani. 33. conscripsit; idque post Justiniani mortem, seu post annum. 565. neque eos edidit ante annum. 593. ut testatur Evagrius Lib. V. Editiones Graec. Lat. Lugd. Batav. 1594. 4. — constat Saec. 4. curante Vulcanio. Recusa splendide Parisijs 1660. fol.

pag. 278.

Paulus Cyri fil. Flori Nepos, cognomento Silentiarius, ex Dignitate; siquidem Justiniani Imp. Silentiariorum, seu Secretariorum Primicerius fuit, nobilitate generis, opibusque illustris nec minus ingenio ac doctrinae laude praestans, Descriptionem pulcherrimam Hexametris versibus composuit Templi S. Sophiae a Justiniano Imp. dedicati anno ejusdem Imperij. 37. Aerae vulg. 563. Cujus Descriptionis Proœmium constat jambicis versibus. 134. ex eis vero constat eum fuisse Christianum. Edit. Graec. Lat. Parisijs. 1670. fol. ad calcem Jo: Cinnami

pag. 280.

Theophylactus Simocatta Ægyptius, et Petro Ægypti Praefecto cognatione junctus, religione Christianus, ut ex multis ejus Historiarum locis constat, scripsit extremis Heraclij temporibus, circa annum. 628. Libros. VIII. Historiarum Universalium, ut ait Eustathius, non enim unius gentis res complectitur. Auspicatur vero ab anno. 582. ubi desinit Menander Protector usque ad annum. 602. quo Mauritius Tiberij. II. successor a Phoca interfectus est; a quo anno, ut infra patebit, Theophylacti Historia continuatur a Nicephoro Patriarcha Constantinopolitano in suo Breviario Historico usque ad annū. 770. Editio Graec. Lat. in praesenti Corpore Hist. Byzant. Plures alij Theophylacti extitere, inter quos Bulgarorum Archiepiscopus celeberrimus Saeculi XI. scriptor, atq; insignis Operis in rē Ecclesiastica auctor clarus; Byzant. Historiae inseri consuevit ejus Liber De Institutione Regia

pag. 293.

Nicephorus Constantinopolitanus ~~Quicumque~~ Patriarcha in locum Tarasij anno. 806. creatus, et anno. 815. ob propugnatum Imaginum cultum depositus, atque inde Homologeta seu Confessor a Graecis dictus in Monasterio decessit anno. 828. Praeter Chronologiam compendiariam, de qua dictum est supra pag. 183. scripsit Breviarium Historicum a Mauritij nece, seu ab anno. 602. in quem desinit Theophylactus Simocatta usque ad Leonis. IV. et Irenes nuptias, seu ad annum. 770. Editiones Graec. Lat. Parisijs. 1616. 8. curante Dionys. Petavio, deinde in praes. Corpore Histor. Byzantinae

pag. 300.

Nicephorus Gregoras Byzantinus anno. 1351. a Callisto Patriarcha in Synodo Constantinopolitana cum caeteris Acyndini sectatoribus damnatus, in Monasterio consenuit, obijtque post annum 1359. in quo desinit ejus Historia. Scripsit Historiae Byzantinae Libros. XXXVIII. Editio Graec. Lat. Parisijs. 1711. fol. 4. Vol. Comprehendit vero res gestas a capta per Venetos et Balduinum Constantinopoli anno. 1204 usque ad annum. 1359.

pag. 343.

Nicephorus Bryennius. IV. Caesar, Nicephori Bryennij. II. descendens, et maritus Annae Comnenae, filiae Alexij Comneni Imperat. defunctus circa annum. 1137. scripsit Libros. IV. Commentariorum de rebus Byzantinis ab anno. 1057. usque ad annum. 1081. Editio Graec. Lat. Petri Possini Soc. Jes. in Corp. Hist. Byz. Parisijs. 1661. fol. ad calcem Procopij

Tom. XIII. pag. 813.
Hudsonus Tom. IV. Geographorum Minorum ita de Nicephori Gregorae opere inedito in Dionysium Periegeten:

Nicephorum Gregoram in Dionysium, quem in lucem proferre semel iterumque proposui, Bibliothecarum latebris recondi in aeternum relinqui: utpote qui hoc solum praestiterat, ut Periegeta carminis vinculis liberaretur, eiusque ex oratione bona ligata, fieret soluta non bona.

Sequitur Volumen Scriptorum post Theophanem Isaurum seu Confessorem, qui ab anno. 813. in quem desinit Theophanes, ut supra pag. 151. observatum est, Historiam Byzantinam produxerunt usque ad Nicephorum Phocam Imperat. seu ad annum. 967. prodieruntque Parisijs. 1685. fol. cum recensione, et versione Francisci Combefisij, quamvis post ejus fata, hoc ordine:

pag. 349.

Anonymus, qui incerta conjectura Leontius Byzantinus vocatur a Labbeo in Protreptico pag. 14. et. 46. Chronicon Theophanis continuavit

jussu Constantini Porphyrogenneti Libris. IV. ab anno. 813. usque ad annum. 868.

Constantinus Porphyrogennetus Imperator anno. 959. extinctus, Opusculo de Vita Basilij Macedonis Avi sui, dicti Anonymi Chronicon continuavit ab anno. 868. usque ad annum. 886. #

pag. 350.

Anonymus alius, diversus a supradicto, ut videtur, et succinctior, continuavit Chronicon Constantini ab anno. 886. quo Basilio Macedoni successit in Imperio Leo Philosophus ejus filius, usque ad Romanum Juniorem ejusdem Constantini Porphyrogenneti filium, qui ei successit anno. 959.

Anonymi alterius Dissertatio contra Iconomachos scripta circa annum. 745.

Joannis Monachi Hierosolimitani narratio de origine motuum Iconoclastarum.

pag. 351.

Fragmentum de revelata excisione ac diriptione Thessalonicæ, S. Demetrij Martyris.

Joannis Cameniatæ Tessalonicensis narratio diserta et elegans scripta anno. 904. ad Gregorium Cappadocem, de Thessalonicæ excidio, cui Joannes ipse interfuit, et quam illo ipso anno cepit Leo Tripolites Agarenorum Dux.

Demetrij Cydonij Comploratio Thessalonicensis, de Civibus, qui in dissidijs, seditione ac tumultu intestino Thessalonicæ perierunt anno. 1342. sub imperio Joannis Cantacuzeni.

Pars, seu Fragmentum Vitæ Basilij Junioris Anachoretæ Constantinopolitani anno. 944. vel. 952. extincti, a Gregorio ejus Discipulo scripta, et de Constantini Ducæ clade et interitu, quem, Constantino Porphyrogenito adhuc puero, ad imperium vocare Nicolaus Patriarcha, et alij quidam instituerunt. Integram hanc Vitam vulgavit Henschenius Tom. III. Act. Sanctor. ad. 26. Martij pag. 668. latine ex versione Combefisij, et Græce ad calcem Voluminis pag. 24. Antuerpiæ. 1684. fol.

Hoc eodem Tom. VI. pag. 486. et segq. extant sequentia Constantini Porphyr. Opera

Liber de administrando Imperio ad Romanum filium. Edit. Græc. Lat. Lugd. Bat. 1610. 8. et cum cæteris ejusscriptis Lugd. Bat. 1617. 8. Agit in hoc de omnibus Populis, quarum [origines, mores et instituta, pacis belliq; exponit] ubicunque sunt non, et plerorumque quid est.

Liber Tacticus, mari terraque pugnantium ordinationem continens. Edit. Græc. Lat. Lugd. Bat. 1617. 8. qui constat Scel. 12½.

Libri. II. Thematum, seu Præsidiorum, et Provinciarum Imperij Orientalis et Occidentalis. Editio Libri Primi Græc. Lat. Lugd. Bat. 1588. 8. curante Vulcanio. Edit. Libri Secundi Græc. L. Parisijs. 1609. 8. Uterque editus est Lugd. Bat. 1617. 8. et alibi.

Novellæ Constitutiones. XIII. Edit. Græc. Lat. Lugd. Bat. 1617. 8. Constitutio. II. est De restitutione pretij Militarium Prædiorum. itq. aliæ Constitutiones ibi.

Narratio de imagine Christi ab ipso ad Avgarum Edessæ Regem missa, et Edessa Constantinopolin translata anno. 944. Edit. Græc. Lat. Parisijs. 1664. 4. curante Combefisio.

Excerpta Historico-Politica, et Moralia ex probatissimis quibusque omnis ætatis Historicis Constantini consilio et auspicijs per varios viros peritos conquisita, et in Titulos. LIII. disposita, ex quibus duo tantum, neque illi integri plane ad nos pervenere, nempe. XXVII. De Legationibus et. L. De Virtute et Vitio. Hunc postremum titulum, seu ejus priorem partem eruit ex Tabulæ Cipro Nic. Fabricius Peiresius, communicavitque Henrico Valesio, qui Græc. Lat. vulgavit Parisijs 1634. 4.

Excerpta de Legationibus seu eorum pars inventa sunt in Sicilia missaque ad Fulvium Ursinum ab Antonio Augustino Archiepisc. Tarraconensi, qui edidit Antuerpiæ 1582. 4. apud Christoph. Plantinum

Collectio de Veterinaria Medicina Libris. II. eidem Constantino debetur. Edit. Latina Parisijs 1530. fol. Græca Basileæ. 1537. 4.

Geoponica demum, seu de re Rustica Libri XX. ejusdem Constantini jussu et auspicijs collecti sunt, quorum priores. XII. sunt De Agricultura, Postremi. VIII. De cura rei Pecuariæ. Editio Græca unica Basileæ. 1539. 8. apud Robertum Winter. Editiones Latinæ Basileæ. 1538. 8. apud Frobenium, Venetijs eodem anno. et Lugduni 1541. 8. Græc. Lat. demum Cantabrigiæ 1704. 8. Editio præclara.

Constantino postremo debentur Vitæ Sanctorum tam Orientalium, quam aliorum collectæ ejus jussu a Simeone Magistro et Logotheta, cognominato Metaphraste.

Porro pag. 623. Constantini hujus Opus est Cerimoniale ad Romanum filium suum, quod extat M. S. Francofurti ad Mœnum apud Zachariam Conradum ab Uffenbach, cuius Titulus Græce hic producitur

pag. 1352.

Simeon Magister et Logotheta, non metaphrastes ille, de quo postea dicendum est, sed idem cum eo, de quo supra pag. 158. observatum est, inter ineditos Chronicos extant ineditum Chronicon ab Adamo, usque ad Constantinum Porphyrogenitum, sive ad annum. 911. scripsit praeterea Annales a Leone Armenio usque ad Nicephorum Phocam, sive ab anno. 813. in quem desinit Theophanes, usque ad annum. 967.

pag. 1353.

Georgius Monachus, quo clauditur Combefisiana Collectio, scripsit Vitas Leonis Armenij, aliorumque Imperatorum Orientis usque ad Romanum Lecapenum, qui obijt anno. 948.

pag. 1364.

Leo. VI. Basilij Macedonis filius, Constantini Porphyrogeniti ex Zoe. 4. coniuge pater, Photij discipulus, atque ab eo omni scientiarum genere imbutus, adeoque Sapiens et Philosophus nuncupatus (diversus tamen ab alio Leone Philosopho notato pag. 1366.) Imperium consecutus Calendis Martij anno. 889. obijt. 11 Maij anno. 911 Oracula. XVII. Graec. iambicis edita falso eidem attribui credendum est, siquidem apparet ea diu ante Leonis aetatem iactata fuisse, et Leoni Philosopho spectare, qui sub Theophilo Orientis Imperat. vel paulo ante conjector et Astrologus celeberrimus fuit. Theophilus vero imperare coepit. anno. 829. desijt anno. 842.
Extant tamen Leonis VI. Imper. Orationes. 33. eius Epistola ad Omarum Saracenum de fidei Christianae veritate; extat praeterea eius Canticum Compunctionis ex meditatione extremi Judicij, et Carmen Iambicum de misero Graeciae statu.
Tactica, seu de Re Militari, sive Constitutionum Militarium Breviarium insuper scripsit idem Leo Sapiens. Editio prima Basileae. 1554. 12. altera Lugd. Batav. 1612. 4. Scripsit demum et Naumachica de quibus videndus est Fabritius hoc loco pag. 372. usque. 379.

pag. 386.

Joannes Scylitzes patria Thracesius, seu ex Asia Minore, quæ provincia Thracesia scilicet appellata est, ut auctor est Constant. Porphyr. Lib. 1. de Thematibus seu Provinciis Imper. Constant. clarus erat adhuc anno 1081. in quo desinit posterior pars ejus Historiæ. Cum Protovestiarii munus exerceret Scylitzes, scripsit Compendium Historiarum a Nicephori Imperatoris obitu, seu ab anno 811. ad initium Imperii Isaaci Comneni, seu ad annum 1057. Quam Historiam cum vidisset legissetque æqualis ejus Georgius Cedrenus, in suum Compendium Historiarum maxima parte retulit. Scylitzes vero Compendium istud græce nondum vidit lucem, extat tamen latine ex versione Jo: Baptistæ Gabii Venetiis 1570. fol. Rarius obvia est hæc editio, inscribiturque hoc titulo: Joannis Curopalatatæ Scillizzæ Historiarum Compendium, quod incipiens a Nicephoro Imperat. a Genicis (hic est qui e Generali Logotheta Imperator factus est) obitu, ad Imperium Isaaci Comneni pertinet.

Postea, cum Cedrenus opus suum jam vulgasset, ac Scylitzes interim auctus esset Magni Drungarii Vigiliarum, et Curopalatæ dignitate, Historiam suam iterato edidit, atque ad Alexii Comneni initia, hoc est ad annum 1081. continuavit. Hæc pars posterior sola prodiit Græc. Lat. ad Cedreni calcem Parisiis 1647. fol.

pag. 390.

Anna Comnena Porphyrogenita, et Cæsarissa, soror Joannis Comneni, Alexii Comneni Imperatoris et Irenes primogenita filia, nata anno 1083. atque, extincto ante nuptias Constantino Duca, qui ipsi desponsatus fuerat, uxor Nicephori Bryennii Cæsaris anno 1137. defuncti, de quo supra pag. 142. Extat ejus, acri profecto supra sexum judicio ac singulari elegantia conscriptum opus Alexiados, sive de rebus Alexii Comneni Parentis sui, Libris XV. absolutum, circa annum 1148. cum ætatis annum ageret 65. Opus hoc incipit ab anno 1069. annis nempe 12. antequam Alexius imperii fasces adipisceretur; desinit in ipsius Alexii obitu, quod contigit 18. Cal. Sept. 1118. Editio Græc. Lat. Parisiis 1651. fol. curante Petro Possino. Notæ vero Cangii ad Alexiadem prodiere Parisiis 1670. fol. ad calcem Joannis Cinnami.

pag. 392. et segq. sequuntur

Alexij Comneni Versus Politici, et Novella de Electioni Episcoporum. Isaaci Comnini Scholia in Homerum. Manuelis Comneni Legatio missa anno. 1170. ad Norsesin Catholicu, sive Generalem Episcopum Armeniorum. Andronici Comneni Dialogus contra Judeos.

pag. 396.

Joannes Cinnamus, ita enim rectius scribitur, quam cum Labbeo Sinnamus, Grammaticus Βασιλικὸς, hoc est Notarius in aula Constantinopolitana, scripsit Libros VI. Historiæ Byzantinæ, quorum primo continetur Compendium de rebus gestis a Joanne Comneno, ab anno. 1118. quo Alexio ejus Parenti in Imperio successit, ad annum usque. 1143. quo ei successit Manuel Comnenus. Quinque reliquis uberior enarratio comprehenditur de Imperio et rebus gestis Manuelis Comneni Joannis filii usque ad apparatum ad obsidendum Iconium, sive ad annum. 1186. quibus idem Joannes Cinnamus magnam partem interfuit, ut ipsemet testatur Lib. I. Cap. I. Editione Græc. Lat. Trajecti ad Rhenum. 1652. 4. curante Cornelio Tollio, in Libros IV. tantum universum Opus distribuente. Deinde Parisijs. 1670. fol. curante Cangio, atque Opus ipsum, ut par erat, in Libros VI. partiente. Dictio hujus Scriptoris ab omnibus celebratur pura ac terra, et Xenophontis, quem initio Operis laudat, æmula. Sed non tantum ob stilum, sed etiam ob res laudatur a Reinesio in Epistolis ad Borium pag. 119. tangit enim, inquit Reinesius, subinde gesta Imperatorum Occidentis, quæ apud Historicos ejus temporis sive Italos sive Germanos frustra quæras. Pontificem Romanum graviter perstringit Lib. V. pag. 127. seq. indigne ferens eum sibi vindicare potestatem creandi Imperatores, et Majestati eorum tam exiguam rationem habere.

Nicetas Acominatus, Colossensis, sive Choniates, Colossæ enim Phrygiæ Civitas, sequioribus temporibus Chonæ, hodie Chonead dictæ sunt, ad quas S. Paulus Epistolam misit. Magnis dignitatibus in aula Constantinopolitana functus est. Verum captae a Latinis anno. 1204. Constantinopoli, Nicæam cum uxore gravida Liberisque profugus, ibi diem obijt supremum, non ante annos postremos Henrici Græcorum Imperatoris, defuncti anno. 1216. Vitam Nicetæ scripsit Michael Choniates ejus frater major natu, sed illi superstes, Metropolita Atheniensis, in Monodia, seu Lamentatione super ejus obitum, quæ Græce nondum prodijt, Latine vero extat ex Petri Morelli versione una cum Libris Hist. Parisijs. 1566. fol. et in Corp. Hist. Byzant. latino. Francofurti. 1568. fol. et alibi. Extant ejusdem Nicetæ Libri. XXI. Historiæ Byzantinæ, Libere et eleganter scripti, videlicet

Lib. I. De Joanne Comneno ab anno. 1118. ad. 1143. Liber. I.
Lib. II. usque VIII. De Manuele Comn. Jo: filio ab. anno. 1143. ad. 1180. Libri VII.
Lib. IX. De Alexio Comneno Man. filio ab anno. 1180. ad. 1183. Liber. I.
Lib. X. XI. De Andronico Comneno ab anno 1183. ad. 1185. Libri II.
Lib. XII. XIII. XIV. De Isaacio Angelo, ab anno. 1185. ad. 1195. Libri III.
Lib. XV. XVI. XVII. De Alexio Angelo Isaacii fratre. ab A. 1195. ad 1203. Libri. III.
Lib. XVIII. De Isaacio Angelo, qui excæcatus pridem a fratre Alexio post illius fugam Imperator iterum cum Alexio filio salutatur A. 1203. Liber. I.
Lib. XIX. De Alexio Duca, Murzuflo, sive supercilioso. anno. 1204. Liber. I.
Lib. XX. De rebus post expugnatam a Latinis Constantinopolim 12 Aprilis 1204 Liber I.
Lib. XXI. De Imperio Balduini, Flandri. ab anno. 1204. ad. 1206. Liber. I.

Editiones. Græc. Lat. Basileæ. 1557. fol. curante Hieronymo Wolfio. Recusa Genevæ accuratius. 1593. 4. curante. S. G. S. idest Simone Goulartio Silvanectensi et Parisijs. 1647. fol. curante Carolo Hannibale Fabrotto. Extat etiam pars posterior Historiarum ejus inedita in Bibliotheca Bodlejana num° 22. divisa in Libros II. Liber prior incipit a Cap. VIII. Lib. III. Posterior a verbis istis εἶχε μὲν δὴ ὧδε ταῦτα Capitis. I Libri de Constantinopoli statu; quorum specimen Græc. Lat. dat hic Fabricius. Scripsit præterea in exilio post captam a Latinis Constantinopolim, Thesaurum Orthodoxæ Fidei Libris. XXVII. quibus post expositam salutarem doctrinam, omne genus Hæresium Schismatumque ad suam usque ætatem persequitur, et testimonijs veterum Ecclesiæ doctorum, vel proprijs argumentis confutat. Operis hujus eximij primores tantum Libri. V. editi extant latine, interprete Petro Morello Turonensi Parisijs. 1561. 1579. 1610. 8. et alibi. Totum vero Opus Græce extat non uno in loco et propter molem hactenus lucem, quam meret haud vidit, quoniam duo Volumina in fol. facile compleret.

pag. 448.

Georgius Acropolita, Constantinopolitanus natus anno 1220. scripsit Epitomen, sive Historiam compendiariam de ijs quæ acciderunt a capta anno 1204. a Latinis Constantinopoli, usque ad eandem anno 1260. a Michaele Palæologo iterum recuperatam, et Latino nomini ereptam. Editiones Græc. Lat. Lugd. Batav. 1614. 8. et Parisijs 1651. fol. curante Leone Allatio, accuratior, ac plenior.

pag. 456.

Joelis Chronographia Compendiaria ab Allatio subjicitur Acropolitæ in dicta ejus Editione Parisiensi, pag. 149. usque 186. res brevissime perstringens et successiones Principum ab orbe condito usque ad captam a Latinis Constantinopolim anno 1204, circa quod tempus vixisse Auctor ipse videtur, vel certe non multo post.

Joannis Canani in eodem Volumine pag. 187. usque 199. ab eodem Allatio, subiungitur Liber De Oppugnata Constantinopoli ab Amurate II. Turcarum Imperatore anno 1422. quam et expugnasset, nisi immaculatissima Dei Mater conservasset.

pag. 458.

Georgius Pachymeres natus circa annum 1242. Niceæ, patre Constantinopolitano exule, atque ibi educatus; annos natus 19. anno nempe 1261. Constantinopolin a Michaele Comnene Palæologo hoc anno recuperatam delatus, animum omni recenti genere doctrinæ imbuit, muneribusque insignibus in Ecclesia, et Aula Constantinopolitana functus est. Extant eius Historiæ Byzantinæ Libri XIII. de rebus per annos 49. gestis a tempore nati Andronici Palæologi, Michaelis Palæologi filij, seu ab anno 1258. usque ad annum 1308. ejusdem Andronici ætatis 49., Imperij 26. Priores Libri VI. res Michaelis Palæologi continent: posteriores VII. Andronici. Editio Græc. Lat. Romæ 1666. et 1669. fol. duobus Volum. Petro Possino Soc. Jes. interprete; rara est hæc Editio; Parum æquus Historicus appellatur Allatio, quod Latinis minime faveat. Varia alia tum Sacra tum Philosophica Opuscula scripsit Pachymeres, quæ hic notat Fabritius, eorumque Editiones recenset.

pag. 469.

Joannes Cantacuzenus, Imperator, distinctus ab aliis tribus, quibus idem nomen, atque cognomen fuit, ad hoc fastigium evectus anno. 1342. cui cessit anno. 1355. Litteris humanioribus perinde ac sacris egregie excultus, et prudentia in rebus gerendis, reique militaris peritia, et animi virtute conspicuus, dimissa Imperiali Dignitate inter Monachos Manganorum Monasterii, Joasaphi nomine cognitus, adhuc, notante Cangio, vivebat anno. 1375. Extant ejus Historię Byzantinę Libri. IV. de rebus sua ętate gestis ab anno. 1320. usque ad. 1357. Reprehenditur Cantacuzenus tamquam prolixior in narrandis rebus, et in laudando sesè modum excedens, et quę sibi, cuique famę et glorię officiebant silentio prętereriens, plerumque tamen accuratior Gregora, Duca, et Phranze creditur a viris doctis, stiloque dignitate et elegantia omnino superior. Editiones Grec. Lat. Ingolstadii. 1603. fol. curante Jacobo Pontano Soc. Jes. et Parisiis. 1645. fol. tribus. Vol. Scripsit pręterea Opera quędam Sacra et Philosophica, de quibus ibi. Matthęi quoque Cantacuzeni ejus filii extat Opus sacrum, de quo ibi

pag. 474.

Laonicus, seu Nicolaus Chalcocondyles, et decurtato nomine a plerisque Chalcondyles dictus, Atheniensis, clarus circa annum. 1470. Lib. X. Historiarum scripsit De Origine atque Rebus Turcorum, et Imperii Grecorum interitu ab Ottomani. I. initiis seu ab anno. 1298. usque ad Imperium adultum Mohamedi. II. seu ad annum. 1462. Scriptor fuit minime contemnendus doctorum virorum judicio. In Libro. II. Locus est, in quo Germanię descriptio continetur, vulgatus Grec. Lat. a Frehero inter Scriptores Rer. German. Editiones. Grec. Lat. Genevę. 1615. fol. cum Niceph. Gregora et Georgio Acropol. et separatim Parisiis. 1650. fol.

pag. 476.

Georgius Codinus Curopalatę munere in Aula Constantinopolitana probabiliter auctus, postremis Palęologorum temporibus claruit, et Imperio ipsi Gręco superstes fuit. Scripsit Librum de Officiis et Officialibus Aulę Imperatorum, et Magnę Ecclesię Constantinopolitanę. Editio Grec. Lat. Francofurti, seu probabilius Heidelbergę 1588. 8. cum versione Hadadi Agmonii, sub quo nomine latet Franciscus Junius. Deinde ex Commelini Officina. 1596. 8. curante Jac. Gretsero. Denique Parisiis. 1625. fol., curante eodem Gretsero. In qua Editione Parisiensi Codino adiuncti sunt Matthęi Iatri, seu Medici, et Anonymi alterius Catalogi Officialium Ecclesię et Aulę Constantinopolitanę. De Excerptis ex Libro Chronico Hesychii Illustris, factis a Codino vide supra pag. 240. et. 241

pag. 484.

Emanuel Chrysoloras, is est, qui ex Græcia
a Turcis opprimi cœpta, inter primos Græcas Litteras
in Latium reduxit, et in Italia substitit, cum Joannis
Palæologi nomine Legationem pro auxilio adversus
Hostes impetrando obijsset. Docuit Græcas Litteras
Venetijs primum, deinde Florentiæ, et Romæ, ac
tandem Ticini, atque e vita decessit Constantiæ
anno. 1415. Extat ejus Epistola Græc. et Lat.
edita a Lambecio pag. 107. usque. 126. qua
Comparatio veteris ac novæ Romæ continetur
Extant ejusdem Erotemata Grammatica
edita Græce Argentorati. 1516. 4. et Venetijs
1549. 8. ac tandem Parisijs Græc. Lat. apud Wechelios.

pag. 486.

Joannes Anagnostes Thessalonicensis
quandam scripsit ad Amicum de occupata, et erepta
Venetis per Muratem. II. Turcarum Principem
Thessalonica anno. 1430. Hæc narratio
exhibetur Græc. et Lat. a Leone Allatio
in συμμίκτοις, seu Miscellaneis pag.
318. usque. 380.

pag. 567.

Ducas, Michaelis Ducæ ex Imperatoria
Ducarum familia oriundi Nepos, post captam
a Turcis Constantinopolin anno. 1453. in Lesbum
Insulam se contulit, qua capta a Mahomete. II.
anno. 1462. ad Historiam Byzantinam scri=
bendam animum appulit, eamque brevissime
ab Adamo ad Joannem Cantacuzenum, deinde
fusius usque ad Lesbum a Turcis debellatam
anno. 1462. compilavit; stili quidem
elegantia haud ornatus et comptus, sed rerum
momento et gravitate eximius, earumque nar=
ratione prudenti gratus. In rebus tamen Hun=
garis minus peritum se prodit Ducas Cap. XXXII.
Editio Græc. Lat. Parisijs. 1649. fol. curante
Ismaele Bullialdo; cui Bullialdus subjunxit

Anonymi Chronicon breve ab anno. 1089.
usque ad annum. 1523. Græce et Lat.

pag. 568.

Anonymus Photij adversarius scripsit nar=
rationem signi Crucis in subscriptionibus
Episcoporum appingi solitæ, ab anno. 858.
quo Photius, detruso Ignatio Patriarchatum occupavit
ad annum. 878. Editio Græc. Lat. ad calcem Actorum
Concilij. VIII. Ingolstadij. 1604. 4.

pag. 569.

Anselmi Bandurij, Ragusini, Presbyteri, ac Monachi Benedictini e Congregatione Melitensi Imperium Orientale, seu Antiquitates Constantinopolitanę in quatuor Partes distributę prodiere Parisijs. 1711. fol. duobus Vol., quibus continentur varia Scriptorum Graecorum Opera a nobis antea recensita. Extat tamen, de quo nihil hactenus dictum est, Hierocles Grammaticus Constantino Porphyrogenito antiquior, cujus extat Opus inscriptum: Comes peregrinationis continens recensionem Provinciarum. 64. et Civitatum. 935. Imperij Constantinopolitani, aliaque, quę brevitatis ergo pretereo. Ęstimari solet Sterl. 2. Scel. 2.

pag. 582. segg.

Scriptores inediti, quorum fragmenta Bandurius Operi suo inseruit. Bandurius Prefectus fuit Biblioth. Medicęę, scripsitque preterea de Numismatibus Impp. Rom. a Trajano Decio ad Palęologos Impp. prodijtque hoc Opus Paris. 1718. fol. ac ęstimari solet Sterl. 2. Scel. 10.

pag. 605.

Zosimus. Hunc posuimus initio hujus Tom. VI. supra, ante Philostorgium, quem Fabritius hic collocavit tamquam addendum Historię Byzantinę.

pag. 615.

Georgius Phranzes illustri genere, et per affinitatem Imperatorum ipsum contingente natus est Constantinopoli. 30. Augusti. 1401. Precipuis muneribus sub ipsis Imperatoribus auctus et exornatus, non diu post captam a Turcis anno. 1453. Constantinopoli, et ipse cum omnibus suis in potestatem venit Turcarum. Inde venditus, et in libertatem assertus, in Peloponesum primum, deinde Peloponeso pariter a Turcis capto, in Italiam se recepit, Romaque et Venetijs lustratis, Corcyram selegit, atque ibi Monachi habitum amplexus est. In hoc Monasterio a Corcyreis quibusdam Nobilibus rogatus scripsit Chronicon Rerum Byzantinarum Libris. IV. ab anno. 1402. ad. 1477. quo ipso anno, die. 29. Martij inopia, morbo, et senectute fractus illud absolvit, ut ipsemet testatur in calce Libri postremi. Hoc Opus Grece necdum lucem vidit. Ejus Epitomen Latine vulgavit Jacobus Pontanus Ingolstadij. 1604. 4. ad calcem Theophilacti Simocattę. Ceterum eloquio barbarus, et locutione e trivio petita, multa parum ad rem facientia, multa iterum minus accurate tradidit Phranzes, obsidionem vero, et expugnationem Constantinopoleos accuratissime. Hunc tamquam addendum Historię Byzantinę hic ponit Fabritius

pag. 620.

Josephus Genesius Joanni Scylitzæ memoratus in sua Præfatione ad Historiam Byzantinam, Constantino Porphyrogenito æqualis fuit, ejusque jussu conscripsit Historiam quinque Imperatorum, Leonis Armeni, Michaelis Balbi, Theophili filij Michaelis, Michaelis Theophili filij et Basilij Macedonis; ab anno 813. ad 889. cujus Codex M.S. servatur Lipsiæ Fabritij nostri patria in Bibliotheca paulina, atque alibi ... quoque hunc collocat Fabritius tanquam addendum Historiæ Byzantinæ.

Tom. VII. pag. 76.

Julianus Imperator, Apostata, Constantini Magni Nepos ex fratre Julio Constantio natus anno 331. per annos XX. cultui Christiano enutritus, ab eo occulte descivit, atque anno 360. solus obtinens Imperium, Idololatrem se palam professus est, atrocemque Christianismi hostem et insectatorem, licet a nece eorum plerumque abstinuerit, Ecclesiam hoc pacto opprimi non posse edoctus priorum persecutorum exemplo, atque Martyrij gloriam Christianis invidens. Postmodum tamen e vivis ereptus est, anno nempe 363. 25. Junij occisus ~~est~~ in Bello adversus Persas. Ceteroquin animi et ingenij dotibus Princeps fuit præclarus. Scripta Juliani, quæ ad nos pervenerunt, quibus se Philosophiæ haud imperitum, et ab elegantioribus Litteris, et lectione Poetarum Oratorumque egregie instructum testatur, in quibus gravitatem cum comitate incorruptam conjunctam olim prædicavit Ammianus Lib. XVI. Cap. V. et Zosimus Lib. III. Cap. X. ἄκραν τὴν ἐν λόγοις ἀρετήν. — In Constantij Imperat. Constantini M. filij Laudem Oratio, edita primum Flexiæ 1614. 8. deinde Parisiis 1630. 4. et Lipsiæ inter alia Juliani Opera 1696. fol. pag. 1. usque 49. — De Constantij ejusdem rebus gestis Oratio. Flexiæ ut sup. et Parisijs 1630. 4. Lipsiæ item ut sup. — Encomium Imperatricis Eusebiæ Constantij conjugis Oratio, prædictis tribus typis edita. — In Solem, ut Regem ac Deum veneratum, Laudatio ad Sallustium, edita primum Parisijs 1580. 8. Plenior a Petavio inter cetera Juliani Opera Parisijs 1630. 4. et Lipsiæ ab Ezechiele Spanhemio ~~Lipsiæ~~ 1696. fol. — Matris Deûm Laudatio edita primum a Petavio in dicta Parisiensi Edit. postea In Lipsiensi. — Adversus imperitos Canes, seu Cynicos Invectiva. Edita in Parisiensi operum et Lipsiensi Edit. — Ad Heraclium Cynicum, de Secta Cynica. Parisijs et Lipsiæ ut sup. — Epistola Propemptica ad Sallustium. ibi. — Ad Themistium Philosophum Præceptorem suum. Parisijs et Lipsiæ — Ad S.P.Q. Atheniensium Apologia de non deposito Imperio, et suscepta contra Constantium Expeditione. Parisijs et Lipsiæ — Fragmentum Longioris Epistolæ de humanitate colenda, et liberalitate, honorandisque imaginibus et Sacerdotibus. Parisijs et Lipsiæ.

Vide Tom. VII. pag. 451. Vitæ eorundem Imperatorum Vitas scriptas circa annum 920. jussu Constantini Porphyrogeniti a Leontio Byzantino juniore. Prodiere inter Histor. Byz. Scriptt. Paris. 1688. fol. subiecta Combefisij Versione Vitæ Basilij Macedonis, quam eidem Leontio tribuunt Viri docti, quique Michaeli Theophili filio successit anno 867. Licet in Allatij Symmictis Vita hæc Basilij referatur ad Constantinum Porphirogenitum, ac sub ejus nomine illam cum Versione Allatij ediderit Bartoldus Nihusius anno 1653. 8.

Καίσαρες, ἢ Συμπόσιον. Cæsares, seu Convivium, ingeniosa Satira, qua Imperatorum ante se vitia salse ridet, quos Deorum Convivio admotos fingit. Editiones Græc. Lat. Parisijs. 1577. 8. et. 1583. 8. Lugduni Batav. 1612. et. 1632. 12. cum versione eleganti Petri Cunæi. et Tom. 1. Satirarũ variorum Lugd. Bat. 1655. 12. [redacted] Ἀντιοχικὸς, ἢ Μισοπώγων, idest Antiochicus, seu Odium Barbæ: Satira, qua seipsum ironice reprehendendo, Antiochenses, a quibus ob Barbam derisus fuerat, perstringit. Scripta est sub finem Januarij. anno. 363. Editiones Græc. Lat. Parisijs. 1567. et. 1583. 8. Epistolæ LXIII. Juliani editæ sunt separatim, neque omnes simul, typis bene multis, ut notat hic Fabritius pag. 82. 83.

Edit. Paris. 1577. 8. æstimari solet Scel. 1.
1583. 8. Scel. 2.

Juliani Opera ista n.° XIV. quæ ex Juliani Scriptis superrunt, edita sunt omnia, unica Collectione, Parisijs. 1630. 4. curante Dionysio Petavio S. J. et Lipsiæ. 1696. fol. curante Ezechiele Spanhemio.

Editio Lipsiensis æstimari solet Scel. 18.
Parisiensis ——— Scel. 4.

Edidit postea Patavij. 1709. 4. inter Anecdota Græca pag. 326. Vir Clariss. Muratorius tres alias Juliani Epistolas.

Libri. VII. adversus Christianos, quos anno. 363. in Expeditione Parthica evomuerat Julianus, quorum Hieronymus meminit Epistola. 83. periere. Tribus Libris, sacris nostris Evangelijs opponebatur Julianus, quos Libris. X. Theodosio. II. dicatis confutavit Cyrillus Alexandrinus. Cæteris. 4. Libris alia sacra Volumina videtur Julianus calumniatus esse, ut ex Cedreno colligere est pag. 407.

Perijt forte et quoddam ejus Opus De Arte Militari, de quo meminit Theophilactus Epist. 71.

Tom. VII. pag. 378.

Libanius Sophista natus Antiochiæ ad Orontem anno. 314. Arcadij tempora attigisse, qui anno. 383. Augustus a Theodosio est renunciatus, atque adeo annum ætatis. 70. superasse colligunt viri docti ex ejusdem Oratione in Julianum, et Cedreni testimonio. Plurima Libanius scripsit, ac Orationes varias tum demonstrativi tum deliberativi generis composuit habuitque, nec minus fictas Declamationes, et controversias. Tomis duobus non pauca hujusmodi collegit edidit que Græc. Lat. Federicus Morellus. Priore Tomo Parisijs. 1606. fol. prodiere Progymnasmatũ exempla. XIII. Declamationes. XLIV. Dissertationes Morales. III. Tomo II. Parisijs. 1627. fol. prodiere Orationes longiores et serij plerique argumenti. XXXVII. Alias Orationes. IV. vulgavit Jacobus Gothofredus Genevæ. 1631. 4. Orationem aliam pro Templis Gentilium non excindendis, ad Theodosiũ M. edidit idẽ Gothofredus, qui habitam censet a Libanio circa annum. 390. Libanij ætatis. 76. Orationem aliam De ulciscenda morte Juliani Imperat. edidit Godfridus Olearius Lipsiæ. 1701. 8. et in Tomo præsenti Fabritius pag. 145. Orationem aliam ad eos, qui molestum eum appellabant edidit Fabritius in præsenti Tomo pag. 179. quam sexagenarius Libanius habuit. Orationẽ aliã Ad Antiochenos de placanda Juliani Imperatoris ira, edidit Fabritius in præsenti Tomo. pag. 207. Orationẽ aliã Parentalem in Julianum Imperatorem, edidit idem Fabritius in præsenti Tomo pag. 223.

Argumenta Orationum Demostheniȷ una cum ejus Vita et Encomio prodiere Græce Venetijs apud Aldum 1504. fol., atque inde in Græcis et Græco-Latinis Demosthenis Editionibus utraque lingua sæpius recusa. Ἐπιστολικοὶ χαρακτῆρες, idest Epistolares Characteres prodiere Græce, curante Guilelmo Morello, Parisijs. 1558. 8. deinde Græc. Lat. Lugduni 1618. 12. Epistolæ Libanij M. S. quamplurimæ extant, quarum nec dimidia pars lucem hactenus vidit Latine, Græce ne decima quidem. Latinæ ultra quadringentæ prodierunt Cracoviæ. 1504. 4. ex versione Francisci Zambicarij Bononiensis, Libris. III. in quorum primo Epistolæ. 89. in secundo. 35. in tertio. 322. continentur. Epistolarum Libanij porro centuriam edidit Græc. Lat. Jo: Christophorus Wolfius Lipsiæ. 1712. 8. ex his tres et viginti tantum extant in Zambicarij versione. Tres alias Libanij ad Julianum Imperat. edidit Fabritius in præsenti Tomo pag. 397. seqq.

Editæ porro sunt Libanij Epistolæ G. L. Amst. 1738. fol. cum Notis Wolfij. Constant Sterl. 1. Scel. 1. in alijs tamen Londinensibus Catalogis Scel. 16.

Tom. IX. pag. 2.

Palladius Galata, Brissonis Episcopi frater, atque S. Chrysostomi, teste Cedreno, una cum dicto ejus fratre Discipulus, natus est anno. 368. vitamque monasticam amplexus anno ætatis. 20. Christi. 388. Alexandriam post Monachatus, et Eremi solitudines novennium reversus, præter Dorotheum, aliosque, Evagrium Ponticum anno. 399. defunctum Magistrum habuit, unde et ipse visus est Origenis erroribus favere, licet ejus rei vestigia in scriptis Palladij, quæ extant, expressa nulla appareant, nisi quod Evagrium, et alios quosdam amicos suos laudat. Annos natus. 33. anno scilicet. 400. a S. Joanne Chrysostomo, cujus discipulus et amicissimus fuit, ordinatus in Bithyniæ Episcopus Helenopolitanus,* atque inde in eadem Bithynia, sive potius vicina Galatia Aspanitanus, diem suum obijt ante Concilium Ephesinum, quod habitum est anno. 431. cuique interfuit ejus successor Eusebius. Scripsit circa annum. 420, Æræ vulg. ætatis vero 53. Episcopatus 20. stilo simplici et inaffectato Librum de Vita Monachorum illius ætatis, et Sanctimoniæ studiosarum Mulierum ad Lausum Præfectum Cubiculi Imperat. Theodosij. II. unde Historia Lausiaca appellari consuevit. Editiones Græc. Lat. in Bibliotheca Patrum Tom. II pag. 893. usque. 1033. Parisijs. 1624. fol. recusa Parisijs. Tom XIII. 1644. et. 1654. Extat insuper Liber De Gentibus Indiæ, et Bragmanibus qui ejusdem Palladij esse creditur a viris doctis. Editiones Græc. Lat. Lipsiæ, in. 4. sine temporis nota, cum versione Joachimi Camerarii, in Libro Gnomologico; et Londini. 1668. 4. (sed. 1665.) cum versione Edvardi Bissæi. Sed Camerarij versio elegantior et diligentior censetur. Editio Londinensis postrema hujus Opusculi æstimari solet Scel. 3½.

* Helenopolis Civitas Bithyniæ ab Helena Constantini M. matre nomen tulit, antea Drepanum dicta, teste Nicephoro Lib. VII. Capit. 49.

pag. 21.

Joannes Moschus, cognomento Εὐκρατᾶς, unde corruptum Everate, vel Evirati nomen alij concinnavere, Monasticae vitae primum addictus Hierosolymis in Coenobio S. Theodosij, in Deserto ad Jordanem, et in novo S. Sabae Laura, postea Tiberij II. et Mauritij Imperatorum temporibus, qui ab anno. 578. usque ad annum 602. imperitarunt, per longinquam peregrinationem quamplurimis Syriae, Aegypti, atque Occidentis Monasterijs visitatis, animum demum ad scribendum appulit, composuitque notissimum illum Librum de Vitis Monachorum illius aetatis usque ad Heraclij tempora, qui anno. 610. Imperator est renunciatus, quem Sophronio Sophistae inscripsit, fabulosis interdum non destitutum narrationibus. Diem suum obijsse Moschus anno. 620. a Joanne Bollando existimatur. Libri titulus est, Pratum, Viridarium, Novus Paradisus. Ineditis Codicibus constat Capitibus 219. Photius se legisse testatur. 342. Latine prodijt seorsim Coloniae. 1583. 4. Coniunctim Latine Tom. VII. Aloysij Lipomani. Venetijs. 1558. 4. Tomo Graec. Lat. ysdem Editionibus atque Tomis Bibliothecae Patrum, quibus Palladius

pag. 337.

Anastasius Bibliothecarius Romanus, Abbas, et Presbyter, clarus temporibus Pontificum Nicolai. I. qui ab anno. 858. ad. 867. Hadriani. II. qui ab anno 867 ad. 872 Joannis. VIII. qui ab anno 872. ad 882. Ecclesiae praefuerunt, et fortasse etiam sequentium summorum Pontificum. Multa ex Graecis, rudiori plerumque stilo, et semibarbaro, ipso tamen non inutili, ac plerisque illius aevi Scriptoribus nobis futuris perobscuris, ~~___~~ suentis magis quam sermonis peritia lucem afferent, Latine reddidit, ut Chronologiam Nicephori Constantinopolitani Patriarchae eiusque Historiam, tum Georgij Syncelli, et Theophanis Confessoris, aliaque bene multa. Praeterea scripsisse traditur Vitas quorundam Pontificum usque ad Nicolaum. I. ut Moguntinae Editionis curatores annotant: additas veteri, ut est credibile, Pontificali, et deinde a Guilelmo Bibliothecario, alijsque continuatas. Prodijt Moguntiae. 1602. 4. et cum Historia Ecclesiastica Anastasij Parisijs. 1649. fol. Locum de Joanna Papissa in recentioribus dumtaxat Anastasij Codicibus reperiri, et ex Martino Polono, qui anno. 1270. obijt, ad verbum fere insertum, viri docti iampridem observarunt.

pag. 369.

Photius Tarasij Patricij, cui Bibliothecam inscripsit, frater, ex nobilissima prosapia, Tarasium Patriarcham Constantinop. anno 806. defunctum habuit πατρόθειον; quod ratione tempori Pronatruum, atque etiam Pro... interarctantur viri docti.

Omnibus ingenij do…
primum, ac civili…
admotus, maxime…
occasio quo, quo…
terrarum partium.
odium suasit, di…
Licet legere sine…
usque diem exin…
Fabula est, quam…
Photium fuisse S…
doceret ejus ora…
Hankius in ejus…
1677 4. Part. 1. C…
4 sim, et Antoni…
Quod ex laico o…
sed … …
Nicephori, Nectarii, …
Constantinop. Th…
Amorosij, Neaiolan…
aliorum. Patria…
semel a Basilio …
atque … eodem res…
iterum a Leone Sa…
obijt in exilio in…
circa annum 89…
crearetur Patriar…
insignem Thesauru…
ejus Bibliotheca…
atque enumeratio…
Argumenta cogno…
noster Tarasius, …
frecenti. Varieti…
Theologos nempe, …
et juris Ecclesiast…
Historicos, Orator…
si Enarioq Augus…
Homericis versibu…
et ordinem, ac sc…
et non raro sels…

censuram profert eruditam, et acrem de stilo Scriptorum, de tractandi ratione, et de doctrina ipsa. Mirandum nihilominus tantum virum omnem ordinem neglexisse, auctores minime distinguendo, sed confundendo in unum, miscendoque artium et scientiarum auctores, et Historicos diversissimorum temporum, ejusdemque Scriptoris scripta, et ejusdem sepe argumenti locis plane diversis commemorando, eademque Excerpta, vix paucissimis mutatis verbis, bis proponendo,

Herodoti Hist. Lugd. Batavorum. 1715. fol. estimari solet Sterl. 2. Scel. 2.

Thucididis Hist. Amstel. 1731. Sterl. 2. Scel. 10.

Dio Chrysostomus Paris. 1604. fol estimari solet Scel. 14. recusus ibidem. 1623. fol.

Plutarchi Opera omnia, Francof. 1599. fol apud Veckelios. estimari solet Sterl. 1. Scel. 1. Recusa itidem Francof. 1620. fol. ex Aubriorum et Schleichij officina — — Sterl. 1. Scel. 4

Iosephi Flavij Opera. Oxoniae. 1700. fol. usque 1720. Tom. II. estimari solet Sterl. 1. Scel. 1. Recusa Amstelod. 1726. fol. — Sterl. 2 Scel. 8

Claudij Ptolemei Geographia, Amstelod. 1605. fol. Recusa ibidem. 1618. fol.

Polienus de Stratagematis illustrium belli Ducum. Lugd. Bat. 1690. 8. curante Pancratio Maasvicio; estimari solet Scel. 5.

pag. 21.

Joannes Moschus, cognomento Εὐκρατᾶς,
unde corruptum Everatę, vel Evirati nomen
alij concinnavere, Monasticę vitę primum
addictus Hierosolymis in Cęnobio S. Theodosij,
in Deserto ad Jordanem, et in nova S. Sabę
Laura, postea Tiberij II. et Mauritii I.
temporibus, qui ab a
602. imperitarunt,
nationem quamplus
Occidentis Monasterij
ad scribendum appa
illum Librum de Vi
usque ad Heraclij te
Imperator est rerum
Sophistę inscripsit, f
tutum narrationibus
anno. 620. a Joanne
Libri titulus est, P
Paradisus. In editi
sig. Photius se leg
prodijt seorsim Co
Latine. Tom VIII. Aloys
Sexto Græc. Lat. 3
Tomi Bibliothecę t

pag. 837.

Anastasius Biblio
et Presbyter, clarus te
qui ab anno. 858. ad
867 ad. 872. Joannis
882. Ecclesię prefuer
sequentium summorum P
Latine reddidit ut Chronolo
eiusque Historiam, tum Leon
aliaque bene multa. Pr
quorundam Pontificum u
Ecclesię curatores annotar
Pontificali, et deinde a Le
continuatas. Prodijt Mo
Ecclesiastica Anastasij Pa
Joanna Papissa in recens
reperiri, et ex Martino Polono, qui anno. 1270. obijt,
ad verbum fere insertum, viri docti jampridem ob:
servarunt.

Servaro, ipso tamen
lius qui Scriptoribus
, ~~[illegible]~~ suentis magis
cem afferent,

pag 369.

Photius Tarasij Patricij, cui Bibliothecam
inscripsit, frater, ex nobilissima prosapia, Tarasium
Patriarcham Constantinop. anno. 806. defunctum
habuit πατρόθειον; quod ratione temporis Propatruum,
atque etiam Proavunculum interpretantur viri docti,
Omnibus ingenij dotibus illustris, maximisque negotijs aulicis
primum, ac civilibus; deinde ab anno. 858. Ecclesiastici
admotus, maximorum in Ecclesia motuum materia et
occasio fuit, quos multis et magnis Voluminibus ex di=
versarum partium studio scribentibus, prout amor vel
odium suasit, diversimode narratos ac traditos non
licet legere sine indignatione, quassasque in hunc
usque diem exinde Ecclesias non sine dolore intueri.
Fabula est, quam multis suadere conatur Baronius,
Photium fuisse Spadonem, ut Canonibus adversam
doceret ejus ordinationem; quam refellunt Martinus
Hankius in ejus Vita, Lib. de Rer. Byz. Scriptoribus. Lipsiæ
1677. 4. Part. I. Cap. XVIII. §. 3. seq. Fridericus Spanhemius
filius, et Antonius Pagi ad annum. 868. num. VIII.
Quod ex Laico ordinatus sit Episcopus negari non potest,
sed hoc multorum aliorum exemplis defenditur, Tarasij,
Nicephori, Nectarii, Georgij Cypri, et Georgij Scholarij Patriarcharū
Constantinop., Thalassij item Cæsareensis, Cypriani Carthaginiensis,
Ambrosij, Mediolanensis, Epiphanij Salaminiæ in Cypro, et
aliorum. Patriarchali Sede bis pulsus est Photius,
semel a Basilio Macedone anno. 867. 25. Septembris,
atque ab eodem restitutus. 23. Octobris. 1877. atque
iterum a Leone Sapiente Basilij filio, anno. 886. unde
obijt in exilio in Monasterio Armeniacorum Bordi dicto,
circa annum. 891. Composuit Photius antequam
crearetur Patriarcha, cum obiret Legationem in Assyria,
insignem Thesaurum, non Librum, celebrem nempe
ejus Bibliothecam, quæ ab auctore inscribitur: Descriptio
atque enumeratio lectorum a nobis Librorum, quorum
Argumenta cognoscere desideravit dilectus frater
noster Tarasius, suntque, viginti et uno demptis,
trecenti. Varietatem et copiam Librorum continet,
Theologos nempe, ac Doctores Ecclesiæ, Conciliorum Acta,
et juris Ecclesiastici Commentarios, Medicos, Philosophos,
Historicos, Oratores, Grammaticos, Poetas tamen nullos,
si Eudociæ Augustæ Metaphrases sacrorum Librorum
Homericis versibus concinnatas excipias. Argumentum,
et ordinem, ac scopum Libri cujusque plerumque exponit,
et non raro selecta ex illis loca excerpit, atque
censuram profert eruditam, et acrem de stilo Scriptorum,
de tractandi ratione, et de doctrina ipsa. Mirandum
nihilominus tantum virum omnem ordinem neglexisse,
auctores minime distinguendo, sed confundendo in unum,
miscendoque artium et scientiarum auctores, et Historicos
diversissimorum temporum, ejusdemque Scriptoris scripta, et
ejusdem sæpe argumenti locis plane diversis commemorando,
eademque Excerpta, vix paucissimis mutatis verbis, bis proponendo,

Itaque apparet virum doctum, quemcumque Librum sors ei obtulisset, devorare solitum, statim in Codicem suorum Excerptorum aliquid sibi ex eo annotasse. Dolent praeterea Litterati viri Photium frivola quaedam et, utcumque diligenter excerpsisse, ut Jamblichi aliorumque amatorios Libros, cum optimos Auctores et veritates satis leviter delibarit, ut videre est in Deperditi Libris deperditis. Inter falsarios etiam nonnunquam reponendus videtur Casaubono, propter Josephi verba adducta contra Josephi mentem, sententiasque invicem pugnantes diversiorum Auctorum, uni alicui tribuere solitum conqueritur. Dedit nihilominus Photius hoc Opere specimen pulcherrimum Historiae Criticae Librorum, mirumque est per tot annorum centurias non plures imitatores habuisse, donec aetate nostra tanto illud cum fructu frequentatur per varias Europae Linguas ab Ephemeridarum Litterariarum, et Actorum Eruditorum clarissimis Scriptoribus, quibus omnibus exemplo suo praeivit Photius.

Photii autem Bibliotheca Libros habet, seu Codices CCLXXX., seu, ut Photius ipse prodit in Epistola ad Tarasium, CCLXXIX. Historicorum et Geographorum Argumenta et Excerpta, sive eorundem notitiam, ordine, quo in Photii Bibliotheca reperiuntur, ~~[illegible]~~ juvat enumerare.

Codic. III. Excerpta Nonnosi Christiani Scriptoris Historiae Legationum, &c.

Codic. XXVII. Eusebii Histor. Ecclesiast. Lib. X.

Codic. XXVIII. Socratis Hist. Eccles. Libri VII. annorum centum et triginta.

Codic. XXIX. Evagrii Scholastici Hist. Ecclesiast. Libri VI. a Socratis et Sozomeni Hist. ad XII. Mauritii annum

Codic. XXX. Sozomeni Hist. Lib. IX. ubi a Socrate diversa tradi observat.

Codic. XXXI. Theodoriti Hist. Eccl., ubi res II. Synodi diligentius caeteris narratas observat.

Cod. XXXIII. Excerpta ex Justo Tiberiensi Judaeo, seu ex ejus Chronico de Regibus Judaeorum, dudum deperdito.

Cod. XXXIV Excerpta ex Julii Africani Chronico Lib. V. ab Orbe condito ad Macrinum Imperat. qui regnare coepit anno 217. deperdito.

Cod. XXXV. Excerpta ex Philippi Sidetae Historia Christiana ab orbe condito ad suam aetatem, deperdita, ex Lib. XXIV. Libros tamen XXXVI. Philippus conscripserat. Vixit Sisinnii et Procli Patriarcharum Constant. temporibus. Sisinnius ab anno 425. ad 428. Proclus inde ab anno 434. ad 446. Patriarchatum tenuere.

Cod. XL. Excerpta ex Philostorgii XII. Libris Hist. Eccles.

Cod. XLI. Excerpta ex Joannis Aegeatae presbyteri Eutychiani Libri V. Hist. Eccles. pridem deperditis, ab anno 431. quo Nestorius est depositus ad 483. quo Petrus Fullo.

Cod. XLII. Excerpta ex Basilij Cilicis Libro Secundo Hist. Eccles. Scripserat Basilius Libros III. Primum a Marciano, seu anno 450. usque ad Zenonem, seu annum 474. Secundum, ab obitu Simplicij Papæ, seu anno 483. usque ad annum 518. et tertium ab initijs Justini Thracis, seu anno 518. Dolendum est hoc Opus perijsse, illi enim inerant ad fidem faciendam plura Monumenta, et Episcoporum Epistolæ

Cod. XLIV. De Philostrato Lemnio, ejusque Vita Apollonij Tyanei Libr. VIII. quem Photius hic, nescio an memoriæ lapsu, Tyrium appellat. Vide infra Excerpta multa et prolixa Cod. CCXLI.

Cod. LVII. De Appiani Alexandrini Libris XXIV. Historiæ Romanæ.

Cod. LVIII. De Flavij Arriani Bithyni Libris XVII. de rebus Parthicis, et Libris VIII. de rebus Bithynicis, item de rebus Alanorum. Quæ Opera nondum viderunt Lucem. Inter M.S. Scipionis Tettij memorat Labbeus pag. 385. Biblioth. novæ M.S.

Cod. LX. De Herodoti Libris IX. Historiarum

Cod. LXII. De Praxagoræ Atheniensis Libris II. de rebus Constantini Magni, cui, Ethnicus licet, egregium præbuit testimonium, quam hodie quidam Christiani. Scripsit etiam Librum de ijs qui Athenis regnarunt, et alium de Alexandro Magno, Rege Macedonum, quæ universa interciderunt. Jonica scripsit Dialecto.

Cod. LXIII Excerpta ex Procopij duobus Libris primoribus

Cod. LXIV. Excerpta ex Theophanis Bizantij Libris X. Historiarum, deperditis: non tamen integra.

Cod. LXV. De Theophilacti Simocattæ Libris VIII. Historiarum

Cod. LXVI. De Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani Breviario Historico.

Cod. LXVII. De Sergij Confessoris Historia de rebus gestis in Republica et Ecclesia, usque a Constantino Copronymo, seu ab anno 741. usque ad annum 829. Historia hæc jampridem intercidit.

Cod. LXVIII. De Cephaleonis Libris IX. Compendij Historici, ad Herodoti exemplum 9. Musarum nomina gerentibus, dialecto Jonica, a regno Nini et Semiramidis ad extrema usque Alexandri Magni. Dolendum est hoc Opus pariter intercidisse, cum fuerit compendium non Herodoti modo, et Hellanici, ac Ctesiæ, sed aliorum Scriptorum mille amplius. Suidas hunc floruisse Hadriani tempore testatur. Sed errasse Suidam contendunt viri docti, eundemque fuisse cum Cephalone Gergethio, quem citant Strabo ac Dionysius, opinati sunt. Dionysius eum appellat Scriptorem valde vetustum.

Cod. LXIX. De Hesychij Illustris Historia Chronica, et Commentarijs de rebus Justini Senioris. Utrumque opus intercidit.

Cod. LXX. De Diodori Siculi Libris XL. Historiarum.

Cod. LXXI. De Dionis Cassij Libris LXXX. Historię Romanę.

Cod. LXXII. De Ctesię Cnidij Libris XXIII. Persicorum, et Indicorum Libro. Hic Cyri minoris et Artaxerxis Mnemonis tempore floruit, Xenophonti nempe equalis, qui Cyri expeditioni interfuit Olymp. 94. 4. ut supra in Xenophonte dictum est. Utrumque Opus intercidit. Photio igitur eo majores gratias habemus, qui ampla ex illis Excerpta nobis servavit. Editiones Græc. Lat. Parisijs. 1557. 8. apud Henr. Stephanum, et Lugd. Batav. 1715. fol. ad Herodoti calcem, curante Jacobo Gronovio.

Cod. LXXVI. De Fl. Josephi Libris XX. Antiquitatum Judaicarum. Ex eodem Opere Excerpta vide Cod. CCXXXVIII.

Cod. LXXVII. De Eunapij Chronica Historia, quę intercidit.

Cod. LXXVIII. Excerpta Malchi Philadelphiensis De rebus Byzantinis

Cod. LXXIX. Excerpta Candidi Isauri Libr. III Historiarum.

Cod. LXXX. Excerpta Olympiodori Thebani Historiarum Libr. XXII.

Cod. LXXXII. De Dexippi Libris Historicis, quę periere.

Cod. LXXXIII. De Dionysij Halicarn. Libris XX. Historię Romanę.

Cod. LXXXIV. De Dionysij eiusdem Synopsi eorundem Librorum XX. quinque Libris contracta et jampridem deperdita.

Cod. LXXXIX. De Gelasij Cęsareensis Libris III. Historię Ecclesiasticę, de gestis in Synodo Nicęna, ac deinceps usque ad Constantini M. mortem. Extant omnes nisi quod Liber III. haud integer ad nos pervenit.

Cod. XC. De Libanij Rhetoris scriptis

Cod. XCI. De Fl. Arriani Libris VII. de rebus gestis ab Alexandro Magno, et de Libro de rebus ab eodem Alexandro gestis in India, quę omnia extant.

Cod. XCII. Excerpta Arriani ejusdem e Libris X. de rebus post Alexandrum gestis. Quod Opus intercidit

Cod. XCIII. De Arriani ejusdem Libris VIII. de rebus Bithynicis, de quibus etiam supra Cod. LVIII.

Cod. XCVII. De Phlegontis Tralliani Olympionicorum et χρονικῶν συναγωγὴ a prima Olympiade ad ętatem Traiani, qui imperare capit Olymp. 224. 1. obijt Olymp. 229. 1. Intercidit opus hoc, sed ex paucis quę supersunt Fragmentis facile apparet, quam multa in veteri Historia, et ad temporum rationes constituendas nos fuisset docturus, quę hodie nos fugiunt.

Cod. XCVIII. De Zosimi Libris VI. Historiarum, qui adhuc extant.

Cod. XCIX. De Herodiani Libris VIII. Historiarum, qui itidem extant.

Cod. CXXXI. De Amyntiani Libro de rebus Alexandri Magni ad Marcum Antoninum Imperat. De Vitis Parallelis Dionysij Tiranni et Domitiani Libris II. Philippi Macedonis et Augusti Imperat. itidem Libris II. et de Libro de Olympiade Alexandri Magni matre. Hæc scripta omnia, de quibus admodum sinistre Photius, interciderunt.

Cod. CLXXV. De Pamphile Ægyptia, quæ Neronis temporibus floruit, Libris VIII. Miscellaneorum Commentariorum Historicorum, quos plures fuisse ex Gellio Lib. XV. cap. 23. et 17. colligitur, imo Libros XXXIII. fuisse Suidas commemorat, a quo præterea colligimus Pamphilam Epidauriam fuisse, Soteridis Grammatici filiam, coniugem vero Socratidis itidem eruditi viri, ac scripsisse etiam Epitomen Ctesiæ Libris III. aliaque plurima, quæ ad unum omnia interciderunt.

Cod. CLXXVI. De Theopompi Libris LVIII. Historiarum, de rebus Græcorum Barbarorumque, quorum 6. 7. 9. 20. et 30. iam Photij ætate perierant. Hodie universos desideramus, et Argumenta a Photio exposita tantum supersunt. Theopompus patria Chius fuit, et Philippi Macedonis, Alexandri, et successorum ætate vixit, celebratissimus inter Isocratis Rhetoris discipulos. Res Græciæ Theopompum inde, ubi desinit Thucydides, cepisse persequi, præter alios docet Polybius Lib. VI. in Excerptis Peiresc. pag. 26.

Cod. CLXXXVI. De Cononis Narrationibus L. de rebus Mythicis, quarum argumenta satis perspicue exponit Photius, quæ sola extant, Græc. Lat. vulgata, inter Historiæ Poeticæ Scriptores. Parisijs. 1675. 8. Augusti et M. Antonij tempore vixit, atq; ad Archelaum Philopatrem Regem Cappadociæ a M. Antonio constitutum hoc opus inscripsit.

Cod. CLXXXVIII. De Alexandri, quem Alexandrum Polyhistorem Syllæ temporibus clarum intelligunt viri docti, Collectaneis de Mirabilibus, et incredibilibus, quæ celebrium Scriptorum testimonijs firmatas congessit. Hæc Collectanea periere.

Ibi. De Protagoræ Libris VI. γεωμετρίας τῆς οἰκουμένης, videlicet Geometriæ Universalis. Priores Libri V. Geographicam descriptionem Orbis Terrarum tunc cogniti, Asiæ, Africæ, et Europæ continebant; quem secutus est Marcianus Heracleota in Periplo Maris externi, Protagoramque testatur Operi suo præfixisse stadiorum mensuram. Liber VI. continebat Narrationem de rebus per Orbem mirabilibus, quem respicit Tzetzes Chiliad. VII. vers. 648. Hi quoque Libri jamdudum interciderunt. Idem forte fuit Protagoras cum eo, quem citat Laertius Lib. IX. cap. 56.

Cod. CLXXXIX. De *Sotionis* Libro de Fluvijs, Fontibus, et Lacubus mirabilibus, qui Tiberij ætate vixit, cuiusque Excerpta prodiere apud Henr. Stephanum, Græce. 1557. 8. et Francofurti. 1587. 4 in Aristotelis editione

ibi de *Nicolai Damasceni* Libro de mirus gentium moribus, qui Augusti vixit ætate qui Liber intercidit.

ibi de *Acestoridæ* Libro de fabulosis, quæ per singulas Civitates feruntur, Narrationibus; qui itidem perijt.

Cod. CXC. De *Ptolemæi Chenni*, Ephestionis filij, Trajani, et Hadriani temporibus clari Libris. VII. novæ ad variam eruditionem Historiæ ad Tertullam, qui omnes interciderunt. Excerpta tamen ampla hic nobis servat Photius, quæ prodiere Parisijs. 1675. 8. inter Poeticæ Historiæ Scriptores, Græc. Lat.

Cod. CCIX. De Dionis Chrysostomi Dissertationibus. LXXX.

Cod. CCXIII. De *Agatarchidis*, seu *Agatharchi* Cnidij Libris XLIX. De rebus Europæ, qui omnes interciderunt, et Libris. V. De Mari Rubro et eorum Epitome. Ex quorum Libro. II. et. V. necnon ex Mirabilium Epitome Excerpta dat Photius infra Cod. CCL.

Cod. CCXXIV. De *Memnonis* Libris. XVI. Commentariorum Historicorum de rebus Heracleæ Ponticæ pridem deperditis: ab originibus Urbis usque ad mortem Brithagoræ, qui ad Julium Cæsarem missus Legatus est. Excerpta ampla dat Photius ex postremis Libris. VIII. quos solum legit; testaturque plures adhuc a Memnone scriptos, sed quos ipse nondum viderit; unde Memnon longe potest fuisse junior Augusto. Editiones Græc. Lat. separatim prodiere Helmstadij. 1590. 4. Genevæ 1597. 8. et Oxoniæ. 1597. 8.

Cod. CCXXXVIII. Excerpta ex *Josephi* Antiquitatibus Judaicis, de rebus Herodis, de quibus meminit sup. Cod. LXXVI.

Cod. CCXLIV. Excerpta ex *Diodori Siculi* Libris 31. 32. 33. 36. 37. 38. et. 40. iampridem deperditis Quorum partem Græc. Lat. vulgavit Henr. Stephanus in sua Diodori Editione Græca Parisijs. 1559. fol. Integra, ut apud Photium leguntur, dedit Laurentius Rhodomannus in Editione Diodori Græc. Lat. typis Wechelianis Hannoviæ. 1604. fol.

Cod. CCXLV. Excerpta ex Plutarchi Vitis Parallelis, Dionis et Bruti, Demosthenis et Ciceronis, Phocionis et Catonis minoris, Alexandri et Caesaris, Eumenis et Sertorij, Demetrij et Antonij, Pyrrhi et Marij, Arati et Artaxerxis, Agidis et Titi, quae omnes hodie extant.

Cod. CCXLIX. Excerpta ex Anonymo, de Vita Pythagorae, qui Liber interciait. Edit. Graec. Lat. Romae. 1630. 8. Cantabrigiae. 1655. 8. et Amstelodami. 1711. 4.

Cod. CCL. Excerpta ex Agatharchidis Lib. I. et V. de Mari Rubro, sive Arabico Sinu, et varijs circa illius viciniam Mirabilibus, quem legerunt olim Diodorus Siculus, Strabo, Plutarchus. Vide supra Cod. CCXIII.

Cod. CCLXXIX. Excerpta ex Hellady Besantinoi urbe Libris. IV. sive Antinoi, versibus Iambicis exarati. Scriptor hic Ethnicus Licinij et Maximini temporibus floruit. Licinius imperare caepit anno. 307. desijt anno. 314. Prodiere ad calcem Librorum Meursij posthumorum de Regno Laconico, et Atheniensium Pirgeo Ultraiecti. 1687. 4. recusa deinde Tom. X. Thesauri Antiquitatum Graecarum Gronoviani Lugd. Batav. 1701. fol.

Editiones Graec. Lat. Bibliothecae Photij Genevae. 1613. fol. et Rothomagi. 1653. fol. Edit. Rothom. constat Scel. 15.

Scripsit praeterea Photius, praeter varia Opuscula Theologica, Nomocanonem, seu de Harmonia Legum Imperialium Corporis Justinianei, et Canonum Ecclesiasticorum. Prodijt Parisijs. ~~Graec.~~ Lat. 1561. fol. deinde Graec. Lat. Basileae. 1562. fol et alibi pluries.

Extant rursus Photij Epistolae. CCXLVIII. typis vulgatae Londini. 1651. fol. Constant Scel. 4.

Vide inter Litteras Apostoli Zeni ad Fontaninum vulgatas Venetijs. 1752. tum Hollandiae tum Venetijs Editiones Operum Photij meditari circa annum. 1725. quo Epistola diei. 16 Aprilis prostat pag. 193. atque altera diei. 21 Decembris, pag. 211 in qua dicitur Catiferus, Graecus Presbyter Venetijs huic Editioni prgesse, eamque suis sumptibus imprimendam suscepisse Philippum Beraldum, Florentinum Patricium.

<u>Suidas</u> quis fuerit in incerto est, diversus tamen, ac valde posterior Suida Historico Straboni memorato, Sæculi X. scriptor probabiliter censetur, utpote qui in voce Ἀδάμ diversas annorum Æras, sive Epochas recensens, Chronologiam perducit usque ad obitum Joannis Zimiscæ Imperat. qui e vivis decessit anno 975. Collectanea scripsit omnigenæ eruditionis, seu Lexicon Universale litterarum ordine digestum, in quo Doctorum, Oratorum, Historicorum, aliarumque innumerabilium rerum Historias continetur, vere Thesaurus et omnigenæ eruditionis penu appellatum a viris doctis; quo sine, inter cætera, tot et tam præclara fragmenta veterum Scriptorum misere periissent. In hoc Lexico tamen non raro judicium, et diligentiam Compilatoris desideres. Nam sæpe vitiosis Codicibus deceptus fuit, unde fit ut voces adulterinas et corruptas pro veris et genuinis Lectoribus interdum obtrudat. Porro res hominum cognominum perpetua serie interdum recitat, et ad unum Caput referre solet, ut quæ ad diversos pertinent, uni tribui videantur, ut in vocibus: <u>Eumenes</u>, <u>Eron</u>, <u>Severus</u>, aliisque. Interdum, quod majus est peccatum, res hominum prorsus diversorum, et ne nomen quidem commune habentium, miscet, Eclogasque Historicas ad alienum prorsus caput refert. Alius demum est nævus hujus Lexici, quod sexcenta in locis exempla, quæ ex Scriptoribus veteribus adducuntur, a Capite articuli aliena sint, nec quicquam faciant ad probandam significationem Vocis propositæ. Sed culpa forte fuerit non Suidæ, sed eorum qui varia Autorum loca Lexico huic vel ipsi adsuerunt, vel ad marginem scripta, absque judicio et delectu in textum receperunt. Editiones Græc. Lat. Genevæ. 1619. duobus Vol. curante Æmilio Porto, sed minus accurate, constat Scel. 8. Accuratissime vero Cantabrigiæ. 1705. fol. tribus Vol. curante Ludolpho Neocoro, seu Kustero. Constat Sterl. 13. Scel. 13. alias etiam Sterl. 1. Scel. 16

Tom. X. pag. 17.

Magni Etymologici, seu Lexici Etymologici utilissimi, Auctor quis fuerit, ignoratur. Sed si antiquior Suida non fuit, certe recentior esse non potuit; memoratur enim Eustathio in Iliad. II. pag. 203, et aliis pluribus, Edit. Basil. Idem cum Suidæ aliquibus visus est, quæ sententia parum est verisimilis; nam utrumque diserte laudans Eustathius Iliad. XI. pag. 768. Auctorem Magni Etymologici a Suida videtur distinguere. Cæterum non Etymologias solum, sed et Analogiæ præcepta continet, et quamplures Grammaticas observationes alias, immo et Historias ac Fabulas passim inspergit. Illic porro leguntur voces paucæ illæ quidem quadraginta circiter Populorum Græce loquentium, ~~quin etiam nonnullæ~~ immo vero et Italorum, Romanorum, Indorum, Persarum, Phœnicum, Syrorum, et Turcarum. Editiones. Prima Venetiis 1499. majore forma folii, typis luculentis. Secunda Venetiis. 1549. fol. curante Federico Turrisano. Tertia Heidelbergæ. 1594. fol. curante Friderico Sylburgio omnium accuratissima, diligentissimaque. Quarta demum Venetiis. 1710. fol. e typographia Antonii Bartoli, apud Nicolaum Sarum. Sed hæc Additiones plerasque sane Etymologo indignas, in contextum recepit, omissis Asteriscis, qui non levi de causa servati erant a Sylburgio

pag. 124.

Andreas Presbyter, cujus Catena Patrum Græcorum in Proverbia, et Esajam, MS. in Bibliotheca Cæsarea, et Collegii Novi Oxoniæ. Vide supra Volum. VII. pag. 759.

pag. 245.

Joannes Tzetzes Grammaticus Constantinopoli, Isaaci Tzetzæ frater, sub cujus nomine Commentarium in Lycophronis Cassandram edidit, post Michaelem Psellum floruit annis centum, et Irenæ Augustæ Manuelis Comneni Imp. Conjugi, quæ illi anno 1143. nupta, obijt anno 1158. Allegorias suas Homericas obtulit. Jam inde ab ineunte ætate liberalibus disciplinis excultus fuit, et lectione assidua Poetarum, Oratorum, Historicorum omnis ævi, Geometrarum quoque et Philosophorum cujusque generis subactus, eruditionem non vulgarem ac multifariam sibi comparavit. Sed ex ijsdem etiam acerbus reprehensor et contemptor aliorum, et vanus nimium, ac sæpe ridiculus ostentator sui apparet, ut ex ejus Chiliadibus non uno sane in loco videre est. scripsit Iamborum librum, qui periit, item Rationalium Librum, qui pariter intercidit. Allegorias Homericas supradictas, versibus Politicis scripsit, quæ adhuc supersunt manu exaratæ varijs in Bibliothecis. Scripsit et Commentarium in Homerum, cujus partem servat Codex M. S. Bibliothecæ Lipsiensis Paulinæ. Scripsit quoque Commentaria in Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας, Scutum Herculis, et in Theogoniam, quæ pridem edita sunt. Extant quoque ejusdem Epistolæ M. S. 107. in Codice Regis Christianissimi. 902. 1750. et 2565. teste Labbeo pag. 100. usque 110. Biblioth. novæ M. S. Scripsit demum Opus ejus celeberrimum, quod inscribitur: Chiliades. versibus. 12759. quorum extant tantum. 12675. ita ut exciderint versus 84. Historias continet. 660. ut ipse monet pag. 82. sed extant tantum. 600. ita ut 60. perijsse ipsius fortassis Tzetzæ temporibus credendæ sint. Tabulis tribus eas disposuit Tzetzes. Tabula. I. continebat Historias. CXLI. desinitque in Chiliadem. IV. versu. 466., addita Epistola ad Joannem Lacharam a versu. 467. usque ad. 780. Tabula. II. continebat Historias. XXIII. Tabula. III. continebat Historias. CCCCXCVI. ad finem Operis usque producta. In Chiliades versuum, seu in numeros versuum millenarios, non Tzetzes, sed Nicolaus Gerbilius primus divisit, ad calcem Lycophronis in Edit Basil. 1546. fol. Versibus hæc scripsit Tzetzes Politicis, seu vulgaribus, ac prosæ simillimis, nec quantitatem syllabarum observantibus, sed numerum tantum, et accentus. Et veluti Commentarium esse voluit Epistolarum suarum, seu rerum Historicarum, Poeticarum, et Philosophicarum, quæ in ipsis pressius, strictius, memorabantur

pag. 289.

Eusthathius Constantinopolitanus Monachus S. Flori, seu Monasterij, quod Aedi S.S. Flori et Lauri in eadem Urbe vicinus erat, deinde Libellorum Supplicum Magister, Magister Rhetorum, hinc magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus, et ex designato Myrensis Ecclesiæ Episcopo Archiepiscopus Thessalonicensis, insigni virtuti et eruditionis laude floruit temporibus Manuelis, Alexij, Andronici, et Isaaci Angeli Comnenorum, adhuc superstes anno. 1194. Laudatur vehementer a Niceta Choniate Lib. VIII. et Lib. X. Scripsit uberrima, ac pereruditæ Commentaria in Homerum. Itē Commentaria in Dionysium Periegetem, quos Joanni Ducæ Andronici Camateri Manuelis Imperat. affini filio inscripsit. Editiones Commentariorū in Periegetem vide supra Tom. III. pag. 21. Varia ejusdem Opuscula servantur M.S. in Bibliothecis

pag. 1343.

Gennadius, qui inter Laicos usque ad annum. 1448. enumeratus civiliter Georgij Scholarij nomine notus fuit, cum Joanne Palæologo Imperat. anno. 1439. Ferrariæ, mox Florentiæ interfuit Concilio, procurandæ concordiæ causa inter Latinam et Græcam Ecclesiam. Sed sive, ut fieri omnino potuit, Georgius Scholarius Græcos Florentiæ ad unionem hortatus fuerit, sive secus egerit, id enim plane obscurum est, reversus cum Joanne Palæologo Constantinopolim, adiunxit se Marco Ephesio in oppugnanda unione, quæ Florentiæ sancita fuerat; atque ad hæc tempora spectare videntur multa ejus adversus Latinos Opuscula. Hac de causa Scholarius in Joannis Palæologi offensionem incurrit, graviter commoti, quod unionem tanto labore a se procuratam, voce, scriptis, et auctoritate, quæ erat apud populares suos præcipua, disturbare conaretur. Anno exeunte. 1448. Joanni fratri successit Constantinus Palæologus; quo civiliter tempore Georgius, sibi, ut videtur, metuens, ob unionis odium, quo omnia Imperatoris consilia vehementer turbabat, sæculo renuntiavit, et in Monasterium Omnipotentis, Urbi proximum se recepit, tuncque demum videtur accepisse nomen Gennadij, iuxta vulgarem apud Græcos consuetudinem, ut nomen antiquum

mundo renuntiantes, quasi per alteram nativitatem mutarent. Gennadius itaque patria, ut videtur, Constantinopolitanus, magnam apud suos ab ineunte ætate doctrinæ, eloquentiæ, et jurisprudentiæ famam consequutus, unus idemque fuit, non duo vel tres Gennadij, ut Matthæus Caryophyllus, et eum secutus Leo Allatius effinxerunt. Dum a Turcis Constantinopolitana Civitas obsideretur, Græcorum Schismaticorum furor, Monachorum præsertim et Monialium, duce Gennadio ac Magistro, in Latinos debacchabatur, unde turbæ in Ecclesijs, ac tota passim Urbe, seditiones ortæ. Vaticinabatur enim Gennadius Imperij ruinam, et Urbi cladem, quod paternam fidem prodidissent, et Latinis Hæreticis fuissent per Legatum reconciliati. Capta est Urbs. 29. Maij. 1453. et eodem anno Gennadius, Sultani Mahametis jussu, Episcoporum suffragijs, electus est Patriarcha. Ter postea Patriarchatum dimisit, terque eundem compulsus recuperavit. Receptus demum in Monasterium S. Jo: Baptistæ in Monte Menœceo, ibi circa annum 1464. vitæ finem verisimiliter imposuit. Quamplura ejus Opuscula tam ante Patriarchatum, quam in ipso Patriarchatu, quam etiam post depositam dignitatem vide ibi.

pag. 401

Bessario patria Trapezuntius, Monachus Ord. S. Basilij, Archiepiscopus Nicenus, Græcæ Ecclesiæ antea propugnator, primum studio conciliandi, deinde ubi hoc non vidit succedere, Latina Dogmata adversus Græcos suos defendendo, Romanas partes strenue et constanter secutus fuit, summosque ab his tulit honores, primus Græcorum inter Cardinales cooptatus anno. 1439. ab Eugenio. IV. et a Pio. II. Patriarchæ Constantinop. ornatus titulo anno. 1463. Episcopus præterea Tusculanus constitutus, futurus etiam post Pium. II. vita functum anno. 1464. Pontifex Maximus, nisi Nicolai Perotti administratoris sui morositas Cardinalium animos alienasset. Diem suum obijt Ravennæ. 15. Nov^bris 1472. redux e Gallia, in quam a Sixto. IV. Legatus fuerat: Romæ sepultus ad S.S. Apostolos; vir sane magnus atque eruditissimus. Extant quamplura tum Græce tum Latine exarata ejusdem Opera sacra, et philosophica. Extat et ejus Epistola ad Christophorum Morum Venetorum Principem data anno. 1469. qua Bibliothecam suam legat Ædi S. Marci. Indicem Librorum ejusdem Bibliothecæ utriusque linguæ, qui omnes ferme manu exarati sunt, edidit Jo: Philippus Thomasinus in Catalogo M.S. Bibliothecarum Venetarum edito Utini. 1650. 4. pag. 35. usque ad. 55. Numerus Voluminum. 980.

pag. 405.

In fatti tali dovettero esser nè nostri antenati, il buon costume, l'attenzione, la fede, la concordia, e ~~l'amor della~~ il genio di patria, che, niente di sinistro intanto accadde alla Città, e nel seguente secolo XIV. essi medesimi coll'entrata del Comune ~~non~~ ebbero ~~difficoltà~~ prima e lena d'imprendere, e di ridurre a termine, con dispendio più che private, le mura, e le torri di cotesta Fossa, come ci assicurano i registri pubblici della ~~...~~ nostra Canceleria (1); di modo che andarono di gran lunga errati que' nostri Storici, che attribuirono quest'impresa magnifica al Patriarca Raimondo (2), e più ancora quegli altri, che la credettero di Marquardo (3).

(1)

(2)

(3) Giac. Valvas. Discors. M.S. della Città di Udine

Fortificato in cotal modo con Fossa, con Porte, e con ~~Spinate~~ Steccato nel secolo XIII. quest'ultimo ingrandimento di Udine, e divenuto coll'altro esterior ~~recinto~~ giro una cosa medesima, e disposti per tal cagione in altri usi, i muri, e la Fossa dell'antico ~~circondario~~ recinto, incominciarono necessariamente, e l'uno e l'altro, non solo a servir di difesa a tutta la popolazione, sì esterna, che interna, ma eziandio a realmente incorporarsi coll'interno della Città, in guisa che fin da quella età principiarono nell'esterior popolazione a sostituirsi a quello di Villa i nomi di Borghi, e di Suburbj, come abbiamo dalla celebre Carta di donazione de' Dazj, che il Patriarca Raimondo fece agli Udinesi (4): *Hominibus, Consilio, et Communi Terre Utinensis*, in ricompensa de' pesi, a cui soggiacquero, quasi intolerabili, *intolerabilibus quasi oneribus*, e delle spese gravissime, incontrate da essi in varj modi, tanto per occasion di guerra, che per altre cause, in servigio suo, e della Chiesa d'Aquileia: *quas imminente guerrarum discrimine, cum etiam alias pro ipso Domino Patriarcha, et Aquilegensi Ecclesia diversimode incurrisse noscuntur*; concedendo loro in perpetuo la facoltà d'impor Dazj in Udine, sopra ogni qualità di merci, tanto nell'interno della medesima, che nè recinti esteriori: *tam in Terra, Loco, ac Mercato, quam in Burgijs Suburbys de Utino*. Non è però per questo, che il nome di Villa in questi tali tempi si estinguesse affatto, che non potè porsi in dimenticanza, che un poco alla volta, per l'equivoco massime, che poteano fare i Borghi esteriori, con quelli del vecchio interior recinto; divisi essendo e gli uni e gli altri in *superiori*, e *inferiori*, e portando molti degli esterni il medesimo nome degl'interni. Quindi abbiamo nelle Carte anche del

(4) Cart. Franc. Nas. a. Octob. 1291.

secolo susseguente: In Villa superiori de Utino (1): In Villa superiori de Utino (2): In Villa inferiori Utini (3). Così pure: Villa Utini de Postcollo (4): In Villa Prazzari (5): Villa Utini in loco, qui dicitur Via Aquilegie (6): Villa Porte Villalte de Utino (7): Villa Utini de Ungaresca (8): Ville Utini de Pratocluso (9): In Burgo, seu Villa inferiori Aquilegie Utini (10), e simili. E ciò sino a tanto che col nome d'intrinseci, e di estrinseci, incominciarono a distinguersi i Borghi interni dagli esteriori, nel modo che segue: In Postcolles exteriori Utini (11): In Porta Cividati extrinseca (12): In Burgo superiori extrinseco, in Burgo S. Lucie (13): In Burgo Glemone superiori intrinseco (14): In Burgo Aquileie interiori (15): In Burgo Aquileie extrinseco (16). Ma dacchè in decorso di tempo i Borghi interiori della Città adottarono altri nomi, e quello di Cividale per cagion d'esempio, incominciò a dirsi Borgo di S. Bartolommeo, quel d'Aquileia, Borgo di S. Maria Maddalena, quel di Poscolle, Borgo del Fieno, quel di Gemona e Villalta, Borgo di S. Cristoforo, per Borghi superiori e inferiori non s'intesero più, se non i posti fuori della vecchia Città; e le antiche denominazioni d'Aquileia, Poscolle, Villalta, Gemona, e simili, abbandonate dagl'interni Borghi, rimasero agli esteriori, con che cessò intieramente l'uso, e il motivo di distinguerli in intrinseci, ed estrinseci.

Ed ecco come, ed in quali tempi Udine pervenne alla sua maggior grandezza, e al giro, che tuttavia sussiste, di 4188. passi, che meritamente la collocò nel numero delle Città grandi, e popolate; non contando essa verso la fine del secolo XIV. meno di ~~trenta in~~ circa quaranta mila abitanti, come può dedursi dal numero de' morti nella famosa peste del 1381 che secondo le Cronache di quel secolo, per sei mesi continui ne fece un orrenda strage, in ragion di cento e più al giorno, e condusse miseramente all'altro mondo, in sì breve spazio di tempo, ~~[illegible]~~ [illegible] mila de' suoi Cittadini (17): non trovandosi che nelle pesti, eziandio le più funeste, e ~~[illegible]~~ ne rimanga estinta, giusto i comuni calcoli, oltre la metà degli abitanti. Ecco quali e quanti furono gli accrescimenti esteriori della sua popolazione, e a quali età venerande eglino s'appartengano, introdotto essendosi prima del Patriarca Bertoldo, e innanzi il secolo XIII. L'ultimo accrescimento, di cui sinora abbiam parlato, e di cui pur tuttavia non ne sappiamo allegare un epoca certa. Esisteva egli certamente nel 1171. come dalla Carta del Patriarca Volrico II. finora inedita, e che qui merita d'essere illustrata (18).

Fece in quest'anno quel Patriarca novità grande intorno a quel ramo d'acqua, che scorre a i di nostri fra il Giardino pubblico, e il Convento de' P.P. de' Servi, appellati comunemente delle Grazie, ~~[illegible]~~ cavandolo fuori ~~[illegible]~~ dal suo letto antico, e dalla Fossa vecchia della Città, dove fin ab antico andava a mettere, e torcendolo per nuovo alveo a quel sito, che presentemente sta eretto il ponte, presso il Molino della famiglia

(1) Carta Zubert de Novate. 13. Maij. 1335. apud Odor. Susan. in Lib. Thesauri Caritas. pag. 168.
(2) Carta eiusd. ibid. eod. die. pag. 169.
(3) Carta eiusd. eod. die. ibid. pag. 169. t.°
(4) Carta Fran.ci Nasutti. 16. Mart. 1303. ibid. pag. 241.
(5) Carta eiusd. Nasutti 14. Octob. 1303. ibid. pag. 242.
(6) Carta eiusd. Nas. 16. Decemb. 1307. ibid. pag. 248:
\+ Carta Henrici Not. 24. Januar. 1331. ap. Bell. Tom. [illegible] p. 58 [illegible]
(7) Carta Petri Notarij. 10. Sept. 1354. apud Bellon Tom. I. pag. 121
(8) Carta Odor. Susan. 21. Jun. 1377. in Lib. Thes. Char. pag. 287.
(9) Carta eiusd. Sus. 26. Jun. 1377. ibi pag. 289.
\+ Carta 27. Dec. 1354 [illegible]
(10) Carta Ambrosij de Cuchanea. 8. Juny. 1368.
(11) Carta Zubert. de Nov. P.° Julij. 1337. ap. Bellon. Tom. III. p. 67.
(12) Carta Jo: de Susannis P.° Nov. 1391. ap. Bell. ibi, pag. 10.
(13) Carta Jacobi de Carnea. 21. Nov. 1394. ap. Bell. ibi pag. 15. t.°
\+ Carta Candidi de Tercento. [illegible] 1384. ap. Bell. T. II. [illegible]
(14) Carta Candidi de Tercento. 26 Apr. 1397. ap. Bell. Tom. II. [illegible]
(15) Carta Nicol. Not. Dominici. 23. Ap. 1406. ap. Bell. Tom. I. pag. 40. t.°
(16) Carta Jacobi de Carraria. 10. Mart. 1416. ap. Bell. Tom. III. pag. 27.

(17) Chron. vetus ap. P. de Rub. Mon. Eccl. Aquil. in Append. n. V. pag. 15. Illo anno, quo impositum fuit interdictum, regnabat valida pestis epidemie in Terra Utini, et in toto orbe; et decedebant in Utino in die plusquam centum interdum pluries: et incepit ea pestis de mense Martij, et duravit per totum Augustum, et mortui sunt illo anno plusquam X. millia christianorum. Interdictum Utino impositum anno 1383. ut docet P. de Rub. in Monum. col. 966. quo anno pestis vivere in Forojulio, totaque Italia grassata est. Annal. Ital. Tom. VIII. pag. 405.
(18) Carta Romuli Not. 1171. 4 Non. Maij.

Aquiloniani, alla volta della Villa di Cussignaco, in tempo che prima continuava per la medesima Fossa a cinger la Terra, e andava a riunirsi, verso la Porta intrinseca di Grazzano, all'altro ramo, che alla parte superiore bagna la Città; lasciando nondimeno a questa porzione della vecchia fossa, tanta comunicazione d'acqua, quanta bastò per introdur nella medesima la stagnante acqua, appellata poscia i Forghi; i quali in decorso di tempo si è poi veduto bene di andare un poco alla volta secondo le occorrenze otturando, e diseccando, sino a tanto che si è veduto a' giorni nostri a dar mano, perchè restino intieramente secchi, ed interrati. Onde è pura immaginazione, ciò che di questi Forghi ci lasciò scritto Giacopo Valvasone, cioè che Raimondo Patriarca, un secolo dopo, fosse quello, che(1) per li tempi della guerra fece cavar le conserve d'acqua, che si chiamano Forghi, d'intorno alla prima cinta delle mura. Passò il Patriarca Volrico a una tal novità in quest'anno [illegible] a petizione di Dietrico Preposito della Chiesa di S. Stefano d'Aquileia, arricchindo la detta Chiesa, ad uso delle due sue Ville di Cussignaco, e di Predamano, dell'insigne benefizio di quest'acqua, colla proibizione espressa a chiunque di edificarvi sopra Molini, o di arrogarsi alcun altro diritto, fuorchè alla Chiesa medesima: Ita ut intra fines predictarum Villarum nulli omnino liceat in ea vel Molendina facere, vel aliquod sibi ius vendicare, sed tantum prefata Ecclesia eam ad Molendina facienda, et omnem usum et utilitatem predictarum Villarum, libere habeat atque possideat. A condizione però, che le due Ville pagar dovessero al Patriarca sessanta stara d'Avena per ciascheduna, d'esser condotta ognanno alla Patriarcal Caneva d'Udine: Eo videlicet tenore, ut homines de Cussiniaco sexaginta sextarios Annone, illi quoque de Predamano sexaginta nobis, et successoribus nostris in Cellario de Utino persolvant. Censo, che in vigor di questa Carta, dopo il corso di ben sei secoli, continua a pagarsi ancora ai Conti Manini Patrizj Veneti, successi per via di compra alle ragioni del Principato.

(1) Giac. Valv. Discors. M.S. della Città d'Ud.

L'aver concesso il Patriarca alla detta Chiesa quest'acqua principalmente per fabbricarvi sopra Molini, ad molendina facienda, conferma ~~molto~~ [illegible] [illegible] quanto abbiam detto di sopra, cioè che questo fu un ritorcimento [illegible] medesima [illegible] si rilevo [illegible] per nuovo letto, in cui ~~necessarj essendo~~ necessarj di tratto in tratto questi tali edifizj, come tanti sostegni e ragion del piano troppo inclinato, per livellar l'acqua nell'atto stesso di derivarla affinchè non precipitasse [illegible] di soverchio, e non dispergasse. L'essersi poi dato debito alle due Ville di corrispondere il censo nella Caneva d'Udine, in Cellario de Utino,

non ha bisogno di comenti per farci intendere, che fin da quelle età la Caneva Patriarcale erasi già fissata in Udine, ciò che non solea farsi se non nè luoghi più cospicui e più sicuri. Odorico Susanna nèl catalogo delle vendite Patriarcale, la cui segnata l'anno 1348, tre sole in fatti ne annovera, stabilite per appunto in Udine, Cividale, ed Aquileia, ove dice(1): Canipæ Patriarchales, Utini, Civitatis Austriæ, et Aquileiæ, percipiunt annuatim magnos et multos census, in bladis, vino, pecunijs, et rebus alijs, prout in libris Caniparioru, qui fuerunt pro tempore, plene constat, sed specialiter Canipa Utini est præ cæteris Canipis in præmissis omnibus opulenta. Quindi è, che trovasi in questi tali tempi, che il Patriarca medesimo colle sue Corte e [illegible] in Udine ben di spesso, come deducesi dall'Investitura d'un certo Molino in pertinenze d'Udine, dato in feudo dallo stesso Patriarca Volrico, assieme con un prato, coll'ingiongere il debito al feudatario di macinar il grano senza mercede per la Curia del Patriarca, in tempo della sua dimora in Udine(2): Ita quod bladum pro Curia Domini Utini absque mollitura mollere teneatur.

Abbiamo ancora dalla presente Carta, che il campo, che ai tempi nostri chiamasi Giardino, in quella età vetusta appellavasi Lago, a quel passo, dove il Patriarca dà debito agli Udinesi di conservar la predetta acqua nell'alveo, in cui scorreva presso il Lago, sino ai confini della Villa di Cassignaco: In alveo, in quo nunc iuxta Lacum fluere cernitur, usque ad fines predicte Ville de Cassiniaco. Il che aggiunge peso alla volgar tradizione, che qui per antico veramente ci fosse Lago; opportuno massime essendo a un tal uso la sua profondità, e i due rami d'acqua perenne, che da due lati l'abbracciano.

Ma quel che più significa, e che conduce al punto, che ci siamo esibiti a provare, si è, che in principio della Carta il Patriarca dice chiaramente di concedere alla Chiesa di S. Stefano d'Aquileia quel ramo d'acqua, che scorreva per la Villa sua di Udine: Aquam, que per Villam nostram de Utino fluit. Per la Villa d'Udine adunque passava quest'acqua, e per quella porzion di Villa precisamente, onde formossi il quinto, ed ultimo recinto, e sia per l'alveo stesso, per cui scorre anche al dì d'oggi, lungo l'antico Borgo, o contigua Villa Cassina, occupata in gran parte ai dì nostri dal Monastero delle Agostiniane; e quindi in capo ai Borghi di Pracchiuso, del Bon, Rondi, ed Aquileia, sino al mentovato ponte presso

(1)

(2) Susan. in Bib. Thes. Clarit. pag. 16.

il Molino Arcoloniani. Borghi tutti posti fuori della vecchia [illegible], e che appartengono come sopra, a quest'ultimo ingrandimento della [illegible]. Ella è dunque, non già probabil cosa, ma certificata intieramente dal testimonio infallibile del presente nobile Documento, che innanzi Bertoldo, e prima del secolo XIII. e ragionevolmente ancora avanti Volrico medesimo, che segnò questa Carta, erasi introdotta qui la popolazione, e fin da què lontani tempi era già in essere quest'ultima porzione dell'antica Villa di Udine.

Chè se così è, come ci sembra ad evidenza l'aver dimostrato, e se Udine fin dal secolo XII. avea già estesa fuor delle antiche sue mura l'esterior popolazione a tutti què siti, che costituirono il corpo, appellato in què tempi la Villa d'Udine, e formano in presente la maggior ampiezza della Città, io mi lusingo, che non ci sia bisogno d'altro per conchiudere fermamente, esser Udine un dè vetusti Luoghi della Provincia. In più fiate noi dicemmo, ch'ei giunse a questa sua grandezza, e che di mano in mano, incominciando dal suo Castello, credette spediente l'Antichità di fortificarlo ben cinque volte, e di ripetere, secondo che andava crescendo di popolazione, la grande e dispendiosa opera dè muri, delle fosse, e delle torri; impegni tutti di gran rimarco, e che richiedono fra l'une e l'altro un intervallo di tempo molto maggior di quello, che umanamente possiamo immaginarci; massimamente quando questi così fatti incrementi, non da opportunità di sito, o da navigazione, oppur da una qualche forza, o dalla mano sovrana dè Principi, ma naturalmente, e dal solo caso derivano, e dall'insensibile accessione, e moltiplicazione del minuto popolo, come di Udine si verifica, Città mediterranea, ingrandita a fortuna, e discosta affatto dalla comunicazione dè fiumi. Laonde, dico io, se fin dal secolo XII. e dai tempi del Patriarca Volrico II. ella era in pronto, seicento anni sono, con tutti i suoi accrescimenti, dal primo fino all'ultimo, perchè poi nel secolo XIII. sotto i Patriarchi, Bertoldo, e Gregorio, si fosse dato mano a serrarla, e a munirla anche di quest'ultimo recinto, a quale antichità venéranda in conseguenza non deon condurci gli altri quattro più vecchi recinti, dè quali ora ci resta a parlare?

Ma non a quella condizione, che abbiam sinora parlato dell'ultimo recinto, potremo noi procedere a trattare degli altri; perciocchè da questi

tempi addietro per gran tenebre ci convien farsi strada, e senza la fida scorta delle antiche Carte, che sempre più si fan rare, e quel che maggiormente ne difficulta la traccia, a fronte d'un profondo silenzio, che incontrasi di queste tali cose nella vecchia Storia; silenzio però, che non offende niente l'esser antico di Udine, perchè opposto direttamente al fatto, e riprovato manifestamente dalle reliquie, che tuttavia ci restano di tutti questi recinti. Pur nondimeno, in quanto s'appartiene al quarto recinto, sembra a noi trapirare alcun lume dalla suddetta Carta di Volrico del 1171 perciocchè da quella abbiamo una prima notizia, che la Fossa antica della Terra, dalla Porta intrinseca di Grazzano sino al suddetto Ponte presso il Molino Arcoloniani, col ~~divertirar~~ tirar fuori che fece quel Patriarca dal suo letto il suddetto ramo d'acqua, e col ~~torcerlo~~ per nuovo alveo verso le Ville di Cussignaco, e Predamano, venne a perdere intieramente una delle due gran fortificazioni, prescritte da Vegezio alle Fosse delle Città, consistenti nella profondità di esse, e nella innondazion delle acque (1); <u>nam duplici modo</u>, dice egli, <u>opus subterraneum pergi, earum altitudine, et inundatione prohibetur</u>. Non servendo ad altro la stagnante e paludosa acqua, che in codesta Fossa vi rimase, che a render l'aria poco sana, contro il prescritto da tutte le regole militari, presso Vegezio, Vitruvio, ed altri gravi Autori (2). Ciò che certamente non è da credersi, che Volrico avesse fatto, sè prima, o sotto di lui, o come par più probabile, sotto qualche altro Patriarca suo precessore, non vi si fosse accorso a questa parte alla sicurezza della Terra, con nuove fortificazioni, e coll'accennato quarto recinto, che fra i due esteriori viene ad essere il primo, consistente nè quattro principali Borghi, nominati di sopra, e nelle sei Porte esteriori di S. Spirito, Cussignaco, Cisis, Grazzano, Poscolle, e S. Maria.

Se dunque il quarto, o vogliam dire il primo esterior recinto, sotto il Patriarca Volrico fin dal 1171 era in essere, e prima forse ancora, come possiamo quasi con certezza asserire, col fondamento del troppo breve intervallo di soli quaranta sett anni, che passano fra il 1171 e il 1218 in cui Bertoldo ascese al Patriarcato, sotto il quale, come si disse, all'altro esterior recinto probabilmente si diede mano, facile sarà il comprendere, come

(1) Veg. de Re Mil. Lib. IV. Cap. V.

(2) Veg. ibi Lib. III. Cap. II. Vitruv. de Architect. Lib. I. Cap. IV. Galen. Lib. I. De sanit. tuenda, Aristot. Lib. III. De partib. animalium.

sotto Gotefredo, chè nel·1182· tenne dietro a Volrico nèl Patriarcato, sino ai tempi di Pellegrino II· che a costui successe nel·1195· tutte le forze del Patriarca ridur si potessero in Udine nell'ostinata guerra co' Trivigiani, ch'eransi impadroniti di quasi tutto il rimanente della Provincia, come abbiamo nè Memoriali d'Antonio Bellonè, tratti dal ventesimo Scrigno d'Odorico Susanna (1): Tempore Gotefredi Patriarchę usque ad tempora Peregrini Patriarchę, Tarvisini armata manu occuparunt ferè totam Patriam, et omnia Castella Patrię, Utino excepto, ubi interfectus quidam Nobilis de Camino. Imperciocchè coll'accessione di questo primo esterior recinto ai tre recinti interiori, Udine venne a crescer d'assai, e le sue mura ascesero a un giro di 2244· passi, come può vedersi dalla più volte citata Pianta; ampiezza ben considerabile, e che giunse ~~quasi~~ in quel torno poco meno che ad eguagliare il giro delle mura di Napoli, che misurate nel·1140· per ordine di Ruggieri Re di Sicilia, si trovarono essere non più di·2363· passi (2).

(1) Bell. Memorial. Tom. III. pag. 46.

(2) Giann. Stor. Napol. Lib. XI. Cap. III. pag. 131. col. 1
Annal. Ital. Tom. VI. pag. 471.

[illegible]

Cl. VI.
603

Estratti dall.
De Rubeis Fr.° Bern.° Maria

Dissertatione variae eruditionis
Apografo di Paolo Fistulario

Cap. III. pag. 27.

Fortunatum ex Aquilejensis symboli expositione minime in loco Aquilejensi Ecclesię subiecto natum videri contendit contra Io: Iosephum Liruti

pag. 29.

Contra eundem Liruti, Pij epitheton, quod Paulo seu Paulino Aquilejensi Pat. tribuitur a Venantio, non sanctitatem vitę indicare probat. qui viro nesciat, ait, Beati, Pij, imo etiam Beatissimi ac Pijssimi et Sanctissimi titulis, Viros dignitate ac Infulis Episcopalibus conspicuos, honoris tantum causa insigniri consuevisse?

Hinc procedit ad alia doctissimus Auctor ad Forum Iulij precipue pertinentia, quę vide ibi.

Cap. VII pag. 78. Vide Laurentię Aquilejensis Reginę fabulam.

Cap. X. pag. 104. seq.

Vide Pauli Diaconi verba de Schismate Aquilejensi defensa.

Cap. XVII. pag. 157.

Zaccaria contro Bertoli sostiene Aquileja non essere fra le Italiche Città.

Si dubice ivi

pag. 159.

Ammiani Marcellini locus de Aquileja, et Iuliano Imp. Lib. XXI. Num. XI.

ibi Addendum est, fines Italię alios a natura, aliosque a Romano jure tributos esse: ac jure Romano alios atque alios constitutos, prout major minorve ejusdem Italię pars jure Italico cumulata est, reliqua in Provinciarum numero relicta. Quę Regio prius Citerioris aut Cisalpinę Gallię vocabulo appellabatur in Transpadanam et Cispadanam divisa, ad jus numerumque Provinciarum pertinuit usque ad Iulium Cęsarem, et Augustum: eademque deinceps Regio, quę presertim trans Padum est, speciale nomen Italię obtinuit. Strabonis verba sunt Lib. V. Ita obtinuit ab Augusti ęvo, &c. Sed ante Augustum tributum fuisse Cisalpinis Gallis trans Padum, adeoque Venetis et Carnis, jus idem Civitatis a Iulio Cęsare admonent Viri docti ex Dione Lib. XLI. Cap. 36. Ad Italiam hocce tempore Aquilejam spectasse dubium nullum: imo etiam ad Venetiam, dicendum infra.

pag. 160

Rem confirmat Plinius, qui sub Vespasiano Imp. floribat. Verba ejus sunt Lib. III. Cap. XVIII. Tergestinus sinus, &c. et Capite XIX. Oppida Istrię &c.

pag. 158. da Lettera del Sig.r March. Maffei

Plinio e Tolommeo dissero Aquileja ne' Carni, e fuor di Venezia Strabone: ma vuol intendersi della Venezia propria, alla Venezia essendo stati anche i Carni attribuiti

pag. 161

Post Constantini dispositionem præscriptam anno circiter 328. Septem Provinciæ Vicario Italiæ subjectæ, idest Venetiæ cum Istria, Æmilia, Liguria, Flaminia et Picenum Annonarium, Alpes Cottiæ, Rhetia prima, et Rhetia secunda; speciali nomine Italiæ vocatæ sunt. Imo ante Constant. Dispositionem ita vocatas esse probant Plinius Lib. I. Epist. XIV. Vopiscus in Probo, Nazarius in Panegyr. Constantini Aug. n°. XXV. et XXVIII. et in Cod. Theod. Lib. VI. Lege IV. Tit. de Privilegiis eorum &c. Vicarius Italiæ extitisse ante dictam Dispositionem probatur

pag. 162

Vide celebrem Provinciarum Dispositionem factam a Constantino Magno.

pag. 163.

Hadriani priorem Dispositionem ex Sexto Aurelio Victore in Hadriano, et ex Emanuele a Schelstrate Tom. II. Antiquitati Ecclesiæ

Diocletiani mediam inter Hadrianum et Constantinum Dispositionem, ex ejusdem Aurelij Victoris Vita Diocletiani.

pag. 164.

Ex Constantino Porphyrogenito Lib. De administrando Imperio Cap. XXIX. Diocletianus Dalmatiam summopere amavit, eo Romanorum Colonias usque ad Danubium deduxit, et Dalmatiæ nomen in Venetiam partem usque Aquilejam induxit. Hæc dispositio si fuit, non diu ~~duravit~~ perseveravit, anno enim 347. in Sardicensi Concilio Fortunatianus Aquilejensis ab Italia appellatur.

pag. 165.

Mamertinus sub Iuliano Præfectus Prætorio Illyrici factus est judicavitque Aquilejæ Nigrinum cum fuga se abripuissent Taurus Italiæ et Florentius Illyrici Præfecti Prætorio. Ex Dominico Georgio De Antiquis Ital. Metropolibus Cap. XV.

pag. 167.

Iam adnotavimus, (pag. 159) ac infra dicemus, Aquilejam juxta dispositionem Cæsaris Augusti ad Venetiam pertinuisse: atque juxta civilem Hadriani et Constantini Impp. dispositionem ad eandem spectasse Venetiam, paruisseque Vicario Italiæ, septem Provincias ejusdem administranti.

pag. 168.

Sed Istria ab Augusti Cæsaris ævo ad Italiam translata annectebatur Venetiæ, cum antea pertineret ad Illyricum. Pomp. Mela Lib. II. Cap. III. Strabo Lib. VII. quod utique Illyrici vocabulum regione potuit etiam tempore Istriæ inesse ex antiquo more et instituto.

pag. 169.

In Appiani Editione, quam curavit Henricus Stephanus anno 1592. De Bellis Civilibus Lib. V. Legimus in textu Græco Κοδρόπολιν τῆς Ἰλλυρίδος, Codropolim Opidum Illyricum. At in Editione Alexandri Tollij, utroque textu Græco et Latino multis in locis emendato. Amstelod. 1670. fol. Græca lectio est, Σκόδραν, πόλιν τῆς Ἰλλυρίδος, Scodram, Opidum Illyrici.

Strabo Lib. V. ait: Sita est Aquileja extra Venetorum fines, nempe in Carnis. Unde Lib. VII. ait: Rheti et Norici usque ad Alpium summa assurgunt, et versus Italiam vergunt, alij Insubres, alij Carnos et quæ sunt circa Aquilejam loca, attingentes.

T. Livius hæc habet: eodem anno (568.) Galli transalpini transgressi in Venetiam, &c. ubi in Notis Ios. Dujatius ait: Galli Transalpini, num Carnutes? Id suadet Carnorum per hæc loca nomen. Animadverte Venetiam vocari, &c. postmodum et Italiam a Livio.

pag. 170.

Gallos istos, Venetiam transgressos, intellige Carnos. Unde venerint isti, et quo a Romanis depulsi abierint, exponendum est. Livius Lib. V. Cap. XXXIV et XXXV. transmigrationes describit, quæ Prisco Tarquinio Romæ regnante, &c.

pag. 171.

Proximum Norico Carnutum fuit, cui nomen dedisse Carnuntes Celtas plerique arbitrantur, docentque ab hisce pariter profectos Carinos, seu Caritnos, populos Carniolæ et Carinthiæ. Istorum itaque soboles fuerunt Galli, qui anno 568. ante C. 180. ex Alpibus migrantes transgressi sunt in Italiam et Venetiam, loca occupantes ubi Aquileja est.

Tunc vero Romanis jam parebant Veneti, ipsosque Romanorum jugum subijsse conjectat March. Scipio Maffejus Lib. II. Veron. Illustratæ, col. 35. paullo ante Bellum Punicum II. inceptum anno U.C. 536. ante Christum 218. anno scilicet circiter 534.

pag. 172.

Anno U. C. 583. nondum agrum Aquilejensem incolebant Carni.

Anno. U. C. 585. Familijs mille quingentis augetur Colonia Aquilejensis.

Bella succedunt Carnis, atque Triumphi de ipsis. In Io: Freinshemij Supplementis ad Libros Livij deperditos, Libro. XLV. n.^{ro} V. hæc habentur: Inalpini Galli, et Ligures Provinciæ fuere: ex utraque gente triumphatum, cum C. Marcellus Gallos, C. Sulpitius Ligures subegisset. Annus est U. C. 588. ante Chr. 166. Nomine Gallorum Inalpinorum maxime Carnos intelligi, sententia est Virorum doctissimorum; hinc Sulpicij Provincia contra Ligures fuit, Marcelli in Gallos Inalpinos Orientales.

In Epitome Livij ad annum. 636. ante Chr. natum. 118. Legimus, Q. Marcium Regem Proconsulem Sarnos, gentem alpinam, expugnasse. Ubi pro Sarnis jubet Cluverius Carnos reponi.

Certissimum autem de ipsis triumphi testimonium perhibet Fragmentum Fastorum Triumphalium, in quo hæc habentur: M. Æmilius Scaurus De Galleis Karneis, scilicet De Gallis Carnis triumphum egit anno U. C. 639. ante Chr. 115.

Hæc Freinshemius eruit ex mutilatis horum Consulum triumphis, quæ in Capitolinis extant Tabulis, ex Livij Epitome Cap. XLVI. et ex Julio Obsequente

Vide Sigon. De Ant. Iur. Italiæ Lib. I. Cap. XXIII. pag. 45.

pag. 173.

Domiti jam Carni, Romanoque subiecti Imperio, facultas data fuit, ut in plana descenderint Venetorum, partemque Venetiæ incolerent. Cluverij verba sunt Lib. I. Ital. Ant. Cap. XVII. pag. 133. Postquam Carni alpina gens partem Venetiæ occuparunt, &c. et Cap. XIX. pag. 170. Sub radicibus Alpium nunquam Carni incoluere, antequam eis a Romanis (neque enim per vim atque arma hic eripere quidquam ipsi Carni potuere) pars Venetiæ oræ inter Tilaventum et Formionem amnes attributa fuit.

Hæc tempora spectare videntur Veteres Geographi, qui Aquilejam extra Venetiam collocant. Strabo Lib. V. &c. Carnorum et Venetiæ Civitates, ita Ptolomæus; Carnorum autem mediterraneæ Urbes sunt, Forumjulium Colonia, Concordia Colonia, Aquileja Colonia. Straboni repugnat Ptolomæus. Locum Plinij affero &c. Decima regio Italiæ Adriatico Mari apposita, Venetia: cujus fluvius Silis, &c.

Hic cum P. de Rub. conferendus Plinius Harduini

Regioni Carnorum jungit Plinius Japidum regionem: et hanc incipere a Timavo adnotant Viri docti: qua de re diligentius perquirant alij, ac certiora doceant

pag. 174.

Animadvertendum mihi est, agri Venetorum inculti, ac deserti conditionem in causa fuisse, ut domitis Carnis facultas a Romano Senatu fierit descendendi ad plana, ac Venetiæ partem occupandi.

Sed agro Aquilejensi per ~~Venetos~~ Carnos occupato, Venetia duplex distingui debet: alia recentior, quam scilicet a flumine Tilavempto retinuerunt Venetorum populi: alia juxta priores latius patentes fines. Quorum partem orientalem aliquam Galli inalpini, seu Carni occuparant.

Hinc Aquilejam inter Carnos ~~collocari~~ collocari, revera non est eamdem omnino de Venetia pellere: imo potius dici debet, Carnorum gentem cum alijs Venetis populis junctam fuisse in Venetia.

Ad hanc ergo Venetiam late patentem pertinuit semper Aquileja: ac inter Venetiæ Civitates habita semper fuit, juxta Civilem Provinciarum Dispositionem sub Augusto, et Hadriano, et sub Constantino Augusto, alijsque sub Imperatoribus, ac etiam sub Regibus Gothis et Langobardis.

Hæc omnia ampliore sermone enarro in Opusculo MS. De Urbis Aquilejæ primordijs, incrementis, excidio.

Cap. XVIII.

pag. 189.

Vide Ruinarti Notam de Barbaris ac Romanis populis

Cap. XIX.

pag. 190. segg.

Vide ab Alarico Gothorum Duce illatam in Forumjulium hominum ac boum luem. Vide ibi in Rufino dissentientem (vel Nicetæ) L. de Rub. a Fontanino et Io: Ios. Liruti

Cap. XX.

pag. 207.

Vide de Colle Utini sententiam

pag. 210

Vide Philippi a Turre verba ex Dissertatione posthuma de annis Imperii M. Ant. Elagabali Cap. XIV. de Sontio Flumine, qui tribus ab Aquileja millibus passuum, ad Orientem in mare delabitur

pag. 212.

Plinius, qui Lib. III. Cap. XX. inter gentes Alpinas, quę a Mari supero ad inferum pertinebant, memorat Abisontes, alias Ambisontes, An hoc loco Plinius flumen istud indicaverit, Populique fuerint isti, qui secus Sontium Loca, terrasque accoluerint?

pag. 213.

Cluv. Ital. Ant. Lib. I. Cap. XIX. notat ex Plinio Norejam pertinuisse ad Tauriscos, porro ex hac urbe dictos Noricos: ac ipsos non tantum inter Danubium et Alpes sedem habuisse, sed etiam ipsas incoluisse Alpes ad Tilavemptum et Fellam usque flumina, quę apud Ventionum Oppidum miscentur: adeoque Tauriscos a Plinio Lib. III. Cap. XX. juxta Carnos Alpinos collocari.

Sed Norejam Straboni nequaquam circa Goritiam, sed trans Alpes magno intervallo collocandam esse demonstrat Erasmus Froelich, aut Comes Rudolphus Coroninus de Cronberg in Tentamine Genealogico &c. Cap. I.

Imo demum Norejam Urbem haud recte collocasse videtur Strabo, apud quam Carbo conflixit anno U. C. Varroniano 641. a Chr. 113.

Vide Plut. in Vita C. Marij, et Freinshemium in Suppl. T. Livij Lib. LXVIII. num. 46.

Celebre in Historijs nomen Alsę Fluminis Capitolinus de Maximino Imp. narrat: Cum esset pedum octo et semis, &c. Plinio Alsa dicitur Lib. III. Cap. XVIII. et apud Aurelium Victorem in Epitome, de Constantino Juniore prope Aquilejam cęso agentem.

pag. 214.

Anonymus Mediolanensis in Tabula Chorographica Italię Medij Ævi num. 72. Anaxum Fluvium intelligit Fellam a Julio Carnico incipientem, defluentemque in Tilavemptum, an apte vero appositeque dubitaverim. Ipsum consule late hoc loco disserentem.

Cap. XXII.

pag. 246.

Istriam cessisse nunquam Langobardis, amplo sermone ostendimus in Monumentis Aquilejensibus Cap. XXV. num. III. Hinc vero per hæc tempora Istria sub Græcis Imperatoribus sejuncta erat a Venetia sub Langobardis.

Cap. XXIII.

pag. 256.

Secundi Tridentini Servi Christi, nati anno circiter. 547. Fragmentum scriptum anno circiter 580. nunc primum editum a B. de Rub. ex Codice MS. Monasterij Salem Cisterciensis Ordinis, Constantiensis Diœcesis. Epocham Regni Langobardorum Secundus ad annum refert. 569. mense Majo. Paulus Diaconus anno 568. mense Aprili. Cui Diacono laudatur Secundus Lib. IV. Cap. 42. quod succinctam de Langobardorum Gestis Historiolam composuerit.

Marius Aventicensis in Chronico, inter Scriptores Francicos Tom. I. favet Secundo Tridentino, eandemque Epocham statuit. Duschesnius collegit Script. Franc.

Sigebertus Gemblacensis in Chronico, apud Pistorium Tom. I. favet Paulo Diacono, et eandem cum ipso Epocham confirmat.

Utramque Epocham vide conciliatam

pag. 260. segg.

Ducum Forojuliensium Chronologia et series Caroli Sigonij defenditur contra Muratorium

pag. 273. 274.

Fredegardus Scholasticus sui degreeo frequentius miscet, quæ legerat in Paulo Diacono, in Chronicon suum transferens.

Aimoinus Lib. IV. Cap. 32. de Gestis Francorum, explicatur.

Cap. XXIV.

pag. 282.

Tabulæ fundationis Abbatiæ Sextensis mendis expurgatæ, denuo prodeunt.

pag. 288. Ampliores accessiones factæ Tabulis Sextensis Abbatiæ non raro occurrunt in diversis ejusdem Diplomatis apographis sequioris ætatis: aut enim posterioris Donationes manu interpolatrice inscribantur, aut etiam plus nimio amplificabantur factæ Donationes.

pag. 292. segg.

Masselionis Ducis Donatio. Quis fuerit iste Dux Masselio disquiritur.

pag. 297.

Donatio alia. anno. 807. Abbatiæ Sextensi facta a Petro Diacono.

p. 298. Homines nostros Teudone et Maxilione de Usopo

pag. 299.

Donatio alia Ludovici. II. Imper. anno. 855. Abbatiæ Sextensi

pag. 302.

Græcis Istriam, non Langobardis dominatoribus ereptam in potestatem Francorū venisse adserimus. Vexatam quidem sæpe a Langobardis Provinciam, oppressamque incursionibus, minime vero captam subjugatamque, ostendimus in Monum. Cap. XXV. n.° III. et Cap. XXXVIII. n.° III. et IV.

pag. 304.

Bernardinus Zanetti Tom. II. Lib. VI. n.° 60. in Nota. 47. del Regno dè Longobardi locum carpit in Monum. de Rub. Cap. XXXVIII. n.° III. præter rem

Cap. XXV.

Plura vide de Paulo Diacono contra Muratorium et Io: Iosephū Liruti

Cap. XXVI.

pag. 317.

Diploma Caroli Paulino Patriarchæ concedentis anno. 792. Cœnobiū S. Mariæ in Organo, Xenodochium S. Ioannis in Forojulii, et Ecclesiam S. Laurentii de Boga ex Archivo Civitatis Utini erutum, ex meliori apographo recuditur.

pag. 321.

Donatio alia Mariæ ancillæ Dei facta anno. 847. Abbatiæ Sextensi. Tergeste

Cap. XXIX.

pag. 340.

Paulini Carmen in obitum Henrici Ducis # recuditur et illustratur. #

pag. 358.

Quid Ringus, aut Hringus fuerit, diserte exponit Eginhardus in Annalibus, ad annum 796. Hericus Dux Forojuliensis, spoliata Hunnorum Regia, quæ Ringus vocabatur, &c. Et infra: Eorum Regia, quæ ut dictum est Ringus, a Langobardis autem Campus vocatur, ex toto destructa est.

pag. 354.

Vedi, i Monti Albii oggidì detti Morlacca, si giungono sino a Fiume

Gregorius Turonensis Lib. IX. Cap. XXXVI. Historiæ Francorum hæc habet: Childebertus Rex morabatur cum Conjuge et Matre sua infra terminum Urbis, quam Strateburgum vocant. Et Libro X. num. XIX. Ad Argentoratensem Urbem, quā nunc Strateburgum vocant, deductus.

Ruinartii Asceteæ Sammaurgi adnotatio est ad priorem locum: Primus omnium, ut putat Valesius, Argentoratum Gregorius noster appellavit Strateburgum — — Sic dictum est, quod forte tunc via publica, sive Militaris ibi esset multum frequentata. Etenim vox Strateburgum, Opidum in Strata, idest in Via positum sonat.

At Cluverius Germ. Ant. Lib. II. Cap. XI. notat in Libello Provinciarū Civitatumque Galliæ legi: Civ. Argentoratensium, Stratiburg. Cujus libelli Auctor Gregorium præcedit. Nominis vero etymologiā Cluverius ducit ab an der argen Strassen, sive Straatzen, aut Straaten.

Cap. XXX.
pag. 359.

In Fuldensibus Francorum Annalibus, et in Pithoeanis ad annum. 826. Verba sunt: Georgius quidam Presbyter de Venetia, cum Baldrico Comite Forojuliensi veniens, Organum Hydraulicum Aquisgrani fecit.

Annalistæ Bertiniani verba sunt: Baldricus Dux Forojuliensis, cum propter ejus ignaviam Bulgarorum Exercitus terminos Pannoniæ Superioris impune vastasset, honoribus quos habebat privatus est: et Marcha quam solus tenebat, inter quatuor Comites divisa est.

Putat Anonymus Auctor Chorographiæ Italiæ medii ævi num. 40. apud Muratorium inter Scriptores Italiæ: Venetiam continentem in quatuor Marchas divisam, nempe Istriam et Forumjulium juxta veteres earum Provinciarum fines, Tarvisinam inter Tilaventum et Medoacum flumina, ac Veronensem inter Medoacum et Mincium ac Lacum Benacum.

Marcus Hansizius Tom. II. Germaniæ Sacræ in Luipramo Archiepiscopo Salisburgensi, aliter easdem statuit Marcas: nempe Carinthiam, Pannoniam Inferiorem, Forumjulium cum Istria, et Carniolam cum Liburnia.

Godefridus Beselius Abbas Gottwicensis in Prodromo ad Chronicon Gottwicense Tom. II. Lib. IV. N. 183. innuere videtur, Ducatum aut Marcham Forojuliensem pridem complexam esse Forojuliense Provinciam, Istriam, Liburniam, Carniolam inferiorem, seu Carstiam cis Labacum: ac istas fuisse Marchas a Ludovico Imperatore erectas. Certa Monumenta desunt, quæ hanc divisionem magis patefaciant.

Creina Marchia autem est Carniola superior, cujus Caput Labacum. Carstia seu Karstia cis Labacum Carniola inferior, cujus Caput Tergeste. Carniola inferior seu Carstia a Slavis occupata a Labaco usque ad fluvium Gurkam et Marcha Vinidorum, alias Ducatui Forojuliensi una cum Istria subiecta Italiæque annumerata.

Goldastus in Animadversionibus ad Eginhardum de Vita Caroli M. Cap. VI. voces illas inter quatuor comites dividit, legitque in ter quatuor Comites qui numerus multiplicatus efficit numerum duodenarium. Statuitque duodecim Comites cum suo Duce quos ibi enumerat. Sed communem lectionem illam inter quatuor Comites constantissime editi Annales exhibent, et frequentius adprobant Viri docti.

pag. 362.

Sancti Paulini annus emortualis. 802. Defenditur contra Jo: Fran. Madrisium et Jo: Josephum Liruti.

pag. 364.

Errorem fatetur hic P. de Rub. in quod minus attentus incidit in Diplomate Caroli M. anni. 811. in Epocha Regni Franciæ computanda, quæ non. 25. Decembris, sed. 9. Octobris revera fuit, ut annus semper inciperit die. 9. Octobris, non. 25. Decembris.

Ad Josephi Liruti ad hoc Diploma animadversionem sequentem pag. 252. Questa, per quanto io so, è la più antica memoria, che noi abbiamo del costume de' Feudi, che si chiamano anche Benefizj, introdotto, ed ora fatto universale in questa Provincia: e da questo pezzo di Diploma si comprende, che facilmente l'uso de' Feudi passò ~~che al Friuli~~, e forsi in tutta l'Italia, dalla Francia

Hæc Lirutus adnotaverat ad verba illa hujus Diplomatis: Portionem Hæreditatis Rotgaudi et Felicis fratrum rebellium, quæ in publicum nostrum secundum Legem Francorum vel Langobardorum venerat, et quam Fidelis noster nomine Laudula per nostrum tenuit Beneficium, et post ipsius decessum Benno filius ejus, deinde Bovo hactenus tenere visus est, &a

P. de Rub. opponit sequentia Muratorij verba ex Dissertat. VI. inter Antiquitates Medij Ævi: Scriptoris sunt, qui Beneficium et Feudum pro una eademque re apud Veteres sumunt: et non pauci usque a Romanorum dominantium ævo originem Feudorum arcessunt. ---- Ea sententia præferenda mihi creditur, quæ a Germanis populis Feudorum originem arcessit. ---- Non tamen tantam antiquitatem Germanæ Feudorum institutioni tribuo, quantam nonnulli sibi persuaserunt. Scilicet sunt qui a Langobardis Germaniæ populis Feudorum originem derivant. Quibus assentiri nequeas, cum neque in Langobardorum Regum Legibus, neque in vetustis gentis illius Monumentis quidquam occurrat, unde eluceat

apud eos populos Feuda in usu fuisse. Plerique ex eruditis censent, Francorum gentem, quæ et ipsa Germaniam matrem habuit, originem dedisse Feudis: et quidem ante Langobardorum tempora. — —

Mihi nondum satis persuasum est, Feudorum indolem, qualem nunc habemus, reperiri apud Veteres Francos: quamquam non negem, eos posuisse fundamenta ejusdem institutionis: et quamquam norim, Feuda quoque Beneficij nomine seculis posterioribus designata fuisse. Sed cum Beneficia omnia non ejusdem speciei sint; propterea nominis communio nequaquam evincit, Veterum Beneficia ne hilum quidem a Feudis diversa esse. — — — — Mihi latius excurrisse creditur vox Beneficium, etiam sub Carolinæ gentis Imperio. Hoc est, eo nomine tunc distinctos fuisse Fundos, quorum usufructu ex concessione Domini quisquam, dum viveret, perfruiturus erat, præcipue ob Servitium Honorificum, aut Œconomicum, aut Militare, Domino Fundi præstitum, aut præstandum.

Quibus Muratorij verbis P. de Rubeis hæc subiungit: Quæ adserit, aptissimis argumentis ostendit Vir doctus. In Diplomate nostro vox Beneficium occurrit. Fundi vero, qui rebellibus hominibus erepti in publicum Caroli Regis et Imperatoris devenerant, traditi fuisse videntur primum Iaudulæ, quem Fidelem suum vocat Imperator, dum ipse viveret: tum ex nova Concessione Bennoni filio ejus, ac demum Bovo. Ad plures abierant isti: sibique suæque Ecclesiæ Fundorum partem donari postulat Maxentius Patriarcha, ac donat piissimus Imperator.

Cap. XXXI.

pag. 1366.

Diploma Lotharij . 2. Cal. Decembri anno. 833. integrum, cujus partem tantum vulgatum reperies in Monum. Eccl. Aquil. Cap. XLVI. num. V.

pag. 1368.

Liruttus refellitur super ejusdem Diplomatis Epocha Italiæ Regni.

pag. 1370. segg.

De Scrutinio agitur, ac per totam orationem idem Liruttus refellitur.

M